3 1761 07833901 7

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut10cath

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum Patrum
Decreta, aliasque Canonici
Juris Sanctiones,

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREGATIONIS

OBEUNTE

R.MO P. D. CAVALCHINO

Archiepiscopo Philippensi

PRODIERUNT

In Causis sub Annum 1741. propositis,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis
in Ecclesiastico foro versantibus apprime
utilis, ac necessarius.

TOMUS DECIMUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI

LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCXLI.
Typis, & Sumptibus De Mainardis in Platea Agonali.

SUPERIORUM FACULTATE.

BX
1935
A36
t.10-11



INDEX

TITULORUM CAUSARUM,

Quæ Anno 1741. *in Sacra Congregatione Concilii propositæ sunt.*

A

Æsina Mediæ Annatæ 22. Julii, & 9. Sept. pag 110. & 126.
Alexanen. Synodi 16. Dec. pag.188.
Amerina 10. Junii pag.69.
Ariminen. 14. & 28. Jan. pag.3. & 13.
Avenionen. Jurisdictionis 11. Martii, pag.32.

B

Bisacciarum Irregularitatis 10. Jun. pag.75.
Bisinianen. 18. Nov. & 2. Dec. pag.159. & 171.
Bossanen. Separationis Ecclesiæ 25. Februarii, 11. & Martii p.27. & 32.
Bracharen. Erectionis Hospitii 12. Augusti pag.117.
Brundusina Participationis 18. Nov. & 2. Dec. pag.168. & 173.

C

Cæsenaten. Cappellaniæ 25. Febr. & 11. Martii pag.24. & 31.
Cæsenaten. Reductionis Missarum 23. Sept. pag.149.
Camerinen. Utensilium 14. & 28. Jan. & 9. Sept. p.2. 12. & 128.
Caputaquen. Admissionis ad Consortium 1. & 22. Junii pag.89. & 100.
Caputaquen. Concursus 10. Jun. p.66.
Cassanen. Dismembrationis 22. Julii, pag.103.
Cassanen. 1. Julii pag.77.
Castri Maris Privationis Canonicatus 14. Jan. & 25. Febr. pag.8. & 14.
Celsonen. Exactionis Mediæ Annatæ 2. & 16. Dec. pag.176. & 182.
Cortonen. Censurarum 14. & 28. Jan. pag.7. & 12.

F

Fossanen. Beneficii 11. Martii, & 15. Apr. pag.43. 46.
Fulginaten. Jurisdictionis, prima Julii pag.85.

G

Grossetana Erectionis Canonicatuum 1. Julii pag.97. 99.
Guardien. 25. Febr. pag.14.

H

Hispalen. Dispensationis 9. Sept. pag.130.

I

Januen. Matrimonii 14. Jan. pag.1.
Immolen. Irregularitatis 14. & 28. Jan. pag.3. & 12.
Juvenacen. Admissionis ad Consortium 25. Febr. & 11. Martii p.26. & 32.

L

Larinen. 11. Martii, & 15. Aprilis p.39. & 45.
Lauretana Indulti 10. Jun. p.73.
Liriten. Concordiæ 9. & 23. Septembr. pag.133. & 144.
Lucana 15. Apr. pag.48.

M

Maceraten. Cathedratici, & Procurationis 10. Jun. pag.71.
Maturanen. Dismembrationis 9. Sept. pag.128.
Mazarien. Jurium Capitularium 12. Augusti pag.110.
Melevitana Legati 15. Apr. & 6. Maii, pag.46. & 53.
Melphyden. Præbendæ Theologalis, 23. Sept. pag.153.
Messanen. Commutationis Voluntatis 18. Nov. pag.163.
Minervien. Funerum 11. Mart. p.30.
Moguntina Residentiæ 11. Martii, & 15. Apr. pag.41. & 46.
Montis Regalis 6. Maii, p.62.

N

NEapolitana Matrimonii 6. Maii pag.53. & 59.
Neapolitana Restitutionis in Integrum 18. Nov. pag.163.
Nullius Putignani 6. Maii p.62.
Nullius, seu Sublacen. Concursus 22. Julii pag.106.
Nullius Farfen. Cappellaniæ 12. Aug. pag.113.
Nullius Terræ Pontiani Electionis Vicarii Capitularis 16. Dec. p.190.

O

OLomucen. 6. Maii pag.56.

P

PAmpilonen. Juris Quæstuandi 15. Apr. & 6 Maii pag.51. & 53.
Paderbonen., seu Monasterien. 25. Febr. pag 17.
Pennen. seu Feretrana Legati 6. Maii, & 10. Junii pag 63. 65.
Pennen. Restitutionis 23. Sept. p.147.
Perusina Restitutionis in Integrum 16. Dec. pag.183.
Pistorien. Celebrationis Missarum 23. Sept pag.147.
Posnanien. Restitutionis in integrum 2. & 16. Dec. pag.173. & 182.
Potentina Admissionis ad Participationem 18. Nov. & 2. Dec. pag.162. & 173.

R

REcanaten. Subsidiorum Dotalium 18. Nov. & 2. Dec p.169. & 173.
Regien. Cappellaniæ 23. Sept. p.154.
Regien. Restitutionis in Integrum 12. Aug pag 121.
Romana Commutationis Voluntatis 1. Julii pag.79.
Romana Vocis in Capitulo 1. & 22. Julii pag.87. & 100.
Romana Fructuum Canonicatus 22. Julii pag.100.
Romana, seu Januen. Legati 18. Nov. & 2. Dec. pag.169. & 173.
Ruremunden Erectionis Canonicatus, seu Beneficii 1. & 22. Julii pag.93. & 100.

S

SAlernitana Unionis 28. Jan. p.13.
Salutiarum Beneficii 1. Julii p. 78.
S. Severini Cathedratici 14. 28. Jan. & 10. Junii pag.5. 13. & 65.
Senogallien. Missæ Conventualis 9. Septem. & 16. Dec. pag.131 & 183.
Senogallien. Reductionis Missarum 16. Dec. pag.183.
Sorana Procurationis 12. Aug. p.119.
Spoletana Juris Quæstuandi 9. & 23. Sept. pag.142. & 145.
Spoletana Concionatoris 28. Januarii, pag 11.
Sutrina Erectionis Beneficii 1. Jul. p.96. & 97.

T

TArraconen. Ordinationis 1. Julii, & 16. Dec. pag 88. & 180.
Termularum 12. Aug. pag 124.
Tyburtina Locorum Seminarii 25. Feb. pag 124.
Triventina Jurium Parochialium 28. Jan. pag.12.
Tudertina Beneficii 12. Aug. p.116.
Tusculana Cappellaniarum 22. Julii pag.105.

V

VAlentina Cappellaniarum 9., & 23. Sept. pag 137 & 145.
Valentina Matrimonii 28 Jan. p.12.
Valven. Parochialis 9. & 23 Septembr. pag.136. & 144.
Viterbien. Concursus 15. Apr. & 10. Jun. pag.46. & 65.
Viterbien. 12. Aug. 18. Nov. 2. & 16. Dec. pag 122. 165. 182.
Ugentina, seu Hydruntina 15. Apr. pag.45.

Die Sabbathi 14. Januarii 1741.

FANUEN MATRIMONII. Supplicante Thereſia ab Auria Filia Ducis Thurſiæ Apoſtolicam impertiri diſpenſationem ſuper Matrimonio inter ſe, & Joannem Andream Principem Melphii uſque ab anno 1726. contracto, & nondum, ut ipſa contendit, conſummato, ejus vero precibus oppoſitorem ſe præbente dicto Principe Melphii, oportuit Cauſam a S. M. Clemente XII. ad Sacrum hunc Senatum remiſſam ſub tribus hiſce Dubiis diſceptare: I. *An ſit locus prætenſæ diſſolutioni Matrimonii, & quatenus negative.* II. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione ſuper matrimonio tamquam rato, & non conſummato, & quatenus negative ad utrumque.* III. *An ſit locus coactioni ad præſtanda obſequia matrimonialia in caſu &c.*; quibus primum die 10. Maji 1738. reſcriptum fuit: *Dilata, & conficiatur Proceſſus juxta inſtructionem per Judicem delegandum ab Emo Præfecto, & fiat recognitio corporum Mulieris Romæ, Viri autem in loco deſignando ab eodem Emo juxta mentem cum præfixione termini duorum Menſium dicto Viro ad ſe ſubjiciendum præfatæ recognitioni computandi a die faciendi Decreti, & in reliquis ad eumdem Eminentiſſimum Præfectum cum facultatibus neceſſariis, & opportunis.* *Sejs.24. c. 1. de ref. matr.*

Deinde vero, cum exhibiti fuerint una cum reſponſionibus, quas ambo prædicti Conjuges ad poſitiones ſibi interea viciſſim datas præbuere, bini Proceſſus, alter nempe in Civitate Januæ, & alter hic Romæ confecti, itidemque formale examen tam quatuor Peritorum, qui Corpus Viri Placentiæ recognoverunt, quam trium Obſtetricum, quæ corpus Mulieris explorarunt, ſub die 22. Auguſti 1739. prodiit reſcriptum: *Ad mentem* hiſce verbis explicatam: *Mens eſt, quod pro majori inſtructione Sacræ Congregationis fiat nova recognitio Corporis Viri intra totum menſem Novembris in Civitate Status Eccleſiaſtici deſignanda ab Eminentiſſimo Præfecto per quatuor Peritos ſecreto eligendos ex officio per dictum Eminentiſſimum Præfectum cum aſſiſtentia Domini Secretarii, & poſtexaratas peritias, receptumque examen eorumdem Peritorum juxta formam ſervatam Placentiæ, abſque tamen interventu, & intimatione Partium, Proceſſiculus inde confectus tranſmittatur a Domino Secretario per manus EE. PP., deindeque abſque ulla communicatione facienda Partibus Cauſa denuo proponetur cum iiſdem ſcripturis tantum, & ad effectum præmiſſorum ad Eminentiſſimum Præfectum cum facultatibus neceſſariis, & opportunis:* Et demum peractis omnibus, quæ poſterius iſtud reſcriptum juſſerat, nova

discussio Causæ assumpta est sub diem 5. Decembris 1739., sed cum nequiverit in ullam resolutionem tunc conveniri, demandatum fuit, ut ea iterum proponeretur.

Nunc igitur utraque Parte eorumdem Dubiorum, quæ jampridem Sacræ hujus Congregationis præcepto subscripta sunt, decisionem postulante, rogantur Eminentissimi PP. sapienti, quo solent, oraculo pronunciare.

I. *An sit locus prætensæ dissolutioni Matrimonii*; & quatenus negative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio tanquam rato, & non consummato*, & quatenus negative.

III. *An sit locus coactioni ad præstanda obsequia matrimonialia in casu &c.*

Consulendum Sanctissimo pro dispensatione.

BInæ, quæ priori loco subjicientur Causæ, descriptæ fuerunt in Folio postremæ Congregationis sub diem 17. Decembris anni mox elapsi habitæ; altera vero duarum, quæ sequentur, in Folio diei 19. Novembris, & altera in Folio 3. Decembris dicti anni appositæ sunt: Cum autem earum omnium decisio hodierno examini fuerint ad Collitigantium petitionem reservata, rogantur modo Eminentissimi PP., resumptis memoratis Foliis, definire.

Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celebr. Miss.

CAMERINEN. UTENSILIUM.

I. *An Cappellani, & alii Sacerdotes, etiam Canonici celebrantes in Ecclesia Collegiata S. Mariæ Terræ Mathelicæ pro adimplendis oneribus Missarum propriis Cappellaniis, vel sibi ipsis alio titulo, quam ratione Canonicatus incumbentibus teneantur contribuere Sacristiæ dictæ Ecclesiæ pro sacris suppellectilibus*; & quatenus affirmative.

II. *Quænam Taxa sit servanda in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

Sess. 25. c. 12. de Ref.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM.

I. *An sustineatur concordia inita de anno 1724. inter Archipresbyterum de Vago, & Rectores Joannem de Christofano, & Hieronymum de Alena?* Et quatenus Affirmative.

II. *An sit locus pœnæ conventionali*; quatenus vero negative.

III. *An sit servandum solitum, quod vigebat ante concordiam?*

IV. *An, & ad quem spectent functiones Parochiales in Ecclesiis, & Locis sitis extra mœnia, & in parte Territorii correspondentis Districtui Parochiæ S. Petri in casu &c.*

IMO.

IMOLEN. IRREGULARITATIS.

Sess. 24. c. 7. & Sess. 25. c. 8. de ref.

I. *An constet de irregularitate*; & quatenus affirmative.
II. *An, & quomodo sit locus dispensationi in casu &c.*

VALENTINA MATRIMONII.

Sess. 24. c. 1. de ref. matr.

An constet de validitate matrimonii in casu &c.

Sess. 12. Decr. de observ. & evit. in celebr. Miss.

ARIMINEN. Canonicus Hieronymus Leonardelli in testamento sub diem 31. Martii 1727. condito, & post ejus obitum die 21. Aprilis 1737. aperto, binis filiabus, quas ex legitimo matrimonio susceperat, antequam Clericali militiæ nomen daret, livelli jure scuta centum ab Henrico Rigazzi in Administratorem, seu Æconomum suæ hæreditatis deputato jussit annuatim persolvi, donec illæ in Conservatorio Civitatis Florentiæ nuncupato *della quiete* commorarentur, de reliquis vero reditibus ex sua hereditate percipiendis ita disposuit „ Il rimanente „ poi frutto di detta mia eredità (sodisfatti che saranno i pesi, „ e taglioni, fatti li necessari risarcimenti, ed altre spese, che „ occorreranno) voglio, che sia impiegato la metà nella celebratione di tante Messe all'Altare privilegiato, e l'altra „ metà in elemosine, e particolarmente a poveri infermi di „ questa Città in suffragio dell'anima mia, e de miei' congionti, e così debba continuarsi, fintanto, che viveranno dette „ mie figliole, o una delle medesime.

Testamentaria hæc dispositio fuit hactenus executioni religiose demandata; novissime vero Camillus Martinelli Clericus Regularis Theatinus, qui modo degit in Urbe, ac in domo suæ Religionis penes Ecclesiam nuncupatam S. Andreæ *della Valle* exponens, se esse Testatoris ex matre nepotem supplicavit S. Mem. Clementi XII. ut dignaretur „ ordinare al suddetto Amministratore Enrico Rigazzi esistente in Rimini vengano assegnati annui scudi cinquanta al detto Oratore, che abbia l'obbligo di „ celebrare una Messa la Settimana per il Testatore per quel „ tempo piacerà alla Santità Vostra, venendo ancora con ciò „ adempita la mente del Testatore, e sovvenuto all'Oratore, „ che è congiunto al medesimo, ed è povero „ Sed quia petitioni huic ad Sacrum hunc Confessum remissæ contradictorem se præbuit memoratus Henricus Administrator, idem P. Camillus priorem deferens instantiam postulat hodie, sibi impertiri facultatem celebrandi Missam quotidianam cum eleemosyna ad rationem obulorum viginti persolvenda ex reditibus a dicto Canonico Leonardelli in tot Missarum celebrationem destinatis, juxta dubium in calce præsentis Restrictus apponendum, quod subinde, citato eodem Administratore, obtinuit subscribi.

Duo sunt, quæ ad rem hanc videntur posse in jure adnotari; alterum,

ternum, quod Teſtator non præcepit fundari aliquod Beneficium, ſeu Cappellaniam cum certo Miſſarum numero, quo caſu Miſſarum diſpendium poteſt ad rationem eleemoſynæ, ut ajunt, perpetuæ taxari, facta per beneficiatum, ſeu Cappellanum obligatione non petendi impoſterum Miſſarum reductionem juxta Sac. Congregationis Reſcripta edita *in Prænestina* 15. *Febr.* 1709. *& in Romana* 6. *Febr.* 1734., *& in Nepesina Reductionis Onerum* 28. *Julii* 1734., ſed cautum reliquit, quod medietas redituum, qui annuatim ſuperſunt, in celebrationem tot Miſſarum erogetur, adeoque ſatis mentem ſuam explicaſſe videtur, quod ſtipendium cujuſque Miſſæ ad rationem, uti dicitur, manualis tantum, & juxta Civitatis Ariminenſis morem perſolvi debeat, quemadmodum cum aliis in ſpecie arguit *Paſqualig. de Sacrif. novæ leg. tom.* 2. *quæſt.* 933. *n.* 3.

Alterum autem eſt, quod, licet idem Teſtator expreſſe non deſignaverit Eccleſiam, in qua annua dictarum Miſſarum celebratio ſit explenda, ita ut liberum videri poſſit Adminiſtratori eas celebrari facere in Eccleſia ſibi beneviſa attamen ex pia quadam affectione erga Eccleſiam, in qua Teſtator Cadaver ſuum ſepeliri mandavit, præcepiſſe quoque cenſetur ibidem Miſſas eſſe celebrandas, ſecundum ea, quæ tradunt *Alfonſ. de Leon. de offic. Cappell. quæſt.* 5. *ſect.* 2. *num.* 29. *Portell. dub. Regular. verb. Miſſa num.* 13. *in reſp. moral. part.* 2. *cap.* 19. *Paſqualig. de Sacrif. nov. leg. tom.* 2. *quæſt.* 996. *Rota dec.* 494. *num.* 4. *& ſeqq. coram Cavaler.*

Num autem geminæ cauſæ per Oratorem adductæ paupertatis nempe, & conjunctionis cum Teſtatore tanti eſſe poſſint momenti, ut ſtipendium Miſſarum, quas ipſe optat celebrare, debeat ad rationem juliorum duorum, imminuto Miſſarum numero, augeri, earumdemque Miſſarum celebratio licet queat ab Eccleſia, in qua Teſtatoris cadaver tumulatum reperitur, ad Eccleſiam dicti Conventus S. Andreæ nuncupati *della Valle*, ad aliam transferri, perpendendum erit ab Eminentiſſimis PP. quibus ceteroquin ſatis exploratum eſt Miſſarum ſtipendium non eſſe augendum, nec inde imminuendum Miſſarum numerum, ubi commode poſſit per alios Sacerdotes ab Hærede, vel Adminiſtratore ſeligendos integra earum celebratio obtineri ex notatis *per Navar. conſ.* 10. *de celebr. Miſ. & Amoſtaz. de cauſis piis lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 34., ac æque compertum eſt, quam caute, & circumſpecte circa Miſſarum translationem ſe gerere conſueverit Sac. Congregatio, uti probe teſtantur Reſolutiones, quæ prodierunt *in Æſina legatorum* 21. *Auguſti* 1706. *in Ariminen. Translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732. *& in Firmana Cappellaniæ* 18. *Jul.* 1733.

Placeat itaque EE. VV., ponderatis rationum momentis in ſupplici Oratoris libello deductis, reſcribere.

An ſit annuendum precibus P. Martinelli pro facultate celebrandi Miſſam quotidianam cum eleemoſyna ob. 20. *detrahen. ex reditibus*

Cano-

Canonici Leonardelli deſtinatis pro celebratione Miſſarum in caſu &c.

SANCTI SEVERINI CATHEDRATICI. Epiſcopus Sancti Severini, ut ad Cathedratici ſolutionem juxta normam in Provinciali Firmana Synodo *Seſſ.3. cap.17. §.2.* præſcriptam obſtringeret quoſdam Parochos, & Beneficiatos id oneris ex duplici potiſſimum capite detrectantes, altero nempe, quod idem Cathedraticum cenſeri deberet comprehenſum in ſumma ſcutorum mille, quam S. M. Sixtus V. in actu Erectionis Eccleſiæ in Cathedralem pro dote Menſæ Epiſcopalis conſtituit, & altero, quod eadem Epiſcopalis Menſa eſſet adeo opulenta, ut Cathedratici exactio haud quamquam congrueret Præſuli ampliori reditu non indigenti, curavit in hoc Supremo EE. PP. Senatu diſcuti dubium; *Cathedraticum debeatur, in qua ſumma, & a quo tempore in caſu &c.*, cui ſub diem 22. Novembris 1738. reſponſum fuit: *Deberi in ſumma præſcripta a Concilio Romano a die promulgatæ Synodi ann.1733., ut in lib.88.pag.555.* *Seſs.24. c.13. de ref.*

Reſolutioni huic paruere memorati Parochi, & Beneficiati, ac in ejus executionem Cathedraticum antea controverſum abſque ulteriori contradictione perſolverunt. Parochus vero, & Beneficiati Abbatialis Eccleſiæ S. Laurentii in Doliolo, itidemque Rectores Parochialium Eccleſiarum, quæ a dicta Abbatiali Eccleſia Sancti Laurentii in Doliolo dependere aſſeruntur, exemptionem ab ordinaria Epiſcopi juriſdictione una cum ſuis Eccleſiis, & Beneficiis in vim cujuſdam Brevis S. M. Urbani VIII. quo Monaſteria tam S. Mariæ de Rambona, quam S. Laurentii in Doliolo fuerunt in commendam clar.mem. Cardinali Antonio Barbarini conceſſa, prætendentes, proindeque authumantes ſe eadem lege non teneri, cauſam dedere ſubſcriptioni dubii, cujus deciſionem hodie flagitat Epiſcopus contendes reſolutionem editam die 22. Novembris 1738. ita comprehendere Clerum Abbatialem S. Laurentii in Doliolo, ut nulla prorſus ratione Cathedratici ſolutio queat ab illo controverti, quippe, quia tum ex collationibus dictarum Parochialium Eccleſiarum, & Beneficiorum ad memorata monaſteria ſpectantium ſive ab Epiſcopo pro tempore, ſive ab Apoſtolica Dataria, prævio concurſu, peractis, tum ex iteratis earumdem Eccleſiarum, ac Beneficiorum, quin imo ipſius etiam Eccleſiæ S. Laurentii in Doliolo viſitationibus per Epiſcopos expletis, tum denique ex geminis Sacri hujus Tribunalis Reſcriptis, quorum altero ſub diem 11. Aprilis 1682. edito Presbyteri Abbatiales, & præſertim Parochi fuerunt obſtricti ad Diœceſanam Sinodum accedere, altero vero diei 11. Junii 1719. ſancitum fuit, in collationibus dictarum Parochialium ſervandum fore Tridentinum, ſatis compertum fiat, Clerum, Eccleſias, & Beneficia prædicta a totali juriſdictione Epiſcopi, & a lege Diœceſana, ob quam debetur Cathedraticum, minime exempta eſſe.

Porrò

Porrò ad rem hanc tria in jure videntur adnotari posse; primum nempe, quod Monasteria, Ecclesiæ, & Beneficia quæcumque Regularia a primævo Regulari statu, si contingat, ea Presbyteris secularibus in commendam concedi, nunquam decidant, quemadmodum cum aliis tradit *Fagnan. in cap. in Ecclesiis de Capell. Monach. num.*16., eademque semper a Cathedratici solutione serventur immunia, per Textus expressos *in Can. inter cætera* 10. *quæst.*3. *Can. Cum pro utilitate* 16. *quæst.*2. *& in cap.* 1. *de stat. Monach.* docent præter alios *Barbosa lib.*3. *Jur. Eccl. univers. cap.*20. *a n.*2. *ad* 11. *Fagnan. in cap. Conquerentibus de Censibus. Engel. eodem loco num.* 16. *Reiffenstuel in Jus Can. lib.*3. *tit.*39. §.1. *num.*12. & novissime resolvit Sac. Congr. in *Assissien. Cathedratici die* 15. *Januarii* 1735. *lib.*85. *Decr. p.*2.

Secundum est, quod, tametsi Cathedraticum non teneantur solvere Regulares pro suis Monasteriis, & Ecclesiis, in quibus Divina peragunt Officia communiter tamen receptum habetur, Beneficia Ecclesias, Cappellas, & Parochias Seculares, quæ pleno etiam jure fuerunt subinde Monasteriis addictæ, & ut ajunt incorporatæ, ab onere Cathedratici non liberari, sed eadem prorsus, qua antea lege ad ejus præstationem obstringi per *Text. in cap. Conquerente de Officio Ordinarii*, ubi expresse decernitur, quod *Episcopus juria Episcopalia in Ecclesiis, seu Cappellis Monachorum debeat habere in cap. fin. de Cappell. Monach. &c. Clem.*1. *de censib.* uti tradunt *Abbas in cit. cap. Conquerente num.*1., ibique *Ancharanus num.*5. *Fagnan. num.*10. *&* 43. & aliis adductis *Reiffenstuel loco supra cit. num.*13. & cononant Resolutiones Sacræ Congr. *in Maceraten. Cathedratici* 8. *Maji* 1734., & nuperrime in *Amalphitana Cathedratici, & Procurationis* 24. *Januarii, &* 14. *Octobris* 1739.

Tertium tandem est, quod, sicuti Cathedraticum in signum subjectionis, ac in honorem Episcopalis Cathedræ ab unaquaque Ecclesia, & Beneficio persolvitur juxta literales Textus in *Can. Placuit, in can. illud te* 4. *quæst.*7. *in cap. conquerente de Officio Ordinarii in cap. Pastoralis de Donationibus & in cap. olim de Censib.* ita privilegiatum adeo dicitur, & Episcopo tam juste debetur, ut exemptio ab ejus solutione nisi fuerit expresse declarata, nunquam Apostolicis Constitutionibus, aut privilegiis impertita censeatur, ex Textu in *cit. cap. pastoralis de Donat.* notant *Fagnan. in cap. conquerente num.*49., *& seqq. Barbosa de Offic. & Potest. Epis. allegat.*58. *num.*44., *Pax Iordan. tom.*2. *lucubr. Canon. lib.*7. *tit.*18. *num.*113. *Antonell. de Jurib., & Oner. Cleric. lib.*2. *p.*6. *cap. ult. n.*15.

His igitur ponderatis una cum juribus, quæ facile in utramque partem afferentur, onus erit Eminentiarum Vestrarum rescribere.

An Resolutio emanata die 22. *Novembris* 1738. *comprehendat Clerum Abbatialem S. Laurentii in Doliolo, ita ut Cathedraticum ab eodem Clero debeatur in casu &c.*

CO-

COTRONEN. CENSURARUM. Cum Vicarius Generalis Cotronensis sub diem 8. Junii 1739. ad istantiam Promotoris Fiscalis Vincentium Amalphitanum Cathedralis Ecclesiæ Canonicum Coadjutorem a Divinis suspensum, excommunicatum, necnon irregularem ob peractum Missæ Sacrum post contractam assertam suspensionem pronunciaverit duplici sub fundamento, altero nempe, quod is tam in pervigilio Festi Sanctissimi Corporis Christi post persolutum in Choro una cum aliis Canonicis Vesperarum pensum statim e dicta Ecclesia discesserit, quin Matutino, ac Laudibus ea die post Vesperas (ut moris ibi est) recitandis voluerit interesse, quam solemniori insequenti die a festiva processione, aliisque sacris functionibus, & Divinis Cathedralis Ecclesiæ Officiis abfuerit, altero autem, quod citatus subinde ad dicendam causam, quare non deberet suspensus a Divinis declarari, neglexerit coram se comparere, semel, iterumque; præfatus Vincentius ab isto Vicarii Generalis Decreto appellationem interjecit, irritas, injustasque proclamans memoratas censuras, de quarum proinde firmitate in hodierna Congregatione disceptare contingit. *Sess. 24. c. 12i de ref.*

Sane earum invaliditas multiplici ex capite promanare contenditur; Primo, quia testes, quorum depositioni incusata Vincentii Amalphitani a Choro, & enunciatis Ecclesiasticis functionibus absentia nititur, non fuerint, citato eodem Vincentio, examinati; Secundo, quia Vicarius Generalis ad prolationem controversi Decreti absque nova Vincentii citatione processerit, non obstante protestatione ejus nomine in Actis Curiæ Episcopalis emissa; Tertio, quod idem Vicarius Generalis antequam Decretum illud proferret in suspectum fuisset a Vincentio allegatus; & quarto demum, quod judiciaria quoque præcessisset appellatio ad S. Sedem ab ipso interposita, cujus ea vis est, ut Decretum quodlibet ab inferiori judice postea latum penitus irritum maneat, juxta tradita *per Fagnan. & alios in cap. super eo, il secondo num.* 47. *&* 49. *& in cap. Pertuas num.* 22. *de sent. excommunic.*

Injustitia vero earumdem censurarum ex eo desumitur; quod Vincentius tam in pervigilio festi Sanctissimi Corporis Christi, quam insequenti die ejus solemnitatis, subindeque per alios plures reumatico morbo fuerit adeo vexatus, ut absque vitæ suæ discrimine Divinis Officiis, & Processioni nequiverit interesse, eademque infirmitas in causa fuerit, ut prorsus impotens e domo egredi isiam culpatæ absentiæ suæ excusationem intra tempus sibi præfinitum coram Vicario Generali propria accedens persona non attulerit, quemadmodum satis probatum dicitur ex depositione plurium Testium, & præsertim Medici, qui eundem Vincentium a dicto morbo curavit; hinc vero concluditur, sæpedictas censuras, veluti prolatas sine justa causa, sustineri non posse, cum vulgatum in jure sit, Canonicum, vel Beneficiatum morbo, aut alio legitimo detentum impedimento

to compelli nequire ad Divina Officia in choro perſolvenda, minuſque pro contumaci habendum eſſe, ſi excitatus coram Iudice non comparuerit, juxta expreſſos Textus *in cap. unic. de Cleric. non reſidente in 6. & in cap. Quærelam de Procurator. ubi Gloſ. verb. infirmitate*.

Nomine Promotoris Fiſcalis Epiſcopalis Curiæ, qui forte cenſuras tueri conabitur ex eo potiſſime, quod deprehenſum fuerit, ægrotationem per Vincentium allegatam veritati non reſpondiſſe, cum idem Vincentius *in die ſolemnitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, a tanti feſti celebritate inductus Miſſam in alia Eccleſia ſibi magis commoda celebraverit*, uti ſcripſit Epiſcopus in ſua relatatione ad hanc Sacram Congregationem data ſub diem 28. Julii 1739., nihil hactenus allatum eſt, quocirca onus erit EE. VV., perpenſis tam juris, quam facti momentis in cauſa occurrentibus, dijudicare.

An Cenſuræ ſuſtineantur in caſu &c.

Seſſ. 24. c. 18. de ref.

CASTRI MARIS PRIVATIONIS CANONICATUS: Joannes Jacobus Cioffi Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Caſtri Maris ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis exponentis, eum plures jam per annos a ſua reſidentia abeſſe, nec unquam moderno Epiſcopo præſtitiſſe obedientiam, quæ ab omnibus Dignitatibus Canonicis, & Beneficiatis qualibet Dominica ſecunda Quadrageſimæ ſolet illi præberi, ſub diem 27. Martii 1736. ex Decreto per Conviſitatores Epiſcopi die 3. præcedentis menſis edito excitatus fuit ad allegandam cauſam, *quare non deberet puniri pœna privationis fructuum, & ſucceſſive Canonicatus vigore Decreti Sacri Concilii Tridentini Seſſ. 24. cap. 12. de ref. ob non reſidentiam a die adeptæ poſſeſſionis ſui Canonicatus, quæ fuit 19. Junii 1727., & non ob aſſiſtentiam in choro contra formam Decreti Sac. Congregationis Concilii ſub diem 30. Julii, ſalvis aliis pœnis ob ejus contumaciam incurſis in non præſtando obedientiam manualem &c. cum termino dierum quindecim, alias in contumaciam procedatur ad dictam privationem*.

Elapſo poſthac integro ferme anno a die, quo mox deſcripta citatio fuerat Canonico Cioffi perſonaliter exhibita, ac ſemel, iterumque intra id tempus incuſata ejus contumacia, tandem Epiſcopus ſub diem 22. Martii 1737. definitiva ſententia pronunciavit, eumdem Canonicum, *Ex quo per tres annos continuos, & ultra, imo ab adeptione poſſeſſionis ſui Canonicatus fere per decem annos contumacem ſe præbuit quoad reſidentiam, & ſervitium prædictæ Cathedrali Eccleſiæ præſtandum, monitionibus non curatis, fore, & eſſe Canonicatu prædicto privandum, prout præſenti definitiva ſententia eodem Canonicatu, ac illius poſſeſſione, & fructibus in diſtributionibus quotidianis omnibus conſiſtentibus privatum eſſe, proindeque Canonicatum prædictum cum aduexis, & ei connexis ab hodie vacare, & de illo uti vacato alterum ad ejuſdem Epiſcopi arbitrium poſſe inveſtiri, ſalvis tamen aliis pœnis*

ob

ob prædictam manualem obedientiam non præstitam incursis &c. Cum autem ab hac sententia appellaverit Canonicus Cioffi, ejusque validitatis, & justitiæ cognitio fuerit ad Eminentissimos Patres delata, contingit modo bina, quæ inferius describentur, Dubia disputare.

Sacrosancta Tridentina Synodus inter cætera, quæ in saluberrimo Decreto edito sub *sess.*24. *cap.*12. *de ref.* circa ordinem, munus, & residentiam Canonicorum sancivit, sub illius finem hanc addidit legem: „ Præterea obtinentibus in eisdem Cathe-„ dralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præben-„ das, aut portiones non liceat vigore cujuslibet statuti, aut „ consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet „ anno abesse: salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitu-„ tionibus, quæ longius servitii tempus requirunt: alioquin „ primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, „ quos ratione etiam Præbendæ, ac residentiæ fecit suos. „ Quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omni-„ bus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: crescente „ vero contumacia contra eos juxta Sacrorum Canonum Con-„ stitutiones procedatur.

Hinc itaque colligitur, posse quidem ab Episcopo valide Canonicatibus privari Canonicos, qui triennio a sua absunt residentia, postquam iidem priori anno medietate fructuum, & secundo fructibus omnibus privati fuerint, etiamsi ad illorum Canonicatuum titulum reperirentur ordinati, ut inhærendo formæ a Tridentino præscriptæ sæpius declaravit Sacra hæc Congregatio, & signanter in *Nullius Guastalle Privationis Mansionariæ* 31. *Jul.* & 28. *Augusti* 1660. *lib.*22. *Decr. pag.*234. & 256. *in Firmana Privationis Canonicatus* 30. *Maii* 1665. *lib.*24. *Decr. pag.*495. *in Pientina Privationis Canonicatus* 2. *Maii* 1705. & 30. *Augusti* 1710. *in Vercellen.* 15. *Decembris* 1696., & 1. *Octobris* 1720. & *in Vicequen Archidiaconatus* 3. *Augusti* 1709, *lib.*59. *Decr. pag.*260. & *seqq.*, minime vero suis Canonicatibus statim destitui, non servatis dictarum pænarum gradibus, licet Canonici per tres, imo & plures etiam annos residentiam neglexerint, quemadmodum tradunt cum aliis *Fagnan. in cap. licet num.*25. & 26. *de Præben.* & *in cap. Ex tua num.*14. *de Cleric. non Reside.* *Reiffenstuel in jus Canonic. lib.*3. *tit.*4. §.4. *num.*130. & *seqq. Clericat. de Benef. discord.*13. *n.*6. & *Piton. discept. Eccl.*34. *num.*3. & consonant Resolutiones Supremi hujus Consessus in *Giennen. sub annum* 1587. *lib.*4. *Decr. pag.*233. *in Lancianen. Residentiæ* 13. *Januarii* 1703. *in Isernien. Canonicatus* 22. *Februarii* 1710., & *in Romana Canonicatus* 3. *Decembris* 1718.

At regula hæc a præmissa Tridentini sanctione derivata non æque procedit, ubi reditus omnes Canonicatus in quotidianis distributionibus consistunt; tunc enim, etiam non servatis prædictarum pœnarum gradibus, licere Episcopo ad Canonicatus

privationem post elapsum triennium, quo Canonicus renuit ad residentiam se conferre, prævia legitima ejusdem Canonici citatione, procedere, docent *Ventrigl. in prax. for. Eccl. annot.* 19. §. 3. *num.* 2. *in fin. Pignattell. consult.* 114. *num.* 8. *tom.* 2. *num.* 66. *Clericat. de Benefic. disc.* 13. *num.* 7. *Piton. discept. eccl.* 34. *n.* 3. *Barbosa de Canonic. & Dignitat. cap.* 20. *num.* 18., ubi testatur, Sacram Congregationem Archiepiscopo Tarentino resc ripsisse „ quod, etiam si omnes reditus in quotidianis distributionibus „ consistant, pro primo, & secundo anno privatio indici „ non debet, quia cum sint quotidianæ, & non percipiat Ca- „ nonicus, non residendo, satis est privatus, & pro primo, „ & pro secundo „ & definivit idem Sac. Tribunal *in Cathacen Canonicatus*, ubi discusso inter cætera Dubio: *III. An ex eo, quod Canonicatus Cathacen, quatenus etiam consisteret in solis distributionibus sine Præbenda, aut alia Massa Grossa, in illius privationem ob non residentiam dictorum temporum dilationes potuerint omitti, eo quia illius dispositio non applicatur, ex quo fructibus non existentibus, non valeat procedi ad illorum sequestrationem nec in parte, nec in totum, in primo, nec in secundo anno, licet hodie e converso succedant loco fructuum, & Præbendæ dictæ Distributiones, vel earum quota, ex dispositione ejusdem Sacri Concilii*: sub diem 14. Novembris 1671. rescriptum fuit: *Ad III. in casu proposito posse omitti sequestrationes fructuum, non autem dilationes temporum ut in lib.* 27. *Decr. pag.* 400. *& seqq.*

His igitur perpensis, inspectaque Relatione, qua satagit Episcopus Sententiam suam ab impicta invaliditate, ac injustitiæ nota vindicare, dignabuntur EE. VV. decidere.

I. *An sententia privationis lata ab Episcopo sustineatur*; & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit procedendum in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 28. Januarii 1741.

SPOLETANA CONCIONATORIS. R.P.D. Felici Paſſerino Abbati Commendatario Monaſterii, ſeu Parochialis Eccleſiæ S. Eutitii olim ad Religioſum Ordinem S. Benedicti ſpectantis contendenti, ſibi jus eſſe eligendi, ac deputandi Concionatorem in dicta Eccleſia veluti Regulari, traditis eidem patentalibus literis electionem a ſe factam præferentibus, Concionatorem vero ſic electum, & deputatum non teneri novas literas Patentes ab Epiſcopo Spoletano recipere, ſed tantum obſtringi, paulo ante Quadrageſimam pro conſueta benedictione obtinenda coram illo ſe præſentare, obſtitit Epiſcopus Spoletanus propugnans non aliam memorato Abbati competere facultatem, quam nominandi, ſeu præſentandi Concionatorem, cujus deputatio ad ſolum ſpectet Epiſcopum, qui propterea in literis Patentibus a ſe Concionatori tradendis uti poſſit, ac debeat verbo: *Deputamus*: addens præterea, Concionatorem ab Abbate nominandum, ſeu præſentandum teneri coram ſe in finem recipiendi novas haſce literas a Curia ſua expediendas ante feſtum Epiphaniæ comparere. *Seſſ. 5. c. 2. de ref.*

Hinc itaque exorta judiciali controverſia, eaque ad Supemum hunc Senatum delata, propoſitis hiſce Dubiis I. *An, & ſub qua formula ſint concipiendæ Literæ Patentes Concionatoris deſtinati ab Abbate S. Eutitii, & reſpective, an Concionator teneatur novas recipere Literas Patentes ab Epiſcopo Spoletano, vel potius ſufficiat ſolummodo petere, & recipere ſolitam benedictionem ab eodem Epiſcopo in caſu.* II. *An idem Concionator poſſit ad ſui libitum comparere coram Epiſcopo pro habenda, & recipienda benedictione prædicta, dummodo id faciat paulo ante Quadrageſimam in caſu &c.* die 13. Aprilis 1737. reſcriptum fuit: *Ad* I. *Literas Abbatis concipiendas eſſe cum verbis* nominamus, & præſentamus: *Concionatorem vero teneri ultra benedictionem recipere ab Epiſcopo literas deputationis, in quibus fiat mentio nominationis, ſeu præſentationis Abbatis. Ad* II. *ad mentem*: quæ fuit, ut deberet potiſſimum inſpici, & certius edoceri, quid hac in re Synodales hujus Diœceſis Conſtitutiones præciperent. At huic Reſolutioni non acquieſcente memorato Abbate, rogantur hodie EE. PP. definire.

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius.

Placeat FE. PP. Septem Cauſas ; quæ in poſtrema Congregatione diei 14. currentis menſis manſerunt indeciſæ , reſumptis foliis , in quibus eædem fuerunt deſcriptæ , ſapienti, quo ſolent , oraculo decidere .

Seſſ.22. De cre. de obſer. & evit. in celebr. Miſſ.

CAMERINEN. UTENSILIUM .

I. *An Cappellani , & alii Sacerdotes , etiam Canonici celebrantes in Eccleſia Collegiata S. Mariæ Terræ Mathelicæ pro adimplendis oneribus Miſſarum propriis Cappellaniis , vel ſibi ipſis alio titulo , quam ratione Canonicatus incumbentibus teneantur contribuere Sacriſtiæ dictæ Eccleſiæ pro ſacris ſuppellectilibus* ; & quatenus affirmative .

II. *Quænam Taxa ſit ſervanda in caſu &c.*

Dilata , & ſcribatur Epiſcopo juxta inſtrúctionem .

Seſs.24.c.12. de Ref.

TRIVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM .

I. *An ſuſtineatur concordia inita de anno 1724. inter Archipresbyterum de Vago , & Rectores Joannem de Chriſtofano , & Hieronymum de Alena* ? Et quatenus Affirmative .

II. *An ſit locus pœnæ conventionali* ; quatenus vero negative .

III. *An ſit ſervandum ſolitum , quod vigebat ante concordiam* ?

IV. *An , & ad quem ſpectent functiones Parochiales in Eccleſiis , & Locis ſitis extra mœnia , & in parte Territorii correſpondentis Diſtrictui Parochiæ S. Petri in caſu &c.*

Ad Primum ſervandam eſſe concordiam citra approbationem Matricitatis , & excluſa pœna conventionali ; & Epiſcopus incumbat pro executione Concordiæ . Ad ſecundum , & tertium proviſum in primo . Ad quartum dilata , & videatur particulariter .

Seſſ.14. c.7. ſeſs. 24. c.12. de ref.

IMOLEN. IRREGULARITATIS .

I. *An conſtet de irregularitate* ; & quatenus affirmative .

II. *An , & quomodo ſit locus diſpenſationi in caſu &c.*

Eſſe locum diſpenſationi ad cautelam .

Seſſ.24. c.1. de ref. mat.

VALENTINA MATRIMONII.

An conſtet de validitate Matrimonii in caſu &c.

Affirmative , & amplius .

ARI-

ARIMINEN.

An sit annuendum precibus P. Martinelli pro facultate celebrandi Missam quotidianam cum eleemosyna ob. 20. detrahen. ex reditibus Canonici Leonardelli destinatis pro celebratione Missarum in casu &c. *Sess. 22. Dec. de obser. & evit. in celebr. Miss.*

Negative, & amplius.

SANCTI SEVERINI CATHEDRATICI.

An resolutio emanata die 22. Novembris 1738. comprehendat Clerum Abbatialem S. Laurentii in Doliolo, ita ut Cathedraticum ab eodem Clero debeatur in casu &c. *Sess. 24. c. 13. de ref.*

Dilata, & reproponatur audito Eminentissimo Abbate.

CORTONEN. CENSURARUM.

An Censuræ sustineantur in casu &c. *Sess. 24. c. 20. de ref.*

Negative, & scribatur Episcopo pro abrogatione pœnæ suspensionis contentæ in constitutione Synodali, & provideat ad formam Concilii.

SALERNITANA UNIONIS. Cum Sylvester Tosquez obtinuerit de quodam simplici Beneficio in Loco nuncupato *Vesola* sub invocatione S. Mariæ erecto, & sub mensem Apostolicæ Sedi reservatum vacato provideri, exponens, idem simplex Beneficium Capitulari Mensæ Ecclesiæ Metropolitanæ, seu communi quotidianarum distributionum Massæ fuisse una cum pluribus aliis simplicibus Beneficiis ab Archiepiscopo invalide unitum, lis inde inter ipsum Sylvestrum, & Capitulum orta est super executione literarum Apostolicarum, cujus definitione ad EE. PP. remissa, discussum fuit dubium: *An unio sustineatur in casu &c.* eique die 21. Novembris 1739. responsum fuit: *Negative*. Verum, impetrato nomine Capituli novæ Audientiæ beneficio, deliberare oportet. *Sess. 22. c. 3. & Sess. 4 c. 12. & 15. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata.

Die

Die Sabbathi 25. Februarii 1741.

CASTRI MARIS PRIVATIONIS CANONICATUS. Reſolutio hujus Cauſæ, quæ in Congregatione diei 14. Januarii proxime præteriti dilata fuit, hodie ſub iiſdem Dubiis efflagitatur.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.

I. *An ſententia privationis lata ab Epiſcopo ſuſtineatur*; & quatenus negative.

II. *An, & quomodo ſit procedendum in caſu &c.*

Ad I. Negative ex capite nullitatis. Ad II. Epiſcopus procedat prout de jure ad formam Concilii.

Seſſ. 21. c. 2. de ref.

GUARDIEN. Ad dirimendas plurimas controverſias exortas circa juriſdictionem, quam Epiſcopus aſſerit, ſibi competere in Oppido *Acquaviva* ad Commendam S. Primiani Religionis Hieroſolymitanæ ſpectante, propoſita primum fuere quindecim hæc Dubia.

I. *An Epiſcopus Guardienſis in viſitatione Eccleſiæ S. Joannis Oppidi Aquævivæ poſſit etiam viſitare libros Parochialis ad curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectantes, ſcilicet Baptizatorum, Confirmatorum, & Defunctorum.*

II. *An dictus Epiſcopus, uti Sedis Apoſtolicæ Delegatus, corrigere poſſit Parochum, alioſque dictæ Eccleſiæ miniſtros tam in actu viſitationis, quam extra.*

III. *An poſſit, ut ſupra, inquirere contra dictos Parochum, & Preſbyteros non tantum in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſed etiam in aliis cauſis civilibus, & criminalibus, & in omnibus circa morum correctionem civilibus, & mixtis*; & quatenus affirmative.

IV. *An in caſu impedimenti procedere poſſit cum cenſuris contra impedientes tam Commendatarium, quam Miniſtros.*

V. *An poſſit mandare in actu viſitationis, ut Calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis provideantur.*

VI. *An cognitio ſtatus liberi eorum, qui Matrimonia contrahant in dicto Oppido, & literas eis dare ſpectet ad Epiſcopum.*

VII. *An facere teſtamentum vulgo dictum* dell' Anime *juxta ſolitum Diœceſis ſpectet ad Epiſcopum.*

VIII. *An Epiſcopus tam in actu Viſitationis, quam extra procedere poſſit contra laicos, Commendatarium, & Miniſtros dicti Oppidi pro delictis ad Curiam Eccleſiaſticam ſpectantibus v. g. uſuris, concubinatibus, percutientibus Clericos, inobſervantia die-*

dierum festorum, usurpatione jurisdictionis Episcopalis &c., & tali casu censuris ecclesiasticis uti.

IX. *An tueri immunitatem ecclesiasticam in dicto Oppido spectet ad dictum Episcopum etiam adversus Commendatarium, & Ministros, itaut eos valeat declarare excommunicatos.*

X. *An sit manutenendus Episcopus in quasi possessione decernendi Monitoria in dicto Oppido pro deperditis.*

XI. *An spectet ad Episcopum præstare consensum alienationi bonorum dictæ Ecclesiæ, vel alterius loci pii juxta terminos can. Terrulas 12. quæst.2.*

XII. *An possit destinare concionatorem in dicto Oppido, & cogere Communitatem ad solvendam mercedem juxta solitum Diœcesis.*

XIII. *An spectet ad Episcopum præstare licentiam concionandi in dicto Oppido.*

XIV. *An Parochus dicti Oppidi sese absentare possit a Parochia ultra terminum a S. Concilio præfixum sine licentia Episcopi.*

XV. *An dictus Parochus, & cæteri Presbyteri servientes Ecclesiæ teneantur accedere ad Synodum Diœcesanam Episcopi*, iisque die 5. Septembris 1693. responsum fuit -- *Manutenendum esse Episcopum in omnibus.*

Postmodum ad novæ Audientiæ beneficium admissus Commendatarius quoad ea, quæ respiciebant jurisdictionem independentem a delegata circa animarum curam, sub die 15. Januarii 1695. undecim alia obtinuit discuti Dubia, nimirum.

I. *An Episcopus Guardiensis possit inquirere contra Parochum Ecclesiæ Oppidi Aquævivæ non tantum in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, sed etiam in aliis causis civilibus, & criminalibus, & in omnibus circa morum correctionem civilibus, & mixtis*; & quatenus affirmative.

II. *An in casu impedimenti procedere possit cum censuris contra impedientes tam Commendatarium, quam Ministros.*

III. *An dictus Episcopus tam in actu visitationis, quam extra procedere possit contra Laicos, Commendatarium, & Ministros dicti Oppidi pro delictis ad Curiam Ecclesiasticam spectantibus v. g. usuris, concubinatibus, percussione clericorum, inobservantia dierum festorum, usurpatione jurisdictionis Episcopalis &c. & tali casu censuris ecclesiasticis uti.*

IV. *An tueri immunitatem Ecclesiasticam in dicto Oppido spectet ad dictum Episcopum etiam adversus Commendatarium, & Ministros, itaut valeat eos declarare excommunicatos.*

V. *An sit manutenendus in possessione decernendi Monitoria pro deperditis in dicto Oppido.*

VI. *An ad ipsum spectet præstare consensum alienationi bonorum dictæ Ecclesiæ, vel alterius Loci pii juxta can. Terrulas 12. q.2.*

An

VII. *An deſtinare Concionatorem in dicto Oppido, & eo gere Communitatem ad ſolvendam mercedem juxta ſolitum Diœceſis.*

VIII. *An præſtare licentiam concionandi in eodem Oppido.*

IX. *An dare licentiam Parocho abeſſendi.*

X. *An dictus Parochus, & cæteri Presbyteri inſervientes Eccleſiæ teneantur accedere ad Synodum Diœceſanam Epiſcopi.*

XI. *An literæ Remiſſoriales, & Compulſoriales favore Commendatarii ſint concedendæ.*

Prodiit autem Reſcriptum -- *Ad I. In deciſis. Ad II. Affirmative. Ad III. Affirmative, exceptis Commendatario, & aliis Miniſtris habentibus tria requiſita. Ad IV., & V. Affirmative. Ad VI. Affirmative, præterquam quoad bona Religionis. Ad VII. Affirmative, & quoad coactionem ad ſolvendum ſervetur ſolitum, Ad VIII., & IX. Affirmative. Ad X. In deciſis quoad Parochos. & Beneficiatos; quo vero ad alios dilata, & ad mentem. Ad XI. Negative quoad remiſſoriales, & affirmative quoad compulſoriales.*

Præterea cum diſceptatum fuerit -- *An Œconomo Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ Eſther Commendæ Sancti Joannis Hieroſolymitani Oppidi Aquævivæ Collis de Cruce liceat conjungere in Matrimonium Parochianos dictæ Eccleſiæ abſque probatione ſtatus liberi facienda coram Epiſcopo Guardienſi, & ſine illius licentia* -- Eminentiſſimi PP. ſub die 12. Aprilis 1710. reſcripſerunt *Negative.*

Neque hic ſtetit multiplex Dubiorum hinc inde propoſitorum copia, atque varietas, etenim quatuor hæc nova Dubia ſub diem 14. Novembris 1733. fuere diſceptata: *I. An Epiſcopus Guardienſis poſſit exigere ſubſidium charitativum ab Eccleſia S. Joannis Aquævivæ. II. An dictus Epiſcopus poſſit exigere Cathedraticum, ſeu Synodaticum a dicta Eccleſia, ejuſque Parocho. III. An idem Epiſcopus in actu viſitationis faciendæ in dicta Eccleſia poſſit exigere Procurationem. IV. An dictus Epiſcopus in eadem viſitatione poſſit recognoſcere libros adminiſtrationis bonorum ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque rationem petere*, reſponſum vero fuit -- *Ad I. II. & III. Negative. Ad IV. Affirmative jure delegato.*

At adverſus poſtremam hanc Reſolutionem impetrata ab Epiſcopo nova Audientia, itidemque ad novæ Audientiæ beneficium admiſſo Equite Antonio Cedronio memoratæ Commendæ Poſſeſſore adverſus recenſita antiquiora Reſcripta diſputari oportuit ſequens Dubium -- *An, quæ, & ſuper quibus Epiſcopo Guardienſi competat juriſdictio in Commenda, ſeu Oppido Aquævivæ, & Parochiali Eccleſia S. Mariæ Eſther, ita ut ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub diebus 5. Septembris 1693., 15. Januarii 1695., 12. Aprilis 1710., & 14. Novembris 1733.*, prodiitque ſub diem 3. Martii 1736. Reſcriptum -- *Prævio receſſu a deciſis die 14. Novembris 1733., in reliquis in deciſis.*

Ab hac noviſſima reſolutione reclamavit Eques Cedronius, proindeque ſub diem 16. Januarii ſuperioris Anni diſcuſſo Dubio -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis die 3. Martii 1736. in caſu &c.*, quum Eminentiſſimi PP. ex juribus hinc inde deductis

ctis probe agnoverint, rectam Causæ resolutionem ab eo potissimum pendere articulo, num Episcopus in Oppido Aquavivæ, & super Ecclesiis, locis, pertonisque controversis Jurisdictionem delegatam tantum, vel potius etiam ordinariam valeat exercere, dilata illius Dubii decisione, jusserunt ex integro disceptari.

An, & quæ jurisdictio competat Episcopo in casu &c.

Quoad Populum, & Clerum, exceptis habentibus tria requisita, competere Episcopo jurisdictionem ordinariam; Quoad Ecclesiam vero competere delegatam tantum.

TYBURTINA LOCORUM SEMINARII. Præsides Communitatis Oppidi Vicovarri sub annum 1736. cæperunt contendere, unum Alumnum ejusdem Oppidi ex solo annuo fructu Bonorum Conventus S. Mariæ Sepulchri, tres alios vero, vel duos saltem retinendos esse in Seminario Tyburtino ex reditibus Bonorum alterius Conventus SS. Cosimi, & Damiani; Contra vero Deputati ejusdem Seminarii arbitrantes, nonnisi ad duos Alumnos e dicto Oppido ibidem retinendos obstringi posse, præter assertam consuetudinem sibi faventem, opposuere reditus annuos Bonorum dicti Conventus SS. Cosimi, & Damiani ita ob temporum injuriam, aliasque calamitates decreviisse, ut, solutis aliis oneribus, vix superfit, unde unus Alumnus posset congrue sustentari. *Sess. 23. c. 19. de ref.*

Delata itaque ad Sacrum hoc Tribunal excitatæ controversiæ definitione, die 27. Julii 1737. discussum fuit Dubium -- *An servanda sit consuetudo retinendi in Seminario Tyburtino duos tantum Alumnos Terræ Vicovarii gratis alendos, vel potius sit locus eorum augmento, & in quo numero in casu &c.*, prodiitque Rescriptum -- *Esse locum augmento alterius Alumni ultra duos hactenus retentos*, deinde vero proposito Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*, die 29. Martii 1738. emanavit resolutio -- *Prævio recessu a decisis servetur solitum* -- & tandem cum eadem Causa tertio fuerit ad trutinam revocata sub consueto Dubio -- *An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis* -- die 26. Novembris 1739. responsum est -- *Augendum esse numerum Alumnorum Vicovariensium pro modo reddituum habita ratione taxæ ordinariæ Seminarii.*

Adversus postremam hanc Resolutionem reclamant memorati Deputati Seminarii, impetratoque pridem novæ Audientiæ beneficio, hodie postulant ab EE. VV. definiri.

An sit standum in primo, vel secundo, sive tertio loco decisis in casu &c.

In ultimo loco Decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 1. de ref. matr.

PADERBONEN., SEU MONASTERIEN. MATRIMONII. Antonius Koppnrhat, e vivis erepto Barone de Breisingn, cui ipse, uti venator, & Famulus domesticus diu inservierat, meditari cœpit, in uxorem ducere Dorotheam de Althaus Viduam a dicto Barone relictam, timens vero, ne, si vellet matrimonium celebrare in loco Hortualde Diœcesis Monasterienlis, ubi tam ipse, quam Dorothea domicilium contraxerant, ex consuetis denunciationibus, quæ debent matrimonio præmitti, excitati Dorotheæ consanguinei statutas nuptias impedirent, supplicem porrexit Ordinario Paderbonensi Libellum, quo effingens, se sponsalia iniisse cum Anna Francisca Althoff famula cubicularia dictæ Dorotheæ ex Pago Richenau Diœcesis Paderbonensis oriunda, & ad Catholicam Fidem conversa, quæ, licet vaga, & uti talis habenda, vellet tamen domicilium in Diœcesi Paderbonensi, & præcise in Oppido Winsembk loco originario ipsius Antonii constituere, eumdem Ordinarium Paderbonensem rogavit, ut dignaretur Parocho dicti loci Winsembek licentiam tradere copulandi in Matrimonium sine præviis proclamationibus ipsum Oratorem cum dicta Anna Francisca Altoff, rescriptumque petitioni suæ conforme obtinuit.

Extorta ejusmodi licentia idem Antonius sub mensem Augusti 1733. memoratam Dorotheam e loco Hortualde ad designatum Oppidum Winsembk traduxit, exhibitaque Parocho ejusdem Oppidi enunciata licentia, coram eo, & Testibus Matrimonium cum Dorothea, istius iterum ementito nomine in iltud Annæ Franciscæ Altoff, celebravit; Hoc autem sic inito Matrimonio uterque statim ad locum Hortualde redire, ibique simul cohabitarunt; At, exortis inter eos gravibus discordiis, Dorothea, ut a sævitiis Antonii se subduceret, Coloniam apud Consanguineos suos profecta est, ibique sub annum 1735. Judicium super divortio, & alimentorum subministratione adversus Antonium coram Officiali Colonienli primum instituit, noviissime vero certior reddita de invaliditate matrimonii veluti coram non proprio Parocho iniri ab Eminentissimis PP. postulavit, idem Matrimonium invalidum declarari; Cumque Ordinarius tam Paderbonensis, quam alter Monasterienlis suas transmiserint Relationes, ex quibus tota facti series mox recensita confirmatur, præfixus vero fuerit Antonio terminus duorum mensium ad deducenda jura sua in Sacra Congregatione, eodem elapso, ac negligente Antonio jura sua experiri, suas hodie instaurat preces Dorothea pro resolutione Dubii.

An constet de nullitate Matrimonii in casu &c.

Ex hactenus deductis affirmative.

NUL-

NULLIUS PUTIGNANI. Capitulares Collegiatæ S. Mariæ nuncupatæ *la Greca* in Oppido Putignani erectæ, & ad Religionem Hierosolymitanam spectantis sub annum 1738. graviter de Clerico Xaverio Miccoli ejusdem Ecclesiæ Abbate, sive Rectore apud Sacrum hunc Senatum conquesti sunt, eum præcipue causantes, quod, minorem licet ætatem agens, & in sacris ordinibus non constitutus, vellet tamen negotiis capitularibus se se interponere, & quibusdam ex Clero ejusdem Collegiatæ nimium studiosus effrænem aliquando permitteret libertatem non assistendi Choro, aliis contra infestus, neque legitimas absentiæ causas probaret, ipse vero, quamquam uti Collegiatæ caput cæteris deberet exemplo præire, divinis per quam raro interesset officiis; Quocirca ad avertenda mala hæc bono Collegiatæ regimini, & debito Ecclesiæ cultui plurimum exitiosa supplicarunt decerni -- „ che il detto Abbate, o sia Rettore per „ esser ancora Minore, e finochè non sarà Sacerdote, non pos- „ sa dirigere il Coro, ma ciò appartenga al Decano, che il me- „ desimo per altro sia tenuto servire la Chiesa per la sua Eddo- „ mada, come fanno gli altri Capitolari, e che non sia lecito al „ medesimo dispensare li Capitolari dalli Divini Officj, e che „ mancando tanto il detto Abbate, quanto li detti Capitolari, „ o altri Preti senza essere da legitima causa impediti, siano in- „ dispensabilmente soggetti alle puntature alli Capitolari, o al- „ tri Preti mancati, qual' ora non fossero legitimamente impe- „ diti, ed in sua assenza debbino le dette puntature farsi dal più „ anziano del Coro, o pure destinarsi dal Capitolo li Puntatori „ per toglierli ogni gelosìa. *Sess. 14. c. 12. de ref.*

Ab hisce Capitularium postulationibus excitatus Abbas Miccoli in Syngrapha proprio caractere subscripta e re sua putavit ad purgandam quamcumque facti invidiam, quid sibi tanquam hujus Collegiatæ Rectori propositum sit, & quo suum intendat animum, per hæc verba declarare.

Primo „ che in mia assenza io non hò mai preteso, che le Funzio- „ ni solenni, e preeminenziali, che in detta Chiesa, o Capito- „ lo mi competono come Capo, e quando sono presente, si deb- „ bano esercitare da qualche Sostituto, sapendo bene, che in „ tal caso de jure competono al Decano de' Sacerdoti Capitola- „ ri, ed in sua assenza all' anziano in ordine, cui spetta far in „ Coro la figura di Primo, secondo anche l' osservanza, l' uso, „ e consuetudine inveterata della medesima Chiesa.

Secundo „ che nella medesima forma, e maniera sopradetta li „ primi Vesperi, e Messe solenni, che a me spettano celebrare, „ non possino cantarsi da altro Sacerdote, o Sostituto di questo, „ ma devono solennizarsi in assenza mia dal d. Decano del Capi- „ tolo, ed in assenza di questo dal Antiquiore, come sopra.

Tertio „ che spettando a me presente la Residenza in Coro, io non „ ho mai preteso, ne pretendo di dar licenza a' Preti Capitola- „ ri, o altri d' assentarsi dal servizio senza legitima causa, o per

„ lungo ſpazio di tempo, o ſuori di Chieſa : ma ſolo intendo, ed „ hò preteſo, e pretendo dar licenza ad modicum tempus, ed „ a quelli, che vengono al Coro, e gli occorre il biſogno di „ uſcire, e partirſi dal Coro eſt emporaneamente, conforme ſi „ è pratticato da miei Anteceſſori, e ſi prattica dal Decano, o „ Antiquiore Capitolare in ordine come ſopra.

Quarto „ Che aſſentandoſi dal Coro, come ſopra, o qualche Pre- „ te Confeſſore, o altro per ſuonar l'organo della medeſima „ Chieſa l'uno, e l'altro debba domandarne licenza a me, ſenza „ eſſere perciò puntati per quelle ore ſolamente, in cui udiranno „ in detta Chieſa le Confeſſioni, o ſi ſuonerà l'organo reſpettiva- „ mente, e purchè l'uno, e l'altro impiego da loro venga eſer- „ citato gratis, per mera carità, e ſenza verun ſtipendio.

Quinto „ Che mancando Io dal Coro in quei giorni, ed ore, che „ vi ſono tenuto, debba ſoggiacere al punto della perdita delle „ diſtribuzioni quotidiane ſecondo ſempre ſi è pratticato in tem- „ po mio, e degli Abbati paſſati miei Anteceſſori in detta „ Chieſa.

Sexto „ Che io non ho inteſo, ne intendo di controvertere al ſud- „ detto mio Capitolo l'elezione annuale del Puntatore, che „ deve avanti al Preſidente del Coro notare, e ſcrivere nel libro „ de Punti quelli, che mancano, e farli ſottoſcrivere toties „ quoties dal medeſimo Preſidente nella forma, che ſi è pratti- „ cata per il paſſato, ed a tenore delli decreti della S. Viſita Apo- „ ſtolica fatta in Putignano l'anno 1660. da Monſig. Veſcovo di „ S. Agata; Qual officio di notare detti punti è ſtato per il paſſa- „ to ſempre eſercitato dal Sagreſtano dello ſteſſo Capitolo.

Septimo tandem „ Che io riſpetto al ſervizio de' Capitolari nelli „ giorni feriali ſe ſi debba loro permettere qualche volta lo „ ſcambio, ſeu ſoſtituto, non potendo adempirlo perſonalmen- „ te; non ho mai inteſo, nè intendo appartarmi dal ſolito di „ detta Chieſa, e dall'oſſervanza di quello, che ſtà diſpoſto sù „ di ciò nelli ſuddetti Decreti della Viſita Apoſtolica di detto „ anno 1660. a quali &c.

At cum ejuſmodi declaratio non ſatis arriſerit præfatis Capitularibus, quippe qui adhuc verentur, plures impoſterum, vel ab hodierno Abbate, vel ejus Succeſſoribus excitari poſſe controverſias, oportuit ad ipſorum petitionem ſubſcribere octo dubia, quæ rogantur EE.PP, , inſpecta potiſſimum relatione Epiſcopi Polymniani ſuper eorumdem conqueſtionibus auditi, Sapientiſſimo, quo ſolent, oraculo decidere.

I. *An abſente a ſervitio Chori Abbate Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Greca, poſſit ipſe ſubſtituere Preſbyterum ſibi beneviſum ad exercenda jura præeminentialia ſibi competentia, ſeu potius illa devolvantur ad Capitularem Preſbyterum decanum, & reſpective ad Preſbyterum Capitularem in ordine antiquiorem.*

II. *An licet dicto Abbati non renuncianti Veſperas, & Miſſas ſolemnes*

lemnes subſtituere ad ſui placitum alium Sacerdotem, ſeu potius celebrare debeat Decanus, ſeu Preſbyter in ordine, ut ſupra, antiquior.

III. *An liceat Abbati prædicto concedere Presbyteris capitularibus, aliiſque de clero licentiam diſcedendi a choro, & ſeſe ab illo abſentandi abſque legitima cauſa, & ad longum tempus.*

IV. *An idem Abbas poſſit expunctare tanquam abſentes Sacerdotes illos, qui tempore Divinorum officiorum, vel confeſſionali aſſiſtunt, vel pulſant organum.*

V. *An diebus ferialibus præfatus Abbas valeat ad ſui libitum præſtare aſſiſtentiam choro, ſeu potius teneatur aſſiſtere una cum aliis Preſbyteris in uno ex tribus Turnis Hebdomadæ.*

VI. *An idem Abbas debeat ſubjacere punctaturis, ſcilicet amiſſioni diſtributionum quotidianarum, etiam diebus ferialibus in caſu &c.*

VII. *An liceat capitulo eligere quotannis Expunctatores, ſeu Appunctatores.*

VIII. *An capitulares, itidemque Abbas, dum Choro, & aliis functionibus Eccleſiaſticis aſſiſtere debent, teneantur perſonaliter aſſiſtere, ſeu liceat eis ſervitium præſtare per alium in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt proximam.

MINERVINEN. FUNERUM. In Eccleſia Fratrum Carmelitarum Terræ Cirignolæ Societas uſque ab anno 1720. legitima Ordinarii auctoritate erecta fuit ſub Invocatione Sanctiſſimæ Aſſumptionis B. M. V., inter cætera vero, quæ in illius regulis ad ſervandam, fovendamque Sodalium pietatem præſcribuntur, circa eorum funera, & ſepulturam ita cautum habetur: *Seſſ. 14. c. 11 de reſ.*

„ Siano di più obbligati li Fratelli ſeppellire i corpi de' Fratelli
„ defonti, e delle Conſorelle, le quali ſi avranno da ſeppellire
„ nelle Sepolture della Compagnia ſituate nella Chieſa del Ve-
„ nerabile Convento del Carmine, ſendo proibito a Signori
„ Fratelli, e Conſorelle di ſeppellirſi fuori di quelle della Com-
„ pagnia; Andaranno li Fratelli, e Conſorelle colla Coltra ſo-
„ pra il Cataletto, ſeu Bara ſenza coſcini con imbrici ſotto la
„ teſta, e piedi ſcalzi, e le Conſorelle calzate. Si ſeppelliran-
„ no ancora li Fratelli morti con l' abito, quante volte per loro
„ divozione non voleſſero laſciarlo all'Oratorio: *& infra* -- Oc-
„ correndo. che qualche Fratello, o Conſora per loro devozio-
„ ne voleſſero ſeppellirſi in altra Chieſa, gli ſia lecito, reſtando
„ ciaſcheduno nella ſua propria libertà di ſeppellirſi ovunque li
„ piacerà. Vogliamo però non oſtante, che in tal caſo non gli
„ ſia permeſſo portare il noſtro ſanto Abito così a Fratelli defon-
„ ti, come alle Conſorelle, nè darſegli, ſe aveſſero biſogno altra
„ inſe-

„ insegna della nostra Compagnia, come Cataletto, e Coltra„ senza il special permesso del P. Rettore, Priore, ed Assistenti.

Juxta statutum hoc novissime Rocchus Longo, & Nicolaus Gallo ambo Confratres in dicta Ecclesia Fr. Carmelitarum, ubi sibi sepulturam elegerant, tumulati fuere; Sed quum ea occasione Parochus Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri dictæ Terræ contendere cæperit sibi, totique Capitulo dictæ Collegiatæ licet ab Hæredibus non invitato, jus esse associandi Confratrum Cadavera, Feretrum, & Culcitram tradendi, prætereaque exigendi summam ducatorum decem, & granorum viginti pro unoquoque Confratrum funere juxta taxam ab eo confectam, & tandem prohibendi sæpedictis Fratribus Carmelitis, ne possint Psalmum *Miserere* in Cadaverum associatione canere, Sodales memoratæ Societatis in supplici libello Sacro huic Consessui sub initium anni 1739. porrecto postularunt, Eminentissimos PP. declarare, nihil ex iis, quæ sibi asserunt tam dictus Parochus, quam Capitulum, deberi, imo vero ab ipsis restituendos esse ducatos viginti, & granos quadraginta, quos in funere dictorum Rocchi Longo, & Nicolai Gallo voluerunt exigere.

Super hisce precibus auditus Episcopus confirmat ille primum facti seriem mox descriptam, deinde vero ita sententiam suam aperit „ Pro meo igitur captu crederem primo, quod si fideles se„ pulturam alia in Ecclesia eligant, quam in Parochiali, Capi„ tulum insimul funeribus intervenire non posse, nisi a defuncti „ hæredibus fuerit invitatum, sed tantum Parochus cum mini„ stris suis necessariis. Secundo, quod jus ferendi Feretrum, „ Culcitram (quando sic ab hæredibus defuncti disponitur asso„ ciatio) quamvis Confraternitatibus, & Regularibus, sit li„ bere, in Terra tamen Cirignolæ prædictæ ex consuetudine pe„ nes Capitulum dictæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ re„ peritur; & in casu, quod ista privativa prævaleret, exactio „ carolenorum octoginta duo, ab immemorabili practicata pos„ se sustineri. Tertio jus Psalmum *Miserere* canendi in cadave„ rum associatione circa intonationem ad Parochum spectare„ posse, continuationem vero etiam ad Regulares associantes. „ Quarto denique circa prætensam ducatorum viginti, & caro„ lenorum quatuor restitutionem, si EE. VV. exactio prædicta„ excessiva videbitur, deducta prius quarta funerali, expensisque „ funerum, ad superflui restitutionem Capitulum teneri, cum „ exemplum adductum PP. Ordinis Prædicatorum sit ad nor„ mam Bullæ san. mem. Benedicti XIII. *Pretiosus*, non autem„ „ ad terminos juris communis, & proinde non applicabile in „ casu, de quo agitur.

At hic Episcopi sensus cum non placuerit memoratis Sodalibus, neque Fratribus Carmelitis, ad sedandas plures numero contentiones inter ipsos, & Capitulum subinde promotas, duodecim hodie Supremo EE. VV. Judicio definienda proponuntur Dubia, quorum decisioni, præter jura a Collitigantibus exornanda, non

nihil

nihil videntur conferre posse, quæ pro similibus controversiis fuerunt alias adnotata in *Tusculana Funerum* 22. *Novembr.* 1732. & *in Senogallien. Funerum* 19. *Decembris* 1739.

I. *An, & in qua summa debeatur Capitulo, ejusque Parocho Quarta funeralis.*

II. *An, & quæ summa debeatur Capitularibus invitatis in associatione Cadaverum.*

III. *An in hac materia Funeralium vigeat aliqua particularis consuetudo in Terra Cirignolæ, ita ut sit attendenda, vel potius conficienda nova Taxa emolumentorum funeralium.*

IV. *An delatio Baræ, vel Lecti funeris, & Culcitræ privative spectet ad Parochum Capituli, seu potius ad Ecclesiam tumulantem, quando Cadavera tumulantur extra Ecclesiam Parochialem, & Collegiatam*, & quatenus affirmative quoad primam partem.

V. *An tale jus spectat ad eamdem Ecclesiam Collegiatam etiam pro Cadaveribus Confratrum, & Consororum Sanctissimæ Assumptionis, vel potius illud spectet ad eorum Confraternitatem.*

VI. *An in casu associationis Cadaverum ad Ecclesiam Fratrum Carmelitarum teneantur ipsi Fratres, & Sodales prædicti accedere ad Ecclesiam, ibique levare Parochum, seu potius sufficiat eorum accessus ad domum defuncti ad effectum ibi expectandi Parochum, & quanto tempore.*

VII. *An jus ordinandi viam, seu associationem Cadaverum tumulandorum in Ecclesia Fratrum Carmelitarum competat Parocho, seu potius ipsis Fratribus Carmelitis unitive cum Parocho funus ducentibus, seu verius tale jus in exclusionem utriusque competat Hæredibus Defuncti.*

VIII. *An, & quod emolumentum solvendum sit Capitulo pro sonitu omnium Campanarum suæ Ecclesiæ occasione funerum, & an sustineri debeat solitum ipsius Capituli exigendi ab Hæredibus defuncti quadraginta libras ceræ pro sonitu Campanarum.*

IX. *An Parochus, seu Capitulum possit impedire, quominus Parentes, aliique majores eligant sepulturam pro parvulis infra septennium, aliisque viventibus sub patria potesta te in Ecclesiis Regularium*, & quatenus negative.

X. *An, & quæ summa debeatur Capitulo, seu Parocho ex causa dictæ electionis sepulturæ extra Ecclesiam Parochialem etiam intuitu registrandi dictam electionem in libro Parochiali.*

XI. *An Confratres prædicti associantes Cadavera eorum Confratrum, & Sororum cum candelis, & intorticiis propriis eorum Confraternitatis teneantur de dictis candelis, & intorticiis tra deré quartam funeralem, & in qua quantitate.*

XII. *An Capitulum, seu Parochus teneantur restituere emolumenta percepta in duobus funeribus Rochi* Longo, *& Nicolai* Gallo *in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

CÆ-

Sess. 22. decr. de observ. & evit. in celebrat. Miss.

CÆSENETEN. CAPPELLANIÆ. Eques Vercellinus de Verzellinis in testamentariis tabulis sub annum 1613. conditis, deficiente sine Filiis primo Hærede a se instituto, ad universam Hæreditatem vocavit Venerabile Hospitale Sanctissimi Crucifixi Civitatis Cæsenæ, legati vero jure plura reliquit bona Conventui Fratrum Ordinis Servorum B. M. V. dictæ Civitatis, hoc inter cætera ipsis injuncto onere -- „ Siano obligati a deputare „ un Frate del suo Convento, che sia nativo da Cesæna, o al„ meno Figliuolo del Convento, che abbia a stare in detto Con„ vento a questo effetto particolarmente, qual sia obligato a „ celebrare ogni giorno una Messa al detto mio Altare di San „ Sebastiano per l' Anima mia in perpetuo in questo modo. I „ giorni impediti dalla Santa Madre Chiesa, che non si celebra„ no le Messe da Morto, voglio, che si dica la Messa secondo la „ Feria, ma che al *Memento* de' Morti si faccia menzione dell' „ anima mia: quando si possino dire le Messe da Morto, dica „ tutta l' orazione particolare, che si possa dire per l' Anima „ mia, e occorendo a detto Frate a ciò deputato impedimen„ to, o per malatia, o per altro, per quelli giorni sarà impe„ dito, abbia a fare celebrare la Messa da un altro Frate in suo „ luogo sin tanto, che cesserà detto impedimento, volendo „ assolutamente, che ogni mattina sia celebrata la detta Messa „ a detto Altare nel modo detto per l' Anima mia, che tale è „ la mia volontà, e così ordino. Di più che detto Frate deva, „ e sia obligato tener cura di detto Altare, che sia finito di tut„ to quello li farà bisogno per celebrar la detta Messa ogni „ giorno a spese del mio Erede -- *Et inferius ita subjunxit* -- Vo„ glio, che il Frate, che sarà dagli altri deputato a dire la „ Messa ogni giorno al mio Altare, come ho detto, abbia da „ avere dal mio erede dodeci scudi l' anno da pagarseli „ di sei mesi in sei mesi in fine di ciascun semestre per sua reco„ gnizione, ed intendo, che devono essere li suoi, che ne li „ Frati; ne il Convento li possa mettere le mani dentro, ne „ possino esser applicati ad altro, ma sieno li suoi per valersene, „ e per vestire, e per altri suoi bisogni, secondo a lui parerà, „ essendo che la mia volontà è, che l' abbia titulo oneroso, ac„ ciocchè esso Frate abbia a tener cura dell' Altare, e di più „ sia Tutore Testamentario a procurare, che tutti li legati sia„ no eseguiti &c.

estatore e vivis erepto, Discretorium, quod ajunt, memorati Conventus pro adimplenda dictæ Missæ celebratione modo Religiosum Cæsenæ Civem, modo, Cive posthabito, eum, qui Filius tantum Conventus esset, deputavit: sub annum vero 1722. ex pluribus ad ejusmodi Cappellani exercitium adspirantibus delegit Fratrem Franciscum Mariam Candoli, qui utraque, & Filii Conventus, & Civis Cæsenatensis prærogativa potiebatur. Cum autem Religiosus iste fuerit deinde anno 1735. in Priorem Conventus Ferrariæ destinatus, adeoque memoratam

tam Missam quotidianam nequiret amplius in Ecclesia Conventus Cæsenatensis juxta Testatoris præscriptum celebrare, coactus fuit Cappellaniam dimittere. Pluribus itaque Religiosis tunc eam sibi adjudicari postulantibus, Discretorum Conventus ad præcidendas contentiones inde obortas, die 11. Junii ejusdem anni 1735. decrevit controversum Cappellani munus ab unoquoque ex Religiosis tam graduatis, quam non graduatis, modo si sint Filii Conventus Cæsenatensis, debere impositerum ad duos dumtaxat annos per circulum exerceri.

Ad normam istius Resolutionis Frater Carolus Philippi PriorConventus omnium primus, deindeque alii, servato ordine eorum gradus, dictam Cappellaniam ad biennium obtinuerunt: Vix autem reverso e Ferrarienſi ad Cæsenatensem Conventum prædicto Fratre Francisco Maria Candoli, Præsides Venerabilis Hospitalis Sanctissimi Crucifixi hæredis a Testatore substituti, cæperunt contendere, Religiosum, qui simul sit Civis Cæsenæ, & Filius Conventus, alteri Religioso quamquam Conventus Filio, civica tamen prærogativa carenti in assecutione hujus Cappellaniæ præferendum esse, ejusque nominationem non ad biennium dumtaxat juxta enunciatam Discretorii resolutionem posse limitari, sed totos ejus vitæ dies complecti debere, proptereaque Fratrem Franciscum Mariam Candoli, qui dictam Cappellaniam uti Filius Conventus, & Civis Cæsenatensis pridem obtinuerat, ad eam nunc esse reintegrandum, quin imo ejusdem Cappellaniæ emolumentum ab ipso debere percipi nedum tempore, quo in Conventu Cæsenatensi resideat, morbo licet, aut alio impedimento detentus, verum etiam ubi ex Superiorum jussu in aliis Conventibus ad sibi commissa Religionis munia obeunda commoretur.

Hujus itaque negotii definitione ad Sacrum hunc Senatum delata, post acceptas Relationes tum Episcopi existimantis, locum esse petitæ reintegrationi Fratris Candoli ad sæpedictam Cappellaniam, tum Patris Procuratoris Generalis Ordinis, qui e converso Resolutionem Discretorii tamquam verisimili Testatoris menti, Religioso Instituto, ac etiam æquitati conformem asserit, quinque subscripta fuere Dubia, quorum decisio ab Eminentissimis PP. hodie efflagitatur.

I. *An Religiosus nominandus per Fratres Servitas Cæsenæ pro adimplenda pia dispositionem quandam Vercellini de Vercellinis in concursu Religiosi, qui una simul sit Civis Cæsenæ, & Filius Conventus, præferri debeat alteri Religioso, qui sit tantum Filius dicti Conventus in casu &c.*

II. *An nominatio semel facta Civis, & una simul Filii Conventus durare debeat ad ejus vitam, seu potius servanda sit resolutio nuper facta a Discretorio dicti Conventus de nominando imposterum de biennio in biennium per Turnum Religiosos ejusdem Conventus licet Filios tantum, & non Cives in casu &c.* & quatenus negative quoad secundam partem.

III. *An Frater Candolus Civis Cæſenæ, & Filius dicti Conventus alias nominatus continuare debeat in adimplemento dictæ piæ diſpoſitionis, & in perceptione emolumenti in caſu &c.*

IV. *An eidem Fratri Candolo dictum emolumentum debeatur etiam tempore, quo reſidens in Conventu Cæſenæ ſit impeditus propter morbum, ſeu aliam legitimam cauſam, tam ad longum, quam ad breve tempus, dummodo ipſe curet Miſſas ad Altare præſcriptum celebrari per alium Religioſum in caſu &c.*

V. *An reſidente dicto Fratre Candolo propter obedientiam Superiorum in aliis Conventibus ad exercenda munia ſuæ Religionis, teneantur Fratres Conventus Cæſenæ adimplere facere onus celebrationis Miſſarum per alium Religioſum, durante illius abſentia, & cui interea emolumentum debeatur in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.

JUVENACEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM. Detrectante Capitulo Cathedralis, & Receptitiæ Eccleſiæ Juvenacenſis admittere ad participationem ejuſdem Eccleſiæ Petrum Martyrem Molideum Subdiaconum eo ſub obtentu, quod quiſquis civica, ut ipſe, careat prærogativa, nequeat inter Participantium numerum cooptari, de hac Capituli repulſa conqueſtus primum dictus Petrus Martyr coram Epiſcopo, deinde vero coram Supremo hoc Senatu poſtulat hodie declarari, nedum locum eſſe controverſæ ſuæ admiſſione, verum etiam ſibi deberi Sedem, fructus, diſtributiones, & alia quæcumque emolumenta, quibus a die paſſæ rejectionis fuit, ut is contendit, injuſte orbatus.

Juvenacenſis Epiſcopus Sacram Congregationem hac de re inſtruere juſſus poſt tranſcriptam in ſua Relatione particulam Diœceſanæ Synodi ſub annum 1641. habitæ, quæ §. 11. ita diſponit, „ Quia vero in noſtra Cathedrali ſatis eſt vetus conſuetudo, ut „ ad participandum de comuni Maſſa minime ii admittantur, „ qui exteri ſunt, neque in Civitate orti, ideo hanc conſuetudi„ nem uti conformem Sacris Canonibus probamus, *in hæc ver„ ba proſequitur*: Hæcque ſane conſuetudo ab hac Synodali di„ ſpoſitione comprobata cum ſit in viridi obſervantia, ut Subdia„ coni, nempe a die recepti Ordinis Subdiaconatus admittantur „ ad participationem omnium emolumentorum Eccleſiæ Cathe„ dralis, & inter Capitulares recipiantur: hinc factum eſt, quod „ eidem Subdiacono Molideo die 20. Septembris 1738. ad Sub„ diaconatum promoto, ſtatim ipſe petiit a meo Capitulo aggre„ gationem, ſuique admiſſionem ad dictam participationem „ maſſæ communis, tamquam Civis ortus Juvenacii, & pro quo „ ſemper habitus fuit a dicto Capitulo toto tempore ſui ſtatus „ Clericalis, quo jugiter, & gratis, ut ceteri Clerici prædictæ „ inſervivit Eccleſiæ tamquam iſtius ſervitio publice adſcriptus „ in Tabella Clericorum — *Et poſt alia plura, quibus Civicam quali-*

qualitatem memorato Molideo adstruere nititur, hanc ait esse sententiam suam -- quod dictus Subdiaconus tamquam Civis non solum ex origine, verum etiam ex domicilio, quique diligentissime, ac exacte servitium prestit Ecclesiæ, admitti debeat ad Capitularem participationem; Quoniam renitentia Capituli nuldique videtur injusta, & quidem non ex motivo zeli, sed æmu ationis, cujus instinctu undique quærit pauperem Juvenem litibus divexare.

Pluries lacessitum Capitulum jura, quibus repulsam a se datam propugnare intendat, nondum adduxit; Onus itaque erit Eminentissimorum PP. inspectis potissimum iis, quæ circa similem ferme controversiã adnotata fuere in folio die 17. Augusti 1737. in alia Causa *Juvenacen. Admissionis ad Consortium* decidere.

I. *An sit locus Admissioni Subdiaconi Petri Martyris Molidei ad participationem Ecclesiæ Cathedralis Juvenacen.*, & quatenus affirmative.

II. *An illi debeantur locus, fructus, distributiones, & certa emolumenta a die denegatæ admissionis una cum refectione omnium, & singularum expensarum, damnorum, & interesse passorum, & patiendorum pro hujusmodi causa in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

BOSSANEN. REPARATIONIS ECCLESIÆ PAROCHIALIS, Sess. 21. de Res.

Didacus Santucchio sub annum 1726. obtinuit, sibi a S. M. Benedicto XIII. in Commendam concedi Abbatiam Sanctissimæ Trinitatis de Sacargia, cui Prioratus seu Parochialis Ecclesia S. Petri Oppidi de Escano in temporalibus dumtaxat reperitur adnexus, lege in Apostolicis Literis indicti hisce verbis -- Ita „ quod liceat eidem Didaco debitis, & consuetis ejusdem Mo„ nasterii, ac Dilectorum etiam Filiorum Conventus ejusdem „ supportatis oneribus, ac soluta quarta, si Abbatialis separata, „ & seorsim a Conventuali in restauratione illius Fabricæ, seu „ ornamentorum, vestium, aut Paramentorum emptionem, „ seu sarcitionem &c. Si vero communis inibi mensa fuerit, ter„ tia parte omnium, & singulorum dicti Monasterii fructuum &c., „ & proventuum pro præmissis supportandis &c. annis singu„ lis &c. ordinari, & disponere.

Animadvertens autem Episcopus in Pastorali Visitatione, quam peregit anno 1738., dictam Parochialem Ecclesiam S. Petri adeo pauperem esse, ut annuus ejus reditus vix sufficiat pro sumptu Candelarum, & Olei Lampadis, quæ accensa ante SS. Eucharistiæ Sacramentum detinetur, illiusque proinde Sacrario omni ferme supellectili orbato, quin & Fabricæ plurimis indigenti reparationibus, ratione aliqua consulendum esse, ad preces Joannis Leonardi Procumartis ejusdem Ecclesiæ Procuratoris, qui in supplici libello indigentias omnes dictæ Ecclesiæ singulatim recensuit, Decretum edidit hisce verbis conceptum „ Quia Dida-

„ cus Santucchius Abbas de Sacargia, & Prior Parochialis Eccl
„ ſiæ Oppidi de Eſcano, qui ad perſonalem reſidentiam non
„ adſtrictus, huc uſque non curavit tradere, prout tenetur ide
„ Eccleſiæ quartam partem fructuum Decimalium ab ipſo coll
„ ctorum, & colligendorum, & in noſtra Paſtorali Viſitation
„ quam actualiter exercemus, non ſine maximo animi noſtri m
„ rore vidimus, & inſpeximus non ſolum nimiam paupertate
„ dictæ Eccleſiæ, verum etiam indigentiam omnium, & ſing
„ lorum in præſentibus precibus contentorum, ideo inhæren
„ diſpoſitioni S. C. Tridentini, ejuſque Sacræ Congregatio
„ tam authoritate Apoſtolica delegata, quam Ordinaria (ſi
„ tamen præjudicio portionum favore dictæ Eccleſiæ decurſaru
„ & ab eodem A. R. Abbate non ſolutarum) providimus,
„ decernimus, ſequeſtrandam fore, & eſſe pro nunc quarta
„ partem fructuum decimalium a Parochianis Oppidi de Eſcat
„ ſolvendorum quotannis, donec, & quouſque præfata Ecc
„ ſia reparetur, & de contentis in precibus adjunctis, prout in D
„ cretis noſtræ viſitationis apparet, debite dicta Eccleſia p
„ videatur, & ad hunc effectum expediendum eſſe mandatum
„ rectum Joanni Effis Lopez Collectori dictorum fructuum
„ parte dicti R. D. Abbatis, quatenus eam tradat Procuratori E
„ cleſiæ præfatæ ſub pœna &c. prout præſenti noſtræ Viſitation
„ Decreto ſequeſtrari, & tradi reſpective mandamus.

Adverſus Decretum hoc ſubinde Epiſcopi juſſu executioni qu
que demandatum reclamavit memoratus Abbas, & Prior Sa
tuccio, propterea que bina, quæ mox deſcribentur Dubia
EE. PP. decidenda proponuntur.

Jura, quibus Abbas Santucchio Epiſcopi Decretum ſtudeat oppugn
re, nondum allata ſunt; Procurator vero Eccleſiæ S. Petri ad
lud tuendum non ſolum nititur enunciatæ legi in Bulla Proviſi
nis a S. M. Benedicto XIII. quartam decimarum partem eide
Eccleſiæ reſervanti, verum etiam expreſſis Sacrorum Canonu
ſanctionibus in Can. *Mos eſt Can. de reditibus Can. vobis en
Can. Conceſſo Vobis* 12. *quæſt.* 2. *& in Cap. De his, & Cap. Q
cumque, de Eccl. ædific.* & Sacri Concilii Tridentini *Seſſ.*7. *Cap.
& Seſſ.* 21. *cap.* 7., juxta quas communiter receptum eſt, on
reparandi Eccleſias, earumque indigentiis providendi, ubi Ecc
ſiæ ipſæ reditibus in eum finem deſtinatis careant primo, ac p
ceteris ad earumdem Eccleſiam Rectores, alioſve ipſarum re
tibus fruentes pertinere, adeoque jure optimo iſtos poſſe ad
per eorumdem fructuum ſequeſtrationem compelli, uti cum a
tradit *Sperell. dec.*67.*n.*6. *Panimol. dec.* 15. *annot.*1.*n.*21., & pl
ries reſolvit Sacra Congregatio, & ſignanter in *Hieracen.*
Maii 1590. *Lib.*7. *pag.* 165. *& in Narnien.* 24. *Maii* 1657. *ad
Dub.*; additque præterea idem Eccleſiæ Procurator, hoc ipſu
ſervaſſe prædefunctum Epiſcopum Gavini, quum in viſitatio
ſub annum 1719. habita ſummam ſcutorum 50. ex decimis pe
cipiendam juſſerit ſequeſtari contra Priorem Stephanum Spani

ut i

ut inde Sacrorum ſupellectilium reſtaurationi, aliiſque ſæpedictæ Eccleſiæ S. Petri neceſſitatibus eo etiam tempore urgentibus conſultum ſoret. Placeat itaque deliberare.

I. *An Decretum factum ab Ordinario in Viſitatione, & Sequeſtrum appoſitum ſuper fructibus decimalibus ſuſtineatur, et quatenus negative.*

II. *An Prior Commendatarius S. Petri de Eſcano ſingulis annis teneatur erogare quartam partem fructuum decimalium in reſtaurationem Eccleſiæ in caſu &c.*

Non propoſita.

Die Sabbathi 11. Martii 1741.

PLaceat Eminentiſſimis Patribus Folium poſtremæ Congregationis ſub diem 25. mox elapſi menſis habitæ reſumere, & quatuor Cauſas in eo deſcriptas, quarum diſcuſſio ad hanc diem fuit dilata, Sapienti, quo ſolent, Oraculo decidere.

MINERVINEN. FUNERUM.

Seſſ. 24. c. 13. de Reſ.

I. *An, & in qua ſumma debeatur Capitulo, ejuſque Parocho Quarta funeralis.*

II. *An, & quæ ſumma debeatur Capitularibus invitatis in aſſociatione Cadaverum.*

III. *An in hac materia Funeralium vigeat aliqua particularis conſuetudo in Terra Cirignolæ, ita ut ſit attendenda, vel potius conficienda nova Taxa emolumentorum funeralium.*

IV. *An delatio Baræ, vel Lecti funeris, & Culcitræ privative ſpectet ad Parochum Capituli, ſeu potius ad Eccleſiam tumulantem, quando Cadavera tumulantur extra Eccleſiam Parochialem, & Collegiatam*, & quatenus affirmative quoad primam partem.

V. *An tale jus ſpectat ad eamdem Eccleſiam Collegiatam etiam pro Cadaveribus Confratrum, & Conſororum Sanctiſſimæ Aſſumptionis, vel potius illud ſpectet ad eorum Confraternitatem.*

VI. *An in caſu aſſociationis Cadaverum ad Eccleſiam Fratrum Carmelitarum teneantur ipſi Fratres, & Sodales prædicti accedere ad Eccleſiam, ibique levare Parochum, ſeu potius ſufficiat eorum acceſſus ad domum defuncti ad effectum ibi expectandi Parochum, & quanto tempore.*

VII. *An jus ordinandi viam, ſeu aſſociationem Cadaverum tumulandorum in Eccleſiæ Fratrum Carmelitarum competat Parocho, ſeu potius ipſis Fratribus Carmelitis unitim cum Parocho funus ducentibus, ſeu verius tale jus in excluſionem utriuſque competat Hæredibus Defuncti.*

VIII. *An, & quod emolumentum ſolvendum ſit Capitulo pro ſonitu omnium Campanarum ſuæ Eccleſiæ occaſione funerum, & an ſuſtineri debeat ſolitum ipſius Capituli exigendi ab Hæredibus defuncti quadraginta libras ceræ pro ſonitu Campanarum.*

IX. *An Parochus, ſeu Capitulum poſſit impedire, quominus Parentes, aliique majores eligant ſepulturam pro parvulis infra ſeptennium,*

nium, aliisque viventibus sub patria potestate in Ecclesiis Regularium, & quatenus negative.

X. *An, & quæ summa debeatur Capitulo, seu Parocho ex causa dictæ electionis sepulturæ extra Ecclesiam Parochialem etiam intuitu regiſtrandi dictam electionem in libro Parochiali.*

XI. *An Confratres prædicti associantes Cadavera eorum Confratrum, & Sororum cum candelis, & intorticiis propriis eorum Confraternitatis teneantur de dictis candelis, & intorticiis tradere quartam funeralem, & in qua quantitate.*

XII. *An Capitulum, seu Parochus teneantur restituere emolumenta percepta in duobus funeribus Rochi* Longo, *& Nicolai* Gallo *in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo pro informatione, & voto super veritate, & relevantia assertæ Concordiæ, auditis Partibus.

CÆSENATEN. CAPPELLANIÆ.

Sess. 22. Decr. de obser. & evit. in celebr. Miss.

I. *An Religiosus nominandus per Fratres Servitas Cæsenæ pro adimpleuda pia dispositione quondam Vercellini de Verzellinis in concursu Religiosi, qui una simul sit Civis Cæsenæ, & filius Conventus, præferri debeat alteri Religioso, qui sit tantum Filius dicti Conventus in casu &c.*

II. *An nominatio semel facta Civis, & una simul Filii Conventus durare debeat ad ejus vitam, seu potius servanda sit resolutio nuper facta a Discretorio dicti Conventus de nominando imposterum de biennio in biennium per turnum Religiosos ejusdem Conventus licet Filios tantum, & non Cives in casu &c.*, & quatenus negative quoad secundam partem.

III. *An Frater Candolus Civis Cæsenæ, & Filius dicti Conventus alias nominatus continuare debeat in adimplemento dictæ piæ dispositionis, & in perceptione emolumenti in casu &c.*

IV. *An eidem Fratri Candolo dictum emolumentum debeatur etiam tempore, quo residens in Conventu Cæsenæ sit impeditus propter morbum, seu aliam legitimam causam, tam ad longum, quam ad breve tempus, dummodo ipse curet Missas ad Altare præscriptum celebrari per alium Religiosum in casu &c.*

V. *An residente dicto Fratre Candolo propter obedientiam Superiorum in aliis Conventibus ad exercenda munia suæ Religionis, teneantur Fratres Conventus Cæsenæ adimplere facere onus celebrationis Missarum per alium Religiosum, durante illius absentia, & cui interea emolumentum debeatur in casu &c.*

Ad primum Affirmative. Ad secundum Negative ad primam partem, quo vero ad secundam Affirmative quoad tempus etiam auctoritate Sac. Cong., & citra approbationem dispositionis Testatoris in quantum repugnat voto paupertatis, & in reliquis provisum in primo -- Ad tertium negative sed posse iterum nominari -- Ad quartum, & quintum provisum insuperioribus.

JU.

Sess. 24. c. 12. de ref. JUVENACEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM.

I. *An sit locus Admissionis Subdiaconi Petri Martyris Molidei ad participationem Ecclesiæ Cathedralis Juvenacen.*, & quatenus affirmative.

II. *An illi debeantur locus, fructus, distributiones, & cætera emolumenta a die denegatæ admissionis una cũ refectione omnium, & singularum expensarum, damnorum, & interesse passorum. & patiendorum pro hujusmodi causa in casu &c.*

Ad primum Affirmative, ad secundum deberi locum, fructus, distributiones, & cætera emolumenta tantum, & amplius.

Sess. 21. de Reform. BOSSANEN. REPARATIONIS ECCLESIÆ PAROCHIALIS.

I. *An Decretum factum ab Ordinario Visitatione, & Sequestrum appositum super fructibus decimalibus sustineatur*, & quatenus negative.

II. *An Prior Commendatarius S. Petri de Escano singulis annis teneatur erogare quartam partem fructuum decimalium in restauratione Ecclesiæ in casu &c.*

Ad primum affirmative. Ad secundum provisum in primo.

Sess. 5. c. 2. de ref. AVENIONEN. JURISDICTIONIS. Plurima inter Privilegia, quibus Avenionensem Studiorum Universitatem a Bonifacio VIII. Institutam Summi Pontifices ejus Successores cumularunt, duo præcipue sunt a Joanne XXII. impertita, alterum nempe, quo Abbati S. Andreæ, Præposito majoris, ac Decano S. Petri ejusdem Civitatis collatum est munus Conservatorum, & Judicum præfatæ Universitatis, ipsisque Jurisdictio tributa hisce verbis „ Mandamus, quatenus præfato Primicerio, „ Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus, & Universitatis efficacis defensionis remedio assistentes „ non permittatis, eosdem super quibusvis Bonis, & Juribus a „ quibusvis quacumque Dignitate etiam Pontificali præditis indebite molestari, vel eis gravamina, seu damna, vel injurias „ irrogari, faciatis dicto Primicerio, Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus, & Universitatis, quum „ ab eis, vel Procuratoribus suis fueritis requisiti de prædictis, „ super restitutione Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliarum „ Jurisdictionum, & aliorum quorumcumque Bonorum, nec non „ de quibuscunque molestiis, injuriis, atque damnis præsentibus, „ & futuris in illis, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano sine strepitu, & figura Judicii, in aliis vero, „ prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum, occupatores, seu detentores, & molestatores Authoritate Apostolica per censuram Ecclesiast icam compescendo, non obstan-

„ tibus

„ tibus tam Bonifacii VIII., in quibus cavetur, ne aliquis extra „ ſuam Civitatem, & Diœceſim ad judicium vocetur, ſeu quod „ de aliis, quam de manifeſtis injuriis & aliis, quæ judicialem „ requirunt indaginem, nullatus intromittant, quam aliis qui- „ buſcunque Conſtitutionibus &c. quodve a die præſentium ſit „ vobis, & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum „ ſingulis cæptis, & non cæptis, præſentibus, & futuris perpetua „ poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmi- „ tate poſſitis in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis, præ- „ ſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta „ omnia, & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent, & juriſdictio „ veſtra, & cujuſlibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingu- „ lis per citationem, vel modum alium perpetuatis legitime exti- „ tiſſet.

Alterum vero, quo „ Magiſtris, Doctoribus, Licentias, Baccalau- „ reis, & Schoralibus, qui in Univerſitatem ſtudii Civitatis præ- „ dictæ degunt *idem Summus Pontifex indulſit, ut* nullus eorum „ per literas Apoſtolicas, etiamſi in illis de Indulto hujuſmodi „ generalis, vel ſpecialis mentio facta fuerit, ſeu Conſervato- „ res a Sede Apoſtolica, aut alios Judices delegatos, deputatos, „ vel deputandos, ſeu quoſcumque Locorum Ordinarios extra „ dictam Civitatem, etiamſi expreſſe, & cum juramento alibi „ ſubmiſſi ſint, vel fuerint ratione delicti, aut contractus, „ vel quaſi, vel Rei, de qua agitur, ubicumque commit- „ tatur delictum, ineatur contractus, aut quaſi, vel res ipſa „ conſiſtat, trahi valeat, dum tamen Conſervatores dicti Studii „ in ipſa Civitate pro tempore, Vobis ipſis in eadem Civitate „ querelantibus, juſtitiam miniſtrare procurent, *hocque poſterius Privilegium Apoſtolico pariter diplomate confirmavit primum Sixtus IV., deindeque Innocentius VIII., in cujus Literis ſub annum* 1488. *expeditis ſic legitur* „ Pro ſtatu, & felici directione „ Univerſitatum, ac Perſonarum in illis continue ſtudiis inſiſten- „ tium commodo, & quiete Sixtus Prædeceſſor, ne Doctores, „ Magiſtris, & alii legentes ab exercitio legendi retraherentur, „ ſtatuit, quod nullus Doctor, Magiſter, ſive Scholaris, aut „ quævis alia Perſona dictæ Univerſitatis ratione cujuſcumque „ cauſæ civilis, criminalis, & Beneficialis, aut rei, de qua age- „ retur, ubicumque iniretur Contractus, & committeretur De- „ lictum per quemcumque judicem Ordinarium, ſive Delega- „ tum etiam Authoritate Apoſtolica deputatum extra Civitatem „ prædictam ad judicium trahi poſſit. Nos &c. omnia, & ſingula „ Privilegia approbamus, ac confirmamus.

Memoratis autem Judicibus, & Conſervatoribus a Joanne XXII. conſtitutis Primicerium Univerſitatis addidit Leo X., eumque pari, quæ cæteri fruebantur, juriſdictione donavit, vetuitque, ne Magiſtratus illius Civitatis eumdem Primicerium ab exercitio datæ juriſdictionis in ſuppoſitos Univerſitati hujuſmodi quoad primam Cauſarum cognitionem quovis modo impedirent, ut conſtat ex ejus Bulla ſub annum 1513. expedita, quæ prope finem hæc habet „ Præterea cum dictus Primicerius, qui per di-

„ ctam Univerſitatem ſingulis annis eligitur, ſi totius Univerſi-
„ tatis prædictæ caput modernum, & pro tempore exiſtentem
„ Primicerium prædictum, dummodo ſit Clericus, numero
„ Conſervatorumæ, Privilegiorum dictę Univerſitatis cum facul-
„ tatibus, juriſdictionibus, præeminentiis, & prærogativis eiſ-
„ dem Conſervatoribus conceſſis adjungimus, & deputamus, ac
„ illam eidem Primicerio juriſdictionem, authoritatem, Præe-
„ minentiam, & prærogativam in Doctores, & Licentiatos,
„ ſcholares, & alios ſuppoſitos dictæ Univerſitati, quam Priores.
„ ſeu Rectores Univerſitatum Studiorum Italiæ, & Galliæ in ea-
„ rum Doctores, Licentiatos, Scholares, & alis eis ſuppoſitos
„ tam de jure communi, quam ſpeciali habent, & habere ſoliti
„ ſunt, itaut dictus Primicerius dicta juriſdictione etiam per cen-
„ ſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia Juris remedia ad inſtar
„ aliorum Conſervatorum, & Priorum, ſeu Rectorum præ-
„ dictorum reſpective uti poſſit, & valeat, authoritate Apo-
„ ſtolica, & tenore prædictis attribuimus, nec non Magiſtrati-
„ bus dictæ Civitatis, & cuilibet eorum, ne eumdem Primice-
„ rium ab exercitio dictæ juriſdictionis in Suppoſitos Univerſitati
„ hujuſmodi quoad primam Cauſarum cognitionem quovis modo
„ directe, vel indirecte impediant, ac ſub Sententiis, Cenſu-
„ ris &c. eiſdem Authoritate Apoſtolica, & tenore inhibemus;
atque inſuper idem Pontifex Leo X. quum ei expoſitum fuiſſet quod
„ dictus Primicerius non ſemper Clericus, ſed ut plurimum Lai-
„ cus de Collegio Doctorum Univerſitatis hujuſmodi annis ſin-
„ gulis eligatur, quodque hujuſmodi Univerſitati ſuppoſiti ne-
„ dum Laici, ſed etiam pro majori parte Clerici etiam Religioſi,
„ & exempti exiſtant, *quumque nomine Primicerii, & Doctorum*
„ *fuiſſet ei humiliter ſupplicatum* „ ut, cum unum Laicum in Pri-
„ micerium dictæ Univerſitatis Avenionenſis eligi contigerit, ei-
„ dem Primicerio Laico tunc electo una cum dicto Collegio
„ unum alium Doctorem Clericum de dicto Collegio ad juriſdi-
„ ctionem prædictam loco ejuſdem Primicerii Laici, & ejus Of-
„ ficio durante, exercendam deputandi licentiam, & facultа-
„ tem concedere dignaretur, *aliis ſui literis in hunc finem datis*
Oratorum precibus benigne annuit.

Quoniam vero Primicerius hiſce ſuffultus privilegiis cæpit ſibi jus aſſerere cognoſcendi Cauſas nedum Doctorum legentium, vel munera Univerſitatis obeuntium, & Scholarium actu in ea Univerſitate ſtudiis incumbentium, verum etiam aliorum omnium Doctorum, ne juriſdictio Auditoris Generalis, aliorumque Officialium Legationis Avenionenſis imminuta, ac pene extincta remaneret, & ne contentiones inter ipſum Primicerium, & Officiales antedictos inde obortæ acriores evaderent, conſulta fuit Sacra hæc Congregatio, quæ in Literis ad Archiepiſcopum Avenionenſem ſub annum 1599. datis in hæc verba reſcripſit
„ Tametſi Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini
„ Interpretum alias reſponderit, Conſervatorias Univerſitatibus
„ conceſſa, quæ præſervantur Decreto Concilii *cap.* 5. *ſeſſ.* 14.,

„ his

„ his tantum Doctoribus ſuffragari, qui actu legunt, & Scho-
„ laribus, qui actu ſtudent, non tamen propterea ab hujuſmodi
„ Conſervatoriæ beneficio eos Doctores excludendos putavit, qui
„ actu munera Univerſitatis exercent, quamvis ipſi minime in
„ Univerſitate Lectiones habeant, ut jam pridem eadem Sacra
„ Congregatio daclaravit. Itaque eos Univerſitatis Avenionenſis
„ Doctores, qui licet non legant, tamen munera Univerſitatis
„ actu exercent, Conſervatoriis a Sede Apoſtolica ipſi Univer-
„ ſitati conceſſis, dum intra Civitatem manent, plane potiri
„ ex Sententia Illuſtriſſimorum Patrum æquiſſimum eſt. Cæte-
„ rum an revera ipſa munia Univerſitatis obeant, ac actu exer-
„ ceant, Dominum Vice-Legatum Avenionenſem diſpicere in
„ primis oportere, ut illi tantum, & non alii, qui licet in ma-
„ tricula deſcripti, nec actu legunt, nec munera Univerſitatis
„ exercent, Conſervatoriæ fruantur Privilegio.

His acceptis Literis Joannes Franciſcus Bordinus tunc temporis Archiepiſcopus Avevionenſis, & de quo magna inter hodiernos Collitigantes fit diſceptatio, num Vice-Legati etiam munere eodem tempore fungeretur, duplicem protulit Sententiam, in quarum prima ita decrevit „ Quia nobis ligitime conſtat,
„ DD. Primicerium, & Doctores aggregatos Collegio Docto-
„ rum actu munera Univerſitatis exercere, præſertim dum, &
„ quando agitur de examine, & approbatione Promovendorum
„ ad gradum Licentiaturæ, & Doctoratus, & Scribaniatuum,
„ ſicut & Regentias, & Lecturas aliis Doctoribus aggregatis,
„ necnon Bidelli officium conferunt, ideo per hanc noſtram de-
„ finitivam Sententiam &c. declaramus, Primicerium, & Docto-
„ res aggregatos, & eorum quemlibet exercuiſſe, & exercere
„ actu munera Univerſitatis prædictæ, & ea de cauſa frui debere
„ beneficio, & Privilegio Conſervatoriæ eidem Univerſitati per
„ Summos Pontifices antiquitus conceſſis, quamvis actu non le-
„ gant, dummodo tamen intra Civitatem maneant, *in altera vero declaravit* „ Doctores jam dictæ Univerſitatis, qui Doctoratus
„ gradum in eadem ſunt adepti, licet de aggregatione Collegii
„ non exiſtant, exercuiſſe, & exercere actu munera Univerſita-
„ tis, ac propterea frui, gaudere, & potiri debere Beneficio, &
„ Privilegio Conſervatoriæ, quamvis actu non legant, nec de
„ eodem Collegio Aggregatorum exiſtant, & dummodo tamen
„ intra Civitatem Avenionenſem maneant &c.; declarantes ta-
„ men, Doctores in Sacris Ordinibus conſtitutos in hujuſmodi
„ noſtra declaratione, ſeu Sententia non includi, neque compre-
„ hendi, nec propterea ab Ordinaria Juriſdictione Eccleſiaſtica
„ exemptos cenſeri.

Poſt prolatas ab Archiepiſcopo Bordino mox memoratas Sententias nulla alia ſuper dictorum Primicerii, aliorumque Conſervatorum Univerſitatis juriſdictione ſpatio octoginta ferme annorum inſtructa comperitur judiciaria contentio; ſub annum vero 1679. Auditor Generalis Legationis una cum aliis Miniſtris authumans, grave nimis juriſdictioni ſuæ vulnus illatum eſſe a recenſitis iſtius Archiepiſcopi Sententiis, quæ tunc primum in lu-

cem dicuntur prodiisse, quippe quod in vim earumdem Sententiarum potestas Primicerii, & Conservatorum adeo extenderetur, ut ordinaria legationis, ejusque Ministrorum in jure dicendo authoritas intra angustissimos fines coercita quodammodo foret ob auctum in dies numerum Doctorum, qui se jurisdictioni Primicerii, & Conservatorum privative ad quemcumque alium Judicem subjectos contendebant, Supremum hunc adiit confessum pro declaratione duplicis antedictæ Sententiæ, huncque in finem bina hæc Dubia curavit disceptari. I. *An ii, qui gradum susceperunt in d. Universitate, & Causas patrocinantur in Civitate Avenionen. intelligantur exercere, & obire munera Universitatis.* II. *An Doctores Collegio aggregati, qui cæteroquin non exercent munus aliquod particulare, ac necessarium Universitatis, intelligantur munera Universitatis obire*, obtinuitque sub diem 12. Augusti dicti Anni 1679. rescribi -- *Ad I. Negative. Ad II. Dilata ad Kalendas*, ut in *lib.*30. *decr. pag.*372. *& seq.*

Diu post hæc siluit causa; Nuper vero cum Primicerius, & Conservatores antedicti cæperint denuo jurisdictionem suam contra veteres S. Congreg. Resolutiones ampliare, contendentes, laudata Summorum Pontificum privilegia, geminas Archiepiscopi Bordini sententias, & longævam inde subsecutam consuetudinem ita sibi favere, ut ipsorum Jurisdictioni privative quoad Auditorem Generalem Legationis, aliosque Ordinarios Judices Civitatis Avenionensis in singulis Causis etiam Criminalibus subesse omnino debeant quotquot in dicta Universitate Laurea Doctorali fuerint insigniti, dummodo intra eamdem Civitatem commorentur, sive iidem Doctores in prædictis Causis sint Rei, sive Actorum partibus fungantur; E contra vero hisce conatibus in muneris sibi commissi tutelam obsistens modernus Auditor Generalis plura cumulaverit documenta, quibus ostendere nititur, enunciatas Sententias nullo in numero habendas esse, utpote inauditis Legationis Officialibus editas, & eas quidem non a Vice-Legato Avenionensi, cui negotium a S. Congr. in supra recensitis literis fuerat commissum, sed a Bordino tunc Archiepiscopo Avenionensi Cancellario perpetuo Universitatis, & non simul, uti dicitur, Vice-Legato prolatas, proindeque tamquam invalidas, injustasque jamdudum agnitas per seculum ferme suppressas, & clanculum retentas nonnisi sub annum 1679. in lucem prodiisse, itidemque assertam consuetudinem, vel ab iteratis Sacræ Congreg. declarationibus penitus sublatam, vel ab actibus tantum clandestinis, & pendente lite gestis inductam, & demum privilegia superius relata a juris communis dispositione suam debere nanciscì declarationem in iis potissimum, quæ Primicerio, aliisque Conservatoribus fæpedictæ Universitatis non fuerunt explicite concessa, Supremum idcirco Sacri hujus Senatus oraculum super quinque mox describendis Dubiis ab utraque Parte jura sua late deducente imploratur.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis die* 12. *Augusti* 1679., & quatenus affirmative quoad secundam partem:

An

II. *An etiam alii Doctores, qui gradum susceperunt in Universitate Avenionensi, & intra Civitatem manent, etiamsi causas non patrocinentur, gaudeant privilegio Conservatoriæ?*

III. *An Doctores Collegio aggregati (si qui sunt) qui cæteroquin non exercent munus aliquod particulare, ac necessarium Universitatis, intelligantur munera Universitatis obire?*

IV. *An ii, qui gaudent privilegio Conservatoriæ, illo uti possint, sive sint Actores, sive sint Rei, & in quibuscumque causis etiam criminalibus, & an jurisdictio Primicerii sit privativa in casu &c.*

V. *An Lectores, aliique, qui muncra Universitatis exercent, finito exercitio, gaudere debeant eodem privilegio in casu &c.*

Ad Primum in decisis, & amplius. Ad Secundum, & Tertium Negative. Ad quartum Affirmative pro reis tantum, & in causis dumtaxat civilibus ita tamen, ut de ipsorum consensu etiam aliorum Judicum Jurisdictio possit prorogari. Ad quintum Negative.

Reliquæ non propositæ.

UGENTINA, SEU HYDRUNTINA. Contractui permutationis bonorum *delle Confraterie* spectantium ad Cappellam, & Confraternitatem SS. Sacramenti erectam in Ecclesia Cathedrali Ugentina cum aliis bonis *delle Scarde* possessis a Benedicto Rovito Cantore, & prima Dignitate Cathedralis Ugentinæ Episcopus, veluti a S. Congreg. Episcoporum, & Regularium delegatus, sub annum 1724. Apostolicam tribuit Authoritatem, *ita tamen, quod in casu evictionis, vel molestiarum tam in petitorio, quam in possessorio omni futuro tempore semper reservetur regressus favore Cappellæ ad prædicta bona permutata*. Triennio autem vix transacto quum enunciata bona *delle Scarde* ex permutatione ad Cappellam, seu Confraternitatem antedictam delata a Barone Marcello Cavalera evicta fuissent, idem Benedictus Rovito, qui hoc tempore administrationem dictæ Cappellæ in eum finem a Capitulo electus gerebat, quædam Oliveta sub vocabulo *le Greghe* in locum bonorum, quæ fuerant evicta, prævio tantum assensu Donati Faustæ ejusdem Cappellæ Procuratoris substituit. *Sess. 22. c. 11. de ref.*

Ratus autem Vicarius Generalis legem in approbatione permutationis adjectam circa regressum ad priora bona *delle Confraterie* favore ipsius Cappellæ reservatum in casu evictionis inde fuisse a memorato Rovito subdole violatam, die 28. Julii 1738. jussit eum citari, ut intra tres terminos pro trina Canonica monitione præfinitos personaliter in Curia Episcopali compareret ad dicendum causam, ob quam declarandus non foret obstrictus excommunicatione majori, aliisque pœnis a S. Concilio Tridentino *cap. 11. sess. 22. de Ref.*, nec non *Extrav. ambitiose de reb. Eccles. non alienan.* inflictis adversus eos, qui Ecclesiastica bona minus legitime, riteque distrahunt; idem vero Rovitus ab ejusmodi citatione, seu præcepto statim appellationem interjecit ad

Ar-

Archiepiſcopum Hydruntinum, qui die 5. inſequentis Auguſti mandavit dictæ Epiſcopali Curiæ, ut acta tranſmitteret, & interim ſub pœna attentatorum in Cauſa ſuperſederet, donec viſis actis aliter ipſi Archiepiſcopo decernendum videretur.

At poſthabitis appellatione, & Archiepiſcopi præcepto, Vicarius Generalis Epiſcopi Ugentini juſſit dari Rovito literas, quas Apoſtolos refutatorios vocant, eumque præterea ſub diem 8. ejuſdem menſis Auguſti excitari ad opponendum, & audiendam ſententiam, qua inſequenti die nedum illum declaravit excommunicatione innodatum, aliiſque prædictis pœnis ſubjectum, verum etiam ab omnibus vitandum per Cedulones publicis locis affixos denunciavit, decernens inſuper bona ſtabilia *delle Confraterie* una cum fructibus a die evictæ poſſeſſionis *delle Scarde* uſque ad præſentem diem perceptis ad Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti libere, & integre reverti, illa vero *delle Greche* a Rovito ſubrogata una cum fructibus, cui de jure, reſtitui debere.

Sententiæ hujus notitia ad Archiepiſcopum Hydruntinum delata, ſtatim is Epiſcopalem Curiam Ugentinam canonica monitione requiſivit, monuitque ad dicendam cauſam, cur attentata declarari non deberent omnia per ipſam poſt memoratam inhibitionem geſta, præcepitque Lazaro Santori Cancellario, aliiſque Officialibus ejuſdem Curiæ, ut infra triduum pro tribus Canonicæ monitionis terminis præfinitum acta tranſmitteret ſub pœna librarum mille Ceræ albæ, ac in ſubſidium excommunicationis, rejectaque ſubinde appellatione, quam ab hoc Decreto ad S. Sedem interpoſuerant iidem Promotor Fiſci, & Cancellarius, mandavit pœnas contra Cancellarium ob neglectam tranſmiſſionem actorum indictas exequi, nec non lacerari edicta excommunicationis contra ſæpedictum Cantorem Rovitum publicata; Sed Notario Marta, qui ad Palatium Epiſcopi Ugentini Decretum Archiepiſcopi exequuturus acceſſerat, ita Promotor Fiſci, Cuſtos ejuſdem Palatii, aliique plures tum Clerici, tum Laici per vim etiam armis adhibitam obſtitere, ut omnes Notarii conatus pro lacerando excommunicationis edicto ibidem affixo adhibiti in irritum ceſſerint, nec aliud Notarius iſte potuit aſſequi, quam quod a Palatio Epiſcopali ad Domom Cancellarii ſubinde profectus congregatæ Plebis auxilio ſuſtentatus pecunias, aliaſque res mobiles ab illius domo ablatas penes tertiam perſonam depoſuit.

Poſt hæc Metropolitanus ob impedimentum demandatæ laceratione edicti præſtitum Archidiaconum Macri Provicarium Generalem Curiæ Ugentinæ Fiſci Promotorem, pluresque alios veluti perturbatæ ſuæ Juriſdictionis reos excommunicationi ſubjecit; Cedulones vero adverſus Cantorem Rovitum ab Epiſcopali Curia Ugentina pridem affixos pro laceratis haberi decrevit, noluitque poſtea ipſum Archidiaconum Macri, alioſque violentiæ participes eidem pro abſolutione ſupplicantes a cenſuris diſſolvere, niſi prius removerentur tam edictum excommunicationis, quam

alte-

alterum ſuper aſſerto incurſu in irregularitatem contra Rovitum promulgata, itidemque niſi prius ab eodem Archidiacono fieret explicita promiſſio tranſmittendi ad Curiam Metropolitanam infra 15. dies omnia, & ſingula acta contra eumdem Rovitum compilata.

Verum Decreto iſti non acquieſcens Promotor Curiæ Ugentinæ, qui contendit, eamdem Curiam ad petitam actorum tranſmiſſionem minime teneri, quin vero Metropolitanum ad ea omnia hactenus expoſita perperam, & attentate proceſſiſſe, preces exhibuit Sacræ huic Congregationi, cujus juſſu cum acta omnia hinc inde congeſta fuerint ad Urbem delata, inſpectis juribus tam ab Officialibus utriuſque Curiæ, quam a Cantore Rovito ſeorſim deducendis, grave non erit EE. PP. tria, quæ ſequuntur, dubia decidere.

I. *An geſta per Curiam Metropolitanam Hydruntinam ſuſtineantur in caſu &c.*

II. *An cenſuræ latæ per Curiam Epiſcopalem Ugentinam contra Cantorem Rovito ſuſtineantur in caſu &c.*

III. *An, & de quibus attentatis conſtet, & quomodo ſint purganda in caſu &c.*

LARINEN. Ad extinguendas contentiones obortas tam ſuper exercitio curæ animarum in Eccleſia S. Agathæ ad Monaſterium Tremitanum Canonicorum Regularium Lateranenſium ſpectante, quam ſuper jure viſitandi, quod ibidem Larinenſis Epiſcopus ſibi aſſerebat, jamdiu vigentes, cum inita fuiſſet ſub annum 1734. inter eumdem Epiſcopum, & Abbatem tunc temporis dicto Monaſterio præfectum ſub reſervatione Apoſtolici beneplaciti, & aſſenſus Procuratoris Generalis Congregationis dictorum Canonicorum Regularium quædam concordia, qua inter cætera ſic cautum fuerat -- „ Primieramente adunque eſ- „ ſendo neceſſaria una perſona, che abbi la cura delle anime in „ detto Caſale, che ſono da circa cento, e più Cittadini, e abi- „ tanti diverſi in più Famiglie, e ſtato riſoluto, e concluſo, che „ non eſſendo, ne trovandoſi in detto Caſale altra Chieſa, deb- „ ba erigerſi la cura delle anime colla ſua autorità ordinaria, o „ delegata, che ſia, nella Chieſa di S. Agata eſiſtente dentro il „ Cortile di detta Abbadìa „ -- Eminentiſſimi Patres, quia poſtmodum memorata Canonicorum Congregatio detrectavit ejuſmodi tranſactioni aſſentiri, non renuerunt aggredi examen decem dubiorum, quæ Partes ſupremo ipſorum judicio definienda ſubjecere; Sed iis propoſitis ſub diem 1. Auguſti 1739. re mature perpenſa convenerunt in reſcriptum -- „ Servetur concordia „ anni 1734. juxta modum, & modus eſt, quod Parochus de- „ putandus in Eccleſia S. Agathæ appelletur Vicarius non autem „ œconomus, prout denominatur in *cap.* 3. dictæ tranſactionis, „ quod jus eligendi, & deputandi œconomum interinum in ca- „ ſu cujuslibet vacationis præſervetur Reverendiſſimo Epiſcopo, „ quod-

Seſſ. 23. c. 19. de Ref.

„quodque demum deleatur a *cap.6.* ejuſdem tranſactionis ex-
„preſſio, quod viſitatio dictæ Eccleſiæ Parochialis fieri debeat
„ab eodem Reverendiſſimo Epiſcopo jure delegato; quo vero
„ad decimas, videatur particulariter citatis inteſſere habenti-
„bus „-- Cauſaque poſtmodum ad trutinam revocata ſub con-
ſueto Dubio -- *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.*
die 19. Decembris ejuſdem anni 1739. prodiit Reſcriptum -- *In*
deciſis, & amplius.

Volens itaque Ordinarius Larinenſis Reſolutionem hanc executioni demandare, ſub die 5. Junii 1740. Bullam, quam *erectionis* vocant, edidit, in qua tum enunciatæ Concordiæ, tum Reſolutionis mox relatæ inſerto tenore, in hæc demum verba ſe explicuit „Cupientes itaque debitæ executioni demandare ea, quæ „per eamdem Sacram Congregationem ſunt ſancita, & de-„creta, hinc authoritate ejuſdem Sacræ Congregationis &c. præ-„laudatam Eccleſiam ſub eadem invocatione Sanctæ Agathæ in „dicto Caſali erectam tenore præſentium in Vicariam perpe-„tuam, & Parochialem cum Cura animarum, ſervata forma „dictarum Reſolutionum Sac. Congregationis Concilii Triden-„tini Interpretum, erigimus, & erectam eſſe volumus, & de-„claramus, in eaque ad hunc effectum Sanctiſſimum Euchari-„ſtiæ Sacramentum in Altari majori, Fontem Baptiſmalem, „Olea Sacra, & alia Vaſa, & Supellectilia quæ ad Eccleſiam „Parochialem pro adminiſtratione Sacramentorum quoquo mo-„do pertinere noſcuntur, retineri, & cuſtodiri mandamus cum „omnibus Privilegiis, & Prærogativis, oneribus, & honoribus „univerſis, quæ de jure, ac de conſuetudine, vel vigore di-„ctorum Decretorum Sacræ Congregationis hujuſmodi Eccle-„ſiis Parochialibus cum Cura Animarum debentur, ſalvo ta-„men, & reſervato favore dicti Reverendiſſimi Patris Abbatis „pro tempore, ejuſque Monaſterii Tremitani jure nominandi „intra tempora a jure præſcripta Vicarium, ſeu Parochum „pro exercitio dictæ Curæ Animarum per Nos, noſtroſque Suc-„ceſſores approbandum, & inſtituendum ad formam dictorum „Decretorum Sac. Congregationis, prout etiam ſalvis, & re-„ſervatis Juribus Nobis, & Succeſſoribus noſtris in perpetuum „univerſis.

Poſt hac vero, nimirum die 7. Julii ejuſdem anni 1740. Ordinarius excitavit Abbatem Monaſterii Tremitani „Ad nominandum, „ſeu ſe nominaſſe docendum Presbyterum pro exercitio dictæ „Curæ Animarum, ſeu Vicarium, ſive Parochum in termino 15. „dierum, alias videndum die immediate ſequenti deputari per „Reverendiſſimum Epiſcopum, ejuſque Curiam Epiſcopalem „ex officio &c. itidemque illum monuit ad providendum dictam „Eccleſiam S. Agathæ, ſive eam proviſam fuiſſe, & eſſe do-„cendum per publicum documentum in Cancellaria Epiſcopali „exhibendum de Ciborio, Sacra Pixide, Fonte Baptiſmali, „Oleis Sanctis, Confeſſionalibus, ſupellectibus, aliiſque ne-„ceſſariis, & opportunis pro exercitio Curæ Animarum in eo-

„dem

„ dem prædicto termino 15. dierum sub pœna suspensionis a Di-
„ vinis, aliisque arbitrio &c. alias videndum die immediate se-
„ quenti procedi ad declarationem dictarum pœnarum, ipso ul-
„ terius non monito, neque citato.

Hac autem judiciaria monitione recepta authumans præfatus Abbas, multipliciter ea in re contra mentem S. Congregationis Larinensem Curiam peccasse, sive quia Pro-Vicarius Generalis, qui ad controversiã electionem devenit, absque peculiari Præsulis sui delegatione, de qua neque docuit, neque ullam in suo Decreto mentionem fecit, ordinaria tantum facultate utens nulliter processerit, sive quia simplex tantum institutio, vel exercitatio Curæ in Ecclesia S. Agathæ foret decernenda, minime vero Ecclesiam ipsam Abbatialem licet in Parochialem erigere. sive demum quia gravandus non esset Abbas propriis sumptibus ea comparare, quæ ad Sacramentorum administrationem sunt necessaria, curavit statim, media solemni protestatione defectus istos incusante coram eodem Pro-Vicario exibita, ad ipsius notitiam deferri, quod ab omnibus ejus Decretis ad Sac. Cong. Sanctamque Sedem provocabat.

Verumtamen, quum ejusmodi protestatione, & appellatione non attenta, quæ post alteram Pro-Vicarii monitionem fuit nomine Abbatis denuo repetita, placuerit eidem Pro-Vicario, suspensum a divinis declarare P. Vice-Abbatem, subindeque etiam publicam Cedulonum affixionem decernere, novæ inde obortæ sunt controversiæ, ad quarum definitionem quinque mox describenda Dubia oportet hodie disceptare.

I. *An erectio Ecclesiæ S. Agathæ in Vicariam, & Parochialem perpetuam facta sub die 5. Julii in executionem Resolutionis Sac. Cong. sustineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An, & quomodo ad illam sit deveniendum in casu &c.*

III. *An Pater Abbas S. Mariæ Tremitarum teneatur subministrare Vicario Curato deputando supellectilia, & alia necessaria pro exercitio Curæ.*

IV. *An, a quo, & in qua summa sit subministranda Congrua eidem Vicario in casu &c.*

V. *An Cedulones suspensionis a Divinis relaxati per Pro-Vicarium Generalem Larinen. sub die 22. Augusti, & publice affixi contra R. P. Vice-Abatem Tremitarum sustineantur in casu &c.*

MOGUNTINA RESIDENTIÆ. Bernardus Broremdorffer, præter Canonicatum annui redditus scutorum 48., quem in Collegiata Ecclesia Morstadi jamdudum obtinet, alteram ex sex Canonicalibus Præbendis Collegiatæ Ecclesiæ S. Leonardi Civitatis Francofurti sub annum 1732. est assecutus; Sed quia, præstito vix juramento *super vera, reali, & non ficta residentia juxta tenorem Statutorum Capituli*, ab eadem Civitate Francofurti discessit, rediitque ad Aulam Comitissæ Palatinæ Hassiæ Rheinfels, ut ibi Cappellani, & Consiliarii Aulici munere pridem suscepto fungeretur, suamque impenderet operam in admini- *Sess. 24. c. 12. de ref.*

 stranda

ſtranda allodiali hæreditate defuncti Comitis Willelmi Landegravii Haſſiæ Rheinfels Viri dictæ Comitiſſæ, necnon in ſolvendo ære alieno, quod idem Comes Willelmus pro excitanda, promovendaque Catholica Religione, ac recuperanda quadam Arce e manibus Acatholicorum contraxerat, Capitulum dictæ Collegiatæ S. Leonardi, detentis interim fructibus ejus Canonicatus, cæpit illum urgere, ut ad reſidentiam reverteretur; At ipſo ad Archiepiſcopalem Curiam Moguntinam reclamante Vicarius Generalis ſub die 10. Septembris 1733. decrevit „ Canonicum Broremdorffer ob notorie deficientem congruam ad „ perſonalem reſidentiam non teneri, ſed ſolummodo ad frequentandum Capitula Generalia, cæteras vero obligationes, „ ac onera Præbendæ annexa deſervire poſſe, ac debere per idoneum Subſtitutum.

Hoc autem Decretum impugnans Capitulum uſque ab anno 1735. Sac. hanc Cong. adivit, cumque ſuper expoſitis in ejus precibus, quidquid ad rem faceret, auditis Partibus referre juſſus fuerit Vicarius Generalis, qui Decretum illud ediderat, ob iſtius deceſſum poſtea ſecutum oportuit novas in eumdem finem literas dare moderno Officiali in ejus locum ſuffecto, a quo tandem acceptum eſt, portionem annuam Canonici, & Præbendati in Eccleſia Collegiata S. Leonardi non excedere ſummam ſcutorum 56., hanc vero ſummam ob pretia rerum in Civitate Francofurti tum Civium, tum Exterorum mercaturæ, aliorumque negotiorum cauſa confluentium frequenti numero referta, longe quam in aliis Germaniæ partibus cariora, congruæ Beneficiarii ſuſtentationi haud quaquam ſufficere, indeque contigere, ut præter Canonicum Broremdorffer quinque reperiantur Canonici Eccleſiæ S. Leonardi, qui alterum quoque Canonicatum in alia Collegiata Eccleſia perſonalem reſidentiam dubio procul requirentem una ſimul poſſideant.

Præterea ab eodem Officiali Moguntino refertur, nullum in Eccleſia S. Leonardi a tempore, cujus initii memoria non extat, a Canonicis haberi Chorum, exceptis dumtaxat tribus feſtis continuo ſequentibus, videlicet S. Georgii, S. Leonardi Confeſſoris, & dedicationis Eccleſiæ, Miſſarum autem onera iiſdem Canonicis incumbentia in his ſiſtere, quod unuſquiſque eorum teneatur quintadecima Hebdomada ſive per ſe, ſive per ſubſtitutum Miſſam quotidianam privatam quacumque hora legere, Dominicis vero, aliiſque feſtis diebus hora decima Sacrum canere, Muſicis hunc in finem conductis, tria tantum ibidem celebrari Anniverſaria, quorum occaſione Canonicis præſentibus ſolvitur medius Florenus Rhenanus vix quartam Romani ſcuti partem attingens, & demum ex atteſtatione Cleri Moguntini conſtare, eam eſſe conſuetudinem tam Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Crucis, quam alterius S. Mauritii, ut in iiſdem Eccleſiis, in quibus continuus non habetur chorus, ſed certis tantum diebus, nulla ad percipiendos Præbendales fructus reſidentia poſtuletur, ſed ſatis ſit diebus illlis Choro adeſſe.

His itaque præhabitis, concludit memoratus Officialis Moguntinus, Canonicum Broremdorffer in Aula Comitiſſæ Palatinæ commorantem bonum Religionis, & utilitatem Eccleſiæ reipſa ſtrenue promovere, cumque univerſi propemodum illius Subditi peſſimis Luteri, atque Calvini erroribus ſint irretiti, utile admodum, ac ferme neceſſarium fore, ut apud eandem Comitiſſam, ejuſque Aulam reſideat Sacerdos aliquis Catholicus, cujus opera, conſilioque d. Comitiſſa uti poſſit in cauſis Religionis, ne reliquiæ omnes Fidei Catholicæ ibidem penitus extinguantur, adeoque cenſet, eumdem Canonicum ad onus reſidentiæ non eſſe obſtrictus, ſed fructus omnes Præbendales hoc nomine detentos eidem deberi a die captæ poſſeſſionis reſtitui.

Queſtionem Juris, an Canonici Collegiatæ ex immemorabili conſuetudine non reſidendi, ſive ob redituum tenuitatem ob onere reſidentiæ evadant immunes, late pertractant *Fagnan. in cap. cum omnes num.* 21., *& ſeqq. de conſtit. Pignatell. conſult.* 114. *tom.*9., & luculenter *Eminentiſſimus Petra in ſuis doctiſſimis Commentariis ad conſtit. ſept. Innocent. IV. Seſſ.* 2. *num.* 28., *&* 29. *tom.* 3.; his itaque inſpectis una cum aliis, quæ de Indulto non reſidendi ex cauſa utilitatis Religionis adnotata fuerunt in Folio die 1. Auguſti 1739. in *Colonien. Indulti*, dignabuntur EE. PP. reſcribere.

I. *An Canonicus Broremdorffer teneatur reſidere?* Et quatenus negative.

II. *An fructus Canonicales, & Præbendales ſint ei reſtituendi in caſu &c.*

FOSSANEN. BENEFICII. Secuta ſub diem 10. Februarii 1738. per obitum Juvenalis Ronchi vocatione ſimplicis Beneficii in Cathedrali Eccleſia ſub invocatione SS. Alverii, & Sebaſtiani pridem erecti, Petrinus Ronchus dicti Juvenalis Pater, & unicus ejuſdem Beneficii Patronus eadem die coram Vicario Generali Foſſanenſi perſonaliter conſtitutus ad illud nominavit Joannem Baptiſtam Soda ſuum ex filia nepotem in ſtatu laicali conſtitutum, *dummodo infra tempus Patronis laicis conceſſum idoneus quoad ſcientiam, & ætatem reperiatur, & prima clericatus Tonſura condecoretur*: cumque ex lege fundationis qualitas Ordinis Sacri in eo, qui præſentandus eſt, requiratur, eumdem Joannem Baptiſtam ad mojorem cautelam præſentavit *ſub ſpe futuræ diſpenſationis a S. Sede infra tempus ſtatutum obtinendæ*.

Præſentationem ejuſmodi per Vicarium Generalem admiſſam, & acceptatam memoratus Petrinus inſequenti die 11. ejuſdem Menſis Februarii revocavit, novamque fecit in perſonam Sacerdotis Franciſci Juvenalis Soda, qui dicitur eidem Petrino pollicitus exſolvere nedum ſumptus pro funere, & tumulatione dicti Presbyteri Juvenalis Ronchi Beneficiati tunc defuncti, & filii ejuſdem Petrini neceſſarios, verum etiam debita ab ipſo Juvenali contracta, uti inter cæteros Teſtes ſub juris jurandi religione depoſuit Sacerdos Gabriel Blanginus referens a Petrino, quem

ita fuerat allocutus „ Io ſon qui venuto meramente per voſtro „ vantaggio, ed a fine di avviſarvi ſolamente, che ſe volete no- „ minare altri al Beneficio, potete riſervarvi una Penſione, me- „ diante però il beneplacito di Sua Santità &c., per altro fate poi „ Voi quello, che più vi pare, *accepiſſe reſponſum*, che il pre- „ detto Signor Franceſco Giovenale Soda gli aveva promeſſo di „ pagargli la ſepoltura del di lui figlio defonto, e di mettergli „ ſei, o otto torce &c., e di pagarli tutti li debiti dal medeſi- „ mo contratti in vita.

Cum autem memoratus Joannes Baptiſta Soda priori loco præſentatus, ac interea clericali initiatus tonſura intellexerit præſentationem favore Franciſci Juvenalis a Petrino expletam, petiit a Summo Pontifice tum gratiam, quam vocant *Pro Præſentato*, tum & diſpenſationem ſuper defectu ætatis ad Sacrum Ordinem ſuſcipiendum neceſſariæ; Sed quia ſupplicationi huic a Sanctitate Sua admiſſæ, & ſignatæ obſtitit dictus Franciſcus Juvenalis, ſimilique porrecta ſupplicatione *pro Præſentato* ſub obtentu, quod Joannes Baptiſta nondum eſſet Clericus, proindeque ab eſſecutione controverſi Beneficii reiciendus, Apoſtolicas literas ad normam enunciatæ ſupplicationis obtinuit expediri, hinc Eminentiſſimus Pro-Datarius preces ſæpedicti Joannis Baptiſtæ pro relaxatione ſuæ ſupplicationis iterato expoſitas ad Sacrum hunc Senatum remiſit.

Inſpectis igitur pluribus documentis, quibus idem Joannes Baptiſta ſuam propugnat præſentationem, ſimoniacæ vero labis notam præſentationi Franciſci Juvenalis contendit impingere, necnon perpenſis iis, quæ in ſimilibus controverſiis fuerunt adnotata in *Cingulana Patrimonii Sacri* 5. *Aprilis* 1732. *in Brixinen. Diſpenſationis* 1. & 15. *Martii* 1738. & *in Barchinonen. Diſpenſationis* 5. *Decembris* 1739. rogantur EE. PP. reſpondere.

An ſupplicatio a S. S. ſignata ſit relaxanda in caſu &c.

Die Sabbathi 15. Aprilis 1741.

QUatuor, quæ priori loco describentur, Causæ indecisæ remanserunt in Congregatione diei 11. Martii proxime præteriti; Resumpto igitur Folio dicta die distributo, placeat EE. VV. eas sapienti, quo solent, oraculo definire.

UGENTINA, SEU HYDRUNTINA.

Sess. 22. c. 12. de ref.

I. *An gesta per Curiam Metropolitanam Hydruntinam sustineantur in casu &c.*

II. *An censuræ latæ per Curiam Episcopalem Ugentinam contra Cantorem Rovito sustineantur in casu &c.*

III. *An, & de quibus attentatis constet, & quomodo sint purganda in casu &c.*

Circumscriptis omnibus gestis per utramque Curiam Ordinarius Ugentinus procedat ex integro prout de jure.

LARINEN.

Sess. 23. c. 19. de ref.

I. *An erectio Ecclesiæ S. Agathæ in Vicariam, & Parochialem perpetuam facta sub die 5. Julii in executionem Resolut. S. Congreg. sustineatur in casu &c.*; & quatenus negative.

II. *An, & quomodo ad illam sit deveniendum in casu &c.*

III. *An Pater Abbas S. Mariæ Tremitarum teneatur subministrare Vicario Curato deputando suppellectilia, & alia necessaria pro exercitio curæ.*

IV. *An, a quo, & in qua summa sit subministranda congruam eidem Vicario in casu &c.*

V. *An cedulones suspensionis a divinis relaxati per Pro-Vicarium Generalem Larinen. sub die 22. Augusti, & publice affixi contra Rev. P. Vice-Abbatem Tremitarum sustineantur in casu &c.*

Ad primum negative. Ad secundum deveniendum esse ad erectionem juxta modum explicandum ab Emo Præfecto. Ad tertium affirmative. Ad quartum subministrandam esse a Monasterio in annua summa duc. 60. Ad quintum negative.

MO-

Sess. 24. c. 21. de ref.

MOGUNTINA RESIDENTIÆ.

I. *An Canonicus Broremdorffer teneatur residere?* & quatenus negative.

II. *An fructus Canonicales, & Præbendales sint ei restituendi in casu &c.*

Ad I. Affirmative ad formam statutorum. Ad II. Dilata, & videatur particulariter.

Sess. 24. c. 13. de ref.

FOSSANEN. BENEFICII.

An supplicatio a S. S. signata sit relaxanda in casu &c.

Affirmative.

Sess. 22. c. 6. de ref.

NULLIUS, SEU SUBLACEN. LEGATI. In Congr. sub diem 19. Nov. superioris anni habita proposita fuit hæc Causa, discussoque Dubio: *An, & cui debeatur Legatum de quo agitur*, rescriptum prodiit: *Deberi clerico Hadriano usque ad complementum 25. annorum*. Verum quia nomine Caroli Antonii Sale, cui idem Legatum in exclusionem d. Hadriani competere contenditur, impetrata fuit nova audientia, oportet hodie statuere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 22. c. 6. de ref.

MELEVITANA LEGATI. EE. PP. sub diem 17. Dec. elapsi anni rescripserunt, Legatum septem millium scut. a Lucretia Falson relictum deberi Monasterio S. Theresiæ in Civitate Brumulæ juxta piam ejusdem Lucretiæ dispositionem erecto; nunc vero nomine Theresiæ Filiæ, & hæredis dictæ Lucretiæ putantis, se ad dicti Legati solutionem minime teneri, rogantur pronunciare.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata, & proponatur omnino in prima.

Sess. 24. c. 9. & 18. de ref.

VITERBIEN. CONCURSUS. Sequuta per obitum Canonici Dominici Parochetti vacatione Præbendæ Pœnitentiariæ in Cathedrali Ecclesia pridem sub titulo S. Luciæ erectæ, habitoque sub diem 10. Martii 1740. ad eam concursu juxta præscriptum novissimæ Constit. san. mem. Benedicti XIII. incipientis *Pastoralis officii*, & relatæ in Appendice ad Concilium Romanum *p.* 170. Episcopus Viterbiensis præferendum judicavit Marianum Porticelli nedum octo Presbyteris, qui legitimam ætatem annorum quadraginta a Tridentino *Sess.* 24. *cap.* 8. *de ref.* ad munus Canonici Pœnitentiarii obeundum præscriptam non attigerant, verum etiam Sigismundo Malatesta eam ætatem longe excedenti, & majora Examinatorum suffragia sortito.

Ab

Ab hoc Episcopi judicio provocat Sigismundus Malatesta, ejusque injustitiam a se proclamatam demonstraturus exhibet primum acta concursus, ex quibus apparet, facto scientiæ suæ periculo, potiorem sibi, præ memorato Mariano Porticelli, pluribusque aliis ex Competitoribus obtigisse locum; Deindeque ut ostendat, se non doctrina tantum, sed majori etiam in excipiendis Sacramentalibus Confessionibus peritia, tum etiam integritate morum, maturitate consilii, cæterisque animi dotibus eumdem Marianum præcellere, profert literas, quas vocant testimoniales, ipsiusmet Viterbiensis Episcopi datas sub annum 1736., in quibus declaratur „ Sigismundum Malatesta ex civilibus, & ho„ nestis Parentibus ortum, spatio nonullorum annorum in Viter„ biensi Seminario inter Alumnos studiis incubuisse Philosophiæ „ scilicet, ac Theologiæ, utriusque Juris, ac Æthicæ, moralisque „ studiis in Sapientia, & in Collegio Almæ Urbis operam dedisse, „ per spatium septemdecim annorum in Alma Urbe moram du„ xisse, ibique per quinquenniũ munus Vice-Curati in Per-Insigni „ Basilica Collegiata, & Parochiali Ecclesia S. Laurentii in Da„ maso pie, & laudabiliter exercuisse; deinde inter Confessarios „ dictæ Venerabilis Ecclesiæ authoritate Eminentissimi, & Reve„ rendissimi D. Cardinalis Petri Otthoboni adscitum ab an„ no 1726., usque ad annum 1732. ministerio hujusmodi sedulo „ operam navasse, necnon omnibus diebus Dominicis in edocen„ do Pueros Doctrinam Christianam assidue interfuisse, munus „ V. Curati in Ecclesia SS. Celsi, & Juliani spatio duorum anno„ rum perfunctum fuisse, atque demum a SS. D. N. P. Clemen„ te XII. nunc feliciter regnante anno 1732. mense Junii ad cu„ ram Animarum S. Leonardi hujus Civitatis Viterbii promo„ tum fuisse, illamque laudabiliter exercuisse, & exercere, ipsum„ que nunquam fuisse inquisitum, vel aliquo crimine, quod „ sciamus, irretitum, sed semper honeste vixisse, suorumque pro„ borum morum omnibus specimen præbuisse, & præbere „ idemque perhibetur testimonium in aliis ab eodem Antistite signatis literis sub annum 1737.

E diverso ponderandum exponit documentum, quo constat, Marianum Porticelli veluti reum mortis acceleratæ Clerico Paulo Bonazzi, qui sub diem 23. Novembris 1714. scelere obiit, Carceribus mancipatum fuisse, neque ab iis dimissum, nisi præstita fidejussione *de se repræsentando etiam novis, & non novis supervenientibus indiciis*, quinimo sub annum 1717. in absolutione elargita Dominico Porticelli dicti Mariani Patri, qui ejusdem homicidii particeps asserebatur, præter Jo: Baptistam occisorem, Marianum antedictum exceptum legi; hinc enim deducit Sigismundus Malatesta, probe deprehendi contractam a Mariano infamiam, & ex ea irregularitatem, ob quam debeat ab assecutione controversæ Præbendæ, & cujuscumque alterius Beneficii omnino arceri, donec ab impicto homicidii crimine purgetur, juxta expressos Textus in *Cap. Inter dilectos 11. de excess. Prælat.*; *& in cap. fin. de purgat. canonic.*, & docent *Abbas in cap. 10. num. 3. de jure juran.*

Reiffenſtuel. in jus Can. l. 5. tit. 37. n. 60. Schmalzgruber eod. n. 141.

Epiſcopus vero, ut judicium ſuum ab appoſita injuſtitiæ nota vindicet, in Relatione ad Sac. Congr. de more tranſmiſſa hæc ad rem præcipua enarrat „ Perpenſis qualitatibus cujuſcumque ex con„ currentibus putavi præferendum eſſe Sacerdotem Marianum „ Porticelli ætatis annorum 54. circiter, jam Canonicum Colle„ giatæ S. Angeli de Spata, & qui munus Confeſſarii duodecim „ ab annis exercet, & ulterius ipſe ſolum eſt nobilis hujus Civita„ tis, illiuſque Familia pauperrima eſt, & plures habet in Familia, „ qui decenter ſuſtentari non valent. Conſideratum etiam fuit, „ quod Examinatores forſan illum gravarunt præcipue in reſ„ ponſione ad tertium punctum ea præſertim ſub animadverſio„ ne, quod ſuper eodem puncto Clericus Belli cum eadem „ reſponſione obtinuit punctum favorabilem, Porticelli vero „ fuit rejectus, & ſimiliter iſte in reſponſione ad octavum caſum „ meruiſſet approbari. Ingenue fateor, quod ex actibus concurſus „ reſultat, plures fuiſſe approbatos, & quidem ſupra eumdem „ Porticelli, ſed ob deficentiam ætatis annorum 40. præſcriptæ à „ Concilio Tridentino, repugnantiam, ſeu inhabilitatem in au„ diendis Confeſſionibus, alioſque ob defectus ſubſtantiales ido„ neos illos non putavi ad habendum Canonicatum in Eccleſia „ Cathedrali, prout etiam idem Sigiſmundus Malateſta Ora„ tor, qui uti forenſis juxta meum judicium concurrere non va„ let cum nobili Viterbienſi jam dictas conditiones, ſeu qualita„ tes habente.

Præter hæc ab Epiſcopo expoſita aliud nihil in uberiorem ſui, ſuæque præelectionis tutelam hactenus curavit afferre Marianus Porticelli; Onus itaque erit EE. VV. decidere,

I. *An ſuſtinenda ſit proviſio Præbendæ Pœnitentiariæ facta ab Ordinario*, & quatenus negative.

II. *An dicta Præbenda Pœnitentiaria ſit conferenda Sigiſmundo Malateſta in caſu &c.*

Ad primum negative. Ad ſecundum affirmative.

LUCANA. In Teſtamento primum, deindeque in Codicillis ſub annum 1714. conditis Blanca Thereſia Buonviſi ſpirituali Fidelium emolumento conſultura ex fructibus certi Capitalis a ſe deſignati ſexcenta annua ſcuta pro ſacris Miſſionibus, piiſque etiam exercitationibus publicis, quæ in Civitatibus, Diœceſibuſque Italiæ, & Inſularum adjacentium, ac præſertim in iis ſalutari hoc præſidio magis indigentibus peragerentur, erogari juſſit, ea tamen addita declaratione, ſuæ mentis eſſe, ut alii cuilibet Italiæ loco Lucenſis Ditio, atque Diœceſis præferri deberet, quotieſcumque pia ejuſmodi exercitia ibidem explenda poſcerentur. Hanc vero ſuam diſpoſitionem diſtricte adeo vetuit commutari, ut ſi quę forte variatio ſupremi etiam Principis implorato reſcripto attentaretur, totum Capitale enunciatum, ſuumque as hæreditarium voluit ad Sac. Cong., quam vocant *de Propaganda Fi-*

de,

de, illico deferri quemadmodum apparet ex verbis, quibus dicta Teſtatirix poſt injunctum præceptum, ne quiſquam præfata ſcuta ſexcenta diverteret „ in uſo di qualſiſia altra opera benche ugual-„ mente,e maggiormente pia,*voluntatem ſuam late explicavit ibi*, „ mi proteſto però,che queſte mie diſpoſizioni ſieno ſempre,& in „ perpetuo ferme, inalterabili, ne ſi poſſino variare, & alterare „ da qualſivoglia autorità ancora Pontificia, & Imperatoria proi-„ bendo eſpreſſamente il poter far ricorſo ad alcun Principe tan-„ to Eccleſiaſtico, che ſecolare per far variare, & alterare le me-„ deſime diſpoſizioni; Ma ſe ſi daſſe il caſo, che Dio non voglia „ permettere,che per qualche cauſa ancora impenſata ſi voleſſero „ per tempo alcuno alterare in tutto, o in parte queſte mie Or-„ dinazioni, tanto riſpetto alle Sagre Miſſioni, che per l' elemo-„ ſine a Poveri infermi divertendo i ſudetti aſſegnamenti da „ quanto ho diſpoſto, e ciò ſi tenti da miei Sign. Eſecutori,o da al-„ tri, anchorchè foſſe qualſivoglia Principe Supremo, allora, & „ in tal caſo, intendo, e voglio, diſpongo, & ordino, che tutti „ gli effetti del Pio Legato con i capitali delle donazioni fatte al „ Signore, come ancora la mia eredità, nella quale per i caſi eſ-„ preſſi doveſſe reſtar conſtituito il Pio Legato degli ſcudi qua-„ rantamila, ſi devolvano immediatamente alla Sag. Cong. di „ Propaganda Fide di Roma,e ne reſti aſſoluta Patrona, ſoſtituen-„ do la medeſima Cong. in ogni forma di ragion valida, ed in „ ogni miglior modo in caſo di contravenzione, o di variazioni „ in tutti i ſudetti miei effetti.

Secuto Teſtatricis obitu, Bonviſus Bonviſi ejus Vir utens facultate, quam ipſi fecerat defuncta Uxor, ſummam in enunciatis piis operibus impendendam ad ſcuta quingenta contraxit, deindeque ſub annos 1724.,& 1727. SenatusLucenſis dimidiam D. ſummæ part. a S. M. Bened. XIII. obtinuit applicari Hoſpitali Caritatis tunc recens Lucæ pro Pauperibus vagantibus, ſtipem quærentibus, & invalidis erecto: Noviſſime vero Lucenſis Archiepiſcopi nomine ſupplicatum fuit Summo Pontifici, ut reliqua dictæ ſummæ medietas aſſignetur in pium opus ſpiritualium exercitationum, quibus tum minoribus, Sacriſve Ordinibus initiandi, tum alii Eccleſiaſtici Viri identidem vacare tenentur; Cum preces ejuſmodi fuerint ad Sacrum hunc Conſeſſum remiſſæ, poſt acceptam Archiepiſcopi Relationem,priuſquam in Cauſa procederetur,viſum fuit audiendam Sac. Cong. de Propag. Fide, utpote a Teſtatrice in quolibet poſtulatæ commutationis caſu ſubſtitutam.

Cum itaque Sacer ille Senatus, re matu re diſcuſſa, fuerit in ſenſu, „ ex petita applicatione ſcutorum 100. quinquaginta pro exercitiis „ Spiritualibus Eccleſiaſticorum Civitatis, & Diæceſis Lucenſis „ vere commutari voluntatem piæ Teſtatricis Blanchæ Thereſiæ „ Bonviſiæ, neque rationes ad Archiepiſcopo allegatas in preci-„ bus,vel ad excludendam commutationem,vel ad hujuſmodi ap-„ plicationem obtinendam ullo modo ſufficere, juxta verba Decreti ab eadem Sac. Cong. de Propag. Fide jamdudum editi, idcirco non deſiſtente Archiepiſcopo Lucano petitionem ſuam in

dies urgere, oportet tandem aggredi discussionem Dubii, quod inferius describetur.

Præcipuæ rationes, quarum pondere fretus confidit memoratus Archiepiscopus, EE. PP. suffragium Summo Pontifici pro petita applicatione fore præstituros hisce verbis in præfata sua Relatione perstringuntur „ Petitis, ni fallor, annuendum videtur, ut vi-„ delicet ex altera dimidia portione pii legati Blanchæ Theresiæ „ Bonvisi summa aliqua applicetur hujusmodi Operi Piarum „ exercitationum, quo simul cum annuum fructu ejus Capitalis, „ quod ad eamdem Causam Episcopus Calchi destinavit, satis es-„ set ad conducendam domum, aliaque omnia in hanc rem ne-„ cessaria paranda; Licet enim, ut in annexis particulis Codicillo-„ rum, quibus pii Legati institutio continetur, legere est, Testatrix „ prohibuerit voluntatem suam quacumque authoritate Eccle-„ siastica, aut Sæculari, etiam Sanctitatis Suæ immutari posse in „ quodlibet aliud, etsi æquæ, ac etiam magis pium opus, ac præ-„ terea caverit, ne ad Sanctitatem suam ea de causa confugeretur, „ & si aliter fieret, tum in pium Legatum, tum in reliquam hæ-„ reditatem substituendam voluerit S. Cong. de Propag. Fide, ni-„ hilominus opus hoc piarum exercitationum quibus vacent Or-„ dinibus iniundi, & alii Viri Ecclesiastici, adeo necessarium „ videtur in hac mea Diœcesi, ut Sanctitas Sua jure merito mo-„ veri possit ad commutandam, si opus sit, pro suprema sua pote-„ state ejusdem Testatricis voluntatem; Præsertim cum ea ne im-„ mutari quidem videatur, sed potius impleri, & perfici; Etenim „ quæ Testatrix legavit, impendentur in idem opus, quod ipsa „ præscripsit, in Sacras nempe exercitationes, quæ, & si pera-„ gendæ tantum sint ab Ecclesiasticis Viris, tamen ipsi Nobiles „ sunt pars hujus Civitatis, & Diœcesis, cui supra ceteros pia „ Testatrix iisdem exercitationibus consultum voluit. Præterea „ utilitas, quam Clericus inde percipiet, in omnes de Populo ma-„ nabit; Rite enim Deo dante, formabuntur Sacri Ministri, qui „ verbo, & exemplo alios instruant, ac in viam salutis dirigant, „ quò unice spectavit Testatricis intentio, & finis, ob quem hu-„ jusmodi Legatum instituit, ac demum eadem Testatricis in-„ tentio pinguius, & melius adimplebitur, imo & perficietur; „ Cum enim in hoc opus non integram summam pii Legati „ insumi necesse sit, sed sufficere nummi aurei centum viginti „ quinque mihi videantur, ultra viginti septem ex præmemorato „ Capitali retrahendos, & ea propter superstint annis singulis toti-„ dem nummi aurei centum viginti quinque in Sacras Missiones, „ ac exercitationes ad publicum, & totius Populi bonum oppor-„ tuno tempore habendas, fructus, qui ex iis perciperetur, fir-„ mior erit, ac diuturnior, aliter cito evanescat necesse est, si „ Sacri Ministri desint, qui zelo accensi, ut permanens sit, ac „ perpetuus sedulo curent. His igitur ponderatis, dignabuntur EE. VV. respondere.

An sit consulendum Sanctissimo pro applicatione in casu &c.

Negative.

PAM-

PAMPILONEN. JURIS QUÆSTUANDI. Administratores Parochialis Ecclesiæ S. Jo: Civitatis Estellæ in libello, quem sub annum 1735. curarunt porrigi sa. me. Clem. XII., exposuerunt, Fr. Min. Observ. Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis usque ab anno 1733. cæpisse sibi asserere jus quæstuandi eleemosynas pro Animabus Purgatorii in d. Parochiali Ecclesia privative ad ipsos Administratores, & re ipsa in judicio, quod possessorium vocant, obtinuisse manuteneri in quasi possessione retinendi privative ad alios quoscumque discum eleemosynis in eum finem colligendis destinatum; Quum autem iidem Administratores, quibus sub d. annum 1733. facta fuerat ab Ordinario potestas quæstuandi in præfata Ecclesia Missarum eleemosynas pro defunctis, contenderent, malum jus a memoratis Fratribus in judicio petitorio foveri, supplicarunt idcirco Summo Pontifici, ut dignaretur „ antedictis Religiosis Min. Observ. Conventus S. Francisci Civitatis „ Estellæ districte injungere exactam observantiam Apostolicarum Constitutionum, Sacrique Tridentini Concilii dispositionum, ut ita imposterū inviolabiliter ab injusta prætensione quomodocumque quæstuandi in antedicta eorum Ecclesia Parochiali abstinerent „ At precum ejusmodi cognitione ad Sacrum hunc consessum remissa, assumendum hodie est examen dubiorum, quæ ad calcem restrictus describentur.

Duo potissimum sunt fundamenta, quibus nituntur Administratores prædicti; alterum scilicet, quod Parochus, & Parochialis Ecclesia, cujus jura ipsi tueri profitentur, amplum adeo jus habeat super quibusvis oblationibus, & etiam iis eleemosynis, quæ ad Missarum celebrationem, & Animarum Purgantium suffragationem erogandæ traduntur, ut Regularibus, & aliis quibuscumque personis prohibere possit, ne eleemosynas, & oblationes in Parochiali Ecclesia, immo neque in Paræciæ districtu quæritent, cum ad ipsum Parochum spectet eleemosynas, & oblationes ejusmodi, aut in Parochiali Ecclesia, aut extra illam factas administrare, & in pios usus a fidelibus destinatos erogare, uti per Text. expressos in *cap. Pastoralis de his quæ fiunt a Prælat. sin. consen. capitul. in cap. dilectus de ordinat.* tradunt *Guttierez Canonic. q. 1. lib. 2. cap. 21. n. 162. Bellet. disquisit. clerical. §. 3. cap. 24. num. 30. Amostaz de cauf. piis lib. 5. cap. 12. n 60.*, & resolvit S. Congreg. in *Fulginaten. 6. Apr. 1647. lib. 18. decr. pag. 320.*

Alterum autem est, quod jus quæstuandi eleemosynas, & oblationes pecuniarias pro defunctis, & retinendi discum in sæpedicta Parochiali, quod d. Religiosi authumant sibi competere, adversetur, tum Regulari Instituto S. Francisci præcipientis, ut *sui Religiosi laborent, & pretio suorum laborum manducent. & quando non detur eis pretium laboris, recurrant ad mensam Domini petendo eleemosynam ostiatim*, tum statutis Generalibus Ordinis, quibus sub *cap. 4. §. penult.* ita statuitur -- *Nè si permetta in modo alcuno nelle nostre Chiese, ceppi, banchi, o cassette per ricevere elemosine pecuniarie, benchè sotto colore di Fabriche, di guadagnare Indulgenze, o di qualunque altro pretesto, etiam che non fossero per li Frati, essendo tali*

cose contrarie alla nostra Professione, tum etiam sic juri Canonico *Clemen. exivi* §. *Porro de verb. signif.*, ubi sancitum habetur - *Porro dictus Sanctus volens Fratres suos super omnia a denariis, seu pecunia esse alienos, præcepit firmiter Fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel interpositam personam*, & infra : *Quocirca quæstus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi, Cippi, vel trunci ordinati ad offerentium, seu donantium pecunias reponendas, necnon quicumque recursus alius ad pecunias, seu habentes ipsas, hæc omnia sunt simpliciter interdicta* ; & denique repugnet etiam manifeste Decreto a S. Congreg. Episcop. & Regul. negotiis præposita jussu sanctæ me: Urbani VIII. edito: ibi : *Abusus, quibus mederi oportebit sunt &c. nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristiis aut alibi cippos, & truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec capsulas pro eleemosynis Missarum*.

Contra vero memorati Religiosi controversum jus quæstuandi sibi conantur adstruere, primo ex concessione sub annum 1466. per Episcopum, qui tunc temporis Pampilonensem Ecclesiam moderabatur, facta, & subinde a Successoribus pluries confirmata, & amplificata; Secundo ex nonnullis sententiis, & decretis, & præsertim ex sententia a Vicario Generali sub diem 15. Dec. 1533., qua declaratum fuit *dictos Guardianum & Fratres fuisse, & esse in possessione petendi, colligendi, & recipiendi eleemosynas pro defunctis in omnibus Ecclesiis & Monasteriis, & per vicos & plateas dictæ Civitatis a 40. annis circa, & ultra, sine alicujus concursu, dictoque Vicarium & Beneficiatos ante monitos, per positionem d. Bacini fuisse & esse spoliatores, adeoque hoc illis interdici circumscripta eorum resolutione capitulari, & d. fratres reintegrari* ; tertio ex concordia sub diem 28. Dec. 1534. inita, in qua Vicarius, & Beneficiati Ecclesiæ Parochialis expresserunt -- *piacere a tutti, e ciascuno di loro obbedire, ed adempire la suddetta sentenza, la quale fu data per il sudetto Sig. Vicario Generale a dì 15. Decembre 1533.* ; Et quarto tandem ex consuetudine duo ferme secula attingente, & ex plurium Testium depositione comprobata : his enim concurrentibus inferunt iidem Religiosi, cessare omnino debere in præsenti themate Leges illas, & prohibitiones, quæ nomine Administratorum ad eligendum controversum jus quæstuandi fuerunt adductæ.

Omnibus itaque inspectis, dignabuntur EE. PP. declarare.

I. *An Syndico Ven. Conventus S. Francisci Min. Observ. Civitatis Estellæ liceat quæstuare eleemosynas, & oblationes etiam pecuniarias pro Defunctis cum retentione Disci in Ecclesia Parochiali S. Joannis dictæ Civitatis* ? & quatenus affirmative.

II. *An id competat privative etiam quoad Administratores sæculares dictæ Parochialis Ecclesiæ* ?

Non proposita.

Die Sabbathi 6. Maii 1741.

MELEVITANA LEGATI. Cum in poſtrema Congregatione diei 15. Aprilis proxime præteriti, dilata Cauſæ hujus definitione, reſcriptum fuerit, ut ea in prima omnino proponeretur, hodie rogantur EE. PP. reſpondere. *Seſſ. 22. de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.

In Deciſis, & amplius,

PAMPILONEN. JURIS QUÆSTUANDI. Cauſa hæc in folio ejuſdem poſtremæ Congregationis deſcripta fuit. Sed quia nequivit tunc proponi, modo deliberandum eſt. *Seſſ. 5. c. 2. de ref.*

I. *An Syndico Ven. Conventus S. Franciſci Minoris Obſervantiæ Civitatis Eſtellæ liceat quæſtuare eleemoſynas, & oblationes etiam pecuniarias pro Defunctis cum retentione Diſci in Eccleſia Parochiali S. Joannis dictæ Civitatis*, & quatenus affirmative.

II. *An id competat privative etiam quoad Adminiſtratores Seculares dictæ Parochialis Eccleſiæ in caſu &c.*

Ad primum negative. Ad ſecundum proviſum in primo, & amplius.

NEAPOLITANA MATRIMONII. Ad preces Gerardi Piccolominei hodierni Principis de Valle rogantis declarari, nullo ſe neque Sponſalium, neque Matrimonii vinculo cum Roſaria Papi devinctum eſſe, Cauſa deſcripta fuit in folio diei 17. Decembris ſuperioris anni ſub Dubio: *An conſtet de ſponſalibus, & matrimonio, vel potius ſint concedendæ literæ teſtimoniales ſuper ſtatu libero in caſu &c.*, nemine autem pro Roſaria comparente viſum eſt, ſatis tuto non poſſe ad ejus deciſionem procedi, niſi dato Matrimonii Defenſore, qui jura ipſius validitati ſuffragantia deduceret. *Seſſ. 22. c. 5. de ref.*

Patronus itaque in hunc finem aſſumptus unum in jure, plura vero in facto ponderanda proponit: in jure ſcilicet ſtatutum utique eſſe, quod ad matrimonii validitatem phyſica tantum, & materialis Parochi, Teſtiumque præſentia non ſufficiat, ſed moralis requiratur, itaut ab ipſis intelligi debeat mutuus conſenſus, quem uterque ſponſus in matrimonium præſtat, juxta ſententiam, quam hodie omnes ſequuntur Canoniſtæ, & ſignanter *Leuren. in jus can. lib. 4. tit. 1. q. 86. n. 3. Sanchez de Ma-*

Matrim. lib.2. disput.31. n.5. Guttierez. eod. tract. cap.46. n.8., & 10. quamque, reprobata opinione contraria, tenendam jussit S. Congregatio in Causa *Romana super dubiis Matrimoniorum* 7. *Martii* 1700.; At æque decisum haberi, quod non ex verbis tantum, sed ex nutibus quoque signis, & actibus, qui matrimonii contractum antecedunt, comitantur, & subsequantur, tam Parochus, quam testes utriusque Sponsi consensum percipere queant, & de illo reddi adeo certi, ut probe valeant sufficiens de inito Matrimonio testimonium perhibere, quemadmodum tradunt *Sanchez. de Matrimon. lib.2. disputat.39. num.2. Bos. eod. tract. cap.1. §.23. num.58.*, & *cap.3. §.13. num.23.*, §.17. *num.47. Guttierez. cap.69. num.9. in fin.*, & plene comprobatur ex pluribus Sacræ hujus Congregationis resolutionibus indicatis in *Romana Matrimonii* 11. Februarii 1730.

In facto autem ad ostendendum, satis, ex nutibus, signis, aliisque actibus mutuum Sponsorum consensum fuisse a Parocho, & testibus intellectum, expendenda præsertim proponuntur ea, quæ Parochus in suo examine deposuit: „ E quantunque non „ avessi io inteso l'espresso loro consenso, dai fatti antecedenti, „ dal loro accesso fatto in detta mattina in mia Chiesa, e dà quel „ che fecero, e dissero in mia presenza in quel modo, come „ sopra ho deposto, fatta matura riflessione sopra detto fatto, „ dopo alcuni giorni giudicai, come giudico presentemente, „ che detti D. Gerardo, e Rosaria in detta mattina tra loro con„ traessero valido il matrimonio, e sono veri marito, e mo„ glie, senza avere alcun riflesso a ciò, che mi fu riferito, „ che espresso avessero il loro consenso „ per verba de præsenti, „ benchè da me non inteso, poichè ancorchè dico, tal „ consenso non l'avessero espresso con parole, il fatto fu dimo„ strativo, ed espressivo del loro mutuo consenso di far de' „ presenti il matrimonio: „ itemque illa, quæ asseruit Sacerdos Molina tertius ex Testibus hisce verbis: „ Come viddi di„ mostrorono fermo, e deliberato animo di contrarre matri„ monio tra loro avanti detto Paroco, e Testimonj „ per verba de præsenti vis, & volo, se l'avessero espresso con parole, non „ posso deponere, perchè udii solamente le parole, Signor „ Parocchiano, Signor Parocchiano: Ma la mutua lor volon„ tà „ seu consenso necessario „ per la validità del matrimo„ nio de' presenti, giudicai allora, come presentemente giu„ dico, che l'avessero sufficientemente espresso coi fatti, e „ l'averebbero espresso ancora colle parole, seppure non l'es„ pressero, se non fossero stati impediti dal Paroco colla fu„ ga &c. Perchè loro determinatamente a questo effetto erano „ venuti la notte in casa del Paroco, e questo loro accesso era „ noto nella mattina seguente a me, ed altri ivi presenti, e „ l'essersi veduti di nuovo in Chiesa nella detta mattina susse„ guente, ed unitamente portarsi ad inginochiarsi avanti il Pa„ roco, come sogliono fare li sposi, uno a destra, e l'altra a „ sinistra, l'avere trattenuto il Paroco per esprimere il loro

„ mu-

„ mutuo consenso &c. mi han fatto sempre giudicare, che tra „ loro già contraessero matrimonio: „ & tandem affirmata per Sacerdotem Caputo quartum testem, qui ita respondit: „ Io „ dalle cose antecedenti deposte giudico, che il suddetto D.Ge- „ rardo, e detta Rosaria fossero venuti nella detta Chiesa Pa- „ rochiale con animo risoluto, e deliberato di contrarre fra „ di loro il Matrimonio, come anche giudicai dopo &c. sul „ fatto, che in verità fosse stato da loro contratto il matrimo- „ nio per quelli segni, e fatti intervenuti, come sopra ho de- „ posto &c. e così per la presenza del Paroco, come de' Testi- „ monj &c.

Ad hæc morose legenda subjicitur jurata depositio Rosariæ Papi; quæ referens tam a se, quam a Gerardo prolata fuisse verba mutuum in matrimonium consensum palam explicantia easdem ferme facti circumstantias enarrat a Parocho, & testibus recensitas. Et demum non immerito considerandum exponitur id, quod clar. mem Card. Pignattellus tunc temporis Archiepiscopus Neapolitanus in Epistola, qua de hoc Matrimonio disserebat, hisce verbis aperuit: „ In tanto consultatasi da me con „ Canonisti la materia, furono di parere, che il matrimonio fos- „ se valido, e dell'istesso fu anche Monsignor Nunzio, in cui „ unita alla virtù, e sapere concorrere una sì conosciuta rettitu- „ dine.

Omnibus itaque ponderatis, resumptoque memorato Folio sub dictam die 17. Decembris elapsi anni distributo, dignabuntur EE. VV. decidere.

An constet de sponsalibus, & matrimonio, vel potius sint concedendæ literæ testimoniales super statu libero in casu &c.

Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam, & amplius.

PISAUREN. CONCORDIÆ. Ad dirimendas controversias, quæ inter Josephum Fabri Rectorem, seu Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ S. Sophiæ in Terrirorio Oppidi Gradariæ existentis, ac Hermetem Badioli Parochum Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in ipso Gradariæ Oppido erectæ circa Parochialium functionum exercitium in dies oriebantur, petita primum fuit sub annum 1737. nomine Hermetis Badioli ab Eminentissimis PP. nonnullorum Dubiorum definitio, postmodum vero interpositis Episcopi officiis quædam inter dictos Parochos inita fuit concordia, quam cæpit uterque religiose servare. At enitente postea Archipresbytero plures actus, atque functiones contra formam in enunciata concordia præscriptam explere, Hermetes Badioli, ne ipsius concordiæ observantia posset amplius detrectari, ut ea in singulis suis partibus ab hoc Sacro Consessu approbaretur, demisse postulavit, nisi forte Sacra eadem Congregatio salubrius putaret jubere Archipresbytero, ut penes veterem Plebanam suam Ecclesiam S. Sophiæ extra Oppidum Gradariæ sitam imposterum resideret. Ad

Sess. 6. c. 1. & 2. sess. 23. c. 1. de ref.

Ad preces itaque Hermetis Badioli discussis tribus hisce Dubiis: I. *An, & in quibus concordia sit approbanda, & quatenus negative in omnibus.* II. *An servari debeat assertum solitum ante dictam concordiam, in casu &c.* III. *An constet de attentatis, & quomodo sint purganda in casu &c.*, die 4. Julii 1739. EE. PP. rescripsere: *Ad I. Pro nunc servandam esse concordiam præterquam ad Capitulum quartum, circa quod servetur solitum; & interim scribatur Episcopo, ut omnino provideat super residentia Archipresbyteri intra fines suæ Parochiæ, & Sacram Congregationem certioret. Ad secundum, & tertium satis provisum:* Cum autem huic resolutioni non acquiescat Archipresbyter S. Sophiæ, utens novæ audientiæ beneficio nuper impetrato rogat hodie tum ex veteribus, tum ex novis juribus suo nomine afferendis deliberari. *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

In decisis quoad concordiam, & amplius, & Episcopus provideat indemnitati Parochianorum.

Sess. 21. c. 5. de ref.

OLOMUCEN PAROCHIALIS. Hodiernus Olomucensis Episcopus inhærens Synodali decreto pridem edito, & novissime a cl. mem. Cardinali Schrattenbach illam regente Ecclesiam innovato, quo cautum est, *nullum Clericorum, nisi qui in actuali Cura Animarum saltem integrum biennium sedulo transegerit, ad quodcumque Beneficium Curatum promoveri, & instituti debere*, noluit præsentationem Sacerdotis Augustini Pischeli ad Heralticensem primum, deindeque ad Pirnicensem Parochiales Ecclesias ab Antonio Rombaldo Comite de Collalto earumdem Ecclesiarum Patrono factam admittere; eo innixus fundamento, quod idem Augustinus veluti recens ad Sacerdotium, & quidem ope Apostolicæ dispensationis super legitimæ ætatis defectu promotus, nullo adhuc, vel exigui temporis spatio animarum curam exercuerit. Cum autem id secum injuria fieri ratus fuerit comes de Collalto, sua utens ad S. Sedem interposita appellatione, supplex modo ab EE. PP. infrascripti Dubii decisionem implorat.

Triplici scilicet nomine putat memoratus Comes haud obesse Synodale decretum supra relatum, quominus Augustinus Pischeli a se præsentatus debeat in Parochiali Ecclesia Pirnicensi institui; primo, quia agitur de Beneficio juris patronatus Laicalis, quod a quacumque lege censetur exceptum, nisi de eo explicita fiat mentio; secundo quia controversa Parochialis Ecclesia multo ante enunciatum Synodale Decretum fuerit erecta, ac proinde libera facultas ex fundationis lege jam Patronis acquisita præsentandi personam dignam, & idoneam nequiverit adimi, aut quoquo modo ex recensita Synodali Constitutione restringi, cum legitima Patronorum jura tollere æquitati consentaneum non sit, ut inquit Tridentinum ipsum *cap. 9. sess. 25. de Ref.*; & tertio demum, quod eadem Synodalis Constitutio jamdiu inoleverit, cum plures Presbyteri in Parochialibus Benefi-

neficiis fuerint instituti ; licet ea qualitate a Synodico Decreto præscripta non reperirentur instructi juxta testimonium, quod Joannes Gaspar de Thall juratus perhibuit.

Hæc autem eo potiori jure locum authumat obtinere, dum Augustinus ex variis, quæ adferuntur, documentis comprobatur doctrina, morum integritate, prudentia, aliisque præditus animi dotibus, quæ ultro sufficiunt, ut idoneus, dignusque ad assequendam Parochialem Ecclesiam reputetur; Quamvis enim possit, debeatque Episcopus præsentatum a Patrono Laico, quem prævio examine idoneum non repererit, denegata institutione, reiicere, ut expresse sancivit Tridentina Sinodus *sess.* 24. *cap.* 18., *& sess.* 25. *cap.* 9. *de Ref.*; Idoneum tamen, & dignum tenetur instituere, cum Patroni laici ad differentiam Patronorum Ecclesiasticorum non obstringantur digniorem, & magis idoneum præsentare juxta tradita per *Lambertin. de Jurepatron. par.* 1. *lib* 2. *c.*10. *art.*3. *n.*17. *Garz. de Benefic. par.*7. *Cap.*16. *num.*19. *Ricc. in prax. Cur. Archiepisc. Neapolit. par.*3. *dec.*306. *num.*4. *Barbos. de Offic. Paroch. par.*1. *Cap.*2. *num.*102. & alios passim.

Antistes Olomucensis super precibus a Comite de Collalto porrectis Sacram Congregationem instruere jussus in literis ad eam datis recensens causas, quibus motus cl. me. Cardinalis Schrattenbach toties memoratum Synodale Decretum innovavit, hæc habet. „ Quæ rationes, & manifesta animarum pericula me „ quoque movere debent, ut per omnia dictæ innovationi anti- „ quæ Legis cum exactiori observantia secundum Sacros Cano- „ nes inhærere tenear, itaut, consideratis omnibus considerandis periculis hisce temporibus, ii semper in Pastores, & „ animarum Curatores assumantur, & Parochiis tantum præficiantur, quos non modo cum laudabili morum honestate „ speculativum aliquod studium commendat, verum quos „ etiam præterea maturior ætas, morum gravitas ex actuali „ exercitio in Capellanatu, vel cooperatura, adepta experientia, ateue dexteritas in peragendis iis, quæ ad bene gerendam curam animarum spectant, præceteris junioribus dignos „ reddunt, cum impossibile sit, quod hæc omnia in studioso „ vix scholas egresso, prout moderno tempore summa animarum necessitas illa exigit, sufficienter haberi possint ad „ caute, & generose Lupis resistendum, quæ pia, utilis, & pro „ salute animarum maxime necessaria cautela, ejusque matura „ consideratio, etiam anno superiore ex fideli relatione Regii „ Gubernii, necnon Capitaneorum Districtus, Augustissimum „ Imperatorem Carolum VI. moverunt, ut mihi non solum „ oretenus, verum etiam in suo Rescripto sub dato Viennæ „ Austriæ 13. Octobris summopere recommendaverit, ut gravibus hisce de Causis Consistorio meo mandarem, ne ad Animarum Curam ullum admitteret pro Pastore, qui non aliquot „ saltem annis ab ante in Cura Animarum apud aliquem alium „ Parochum laudabiliter versatus existeret; Quibus de causis&c. „ Mihi ab omnibus summopere vitio vertendum foret, si in-

„ præſenti caſu præſentationis abſque omni alia prudente, & in „ ædificationem vergente ratione in gratiam unius Patroni tot „ adductis graviſſimis cauſis contrarium ſuadentibus &c. nunc „ ad Oratoris præſentationem admittere vellem hominem juve- „ nem, inexperimentatum in animarum cura, & nedum annos „ a S. Concilio Tridentino pro ſuſcipienda Cura Animarum „ requiſitos habentem, poſtpoſitis tot aliis Clientibus meritiſ- „ ſimis, & in animarum Cura a multis annis cum omni laude „ verſantiſſimis &c. Itaque revera tacendo de omnibus aliis (pro „ Cura Animarum necdum maturus reperiatur, ſed pro nunc, „ uti notorium eſt, ſolummodo in favorem parentis, qui apud „ Oratorem Œconomum agit, poſtpoſitis tot meritiſſimis gra- „ vibus, & experimentatis Viris præſentetur, & majore cum „ labore, ac temporis diſpendio, tam potenter recommende- „ tur, quam opus fuiſſet eidem Oratori ex tot centenis omni ex „ parte qualificatis Sacerdotibus Veteranis, & probatis quem- „ cumque pro libitu Conſiſtorio meo præſentandi pro una ex „ dictis Parochiis.

Et tandem animi ſui ſententiam aperiens in hæc verba concludit. „ Ut denique circa totum hoc negotium EE. VV. animi mei „ ſenſum aperiam, ſicuti in Domino ſentio, ſic judico exactio- „ rem dictæ legis Diœceſanæ obſervantiam nullatenus tollen- „ dam, vel a Sacra Congregatione impediendam, ſed potius a „ Sacra Sede ob adductas graviſſimas rationes manutenendam „ fore. Pro qua manutentione etiam, S. Sede modo impleta, „ devotiſſime recurro. Cum ex una parte manifeſtiſſimum ani- „ marum periculum timendum eſſet, ſi ejus obſervantia tolle- „ retur, quia omnia ab Oratore fuſius adducta militant etiam „ pro aliis Patronis laicis, quorum valde multi ſunt, ideoque „ ferme totam Diœceſim ſimilibus Parochis ineſpertis implere „ poſſunt, ex altera autem parte magna ſecuritas, & incremen- „ tum avitæ Religionis Catholicæ ex hoc ſperanda veniunt, quo- „ tieſcumque exactiſſime obſervabitur.

Præter hæc ad idem ferme thema plura alia concinnavit Epiſcopus in recèntioribus literis ſub diem 22. Martii proxime præteriti Sacræ huic Congregationi tranſmiſſis, quarum tenor EE. PP. oculis ſubiicietur. Ceterum ultra enunciatas Tridentini ſanctio- nes, quibus potiſſimum fretus Comes de Collalto, poſthabitis Epiſcopi contradictionibus, exiſtimat retardandam haud eſſe petitam Sacerdotis Piſchelii inſtitutionem, non abs re eſt indica- re, quod olim ſacer iſte Confeſſus Epiſcopo Eyſtettenſi ſigni- ficanti in relatione ſtatus Eccleſiæ, quod pro ſalubriori ejus re- gimine ſtatuerat, Clericos animarum curæ non præficere, niſi prius in quodam Collegio Controverſiarum ſtudio per biennium vacaſſent, ſeque prævis examinibus in muniis Eccleſiaſticis ex- ercitatos probarent, ne forte rudes, & inermes inter medios Hæreticorum lupos mitti contingeret, ſub diem 10. Maii 1681. in hæc verba reſpondit. „ Quod attinet ad Parochiales Eccle- „ ſias, quæ ſunt de jurepatronatus Laicorum cum eas Conci-

„ lium

„ lium Tridentinum haud ſubjecerit concurſui, non videtur
„ hodie expedire, quidquam novi juris inducere. Provide au-
„ tem occurri poteſt Curæ Animarum, admittendo dumtaxat
„ idoneos, & ſi ii, qui præſentabuntur non erunt idonei, non
„ admittat „ ut in *lib.* 15. *lit. Viſit. Sacr. Limin. pag.* 196. *tergo*.
Omnibus itaque perpenſis, dignentur EE. VV. pronunciare.

An obſtet Statutum Diœceſanum, itaut ſit retardanda inſtitutio Sacerdoti Auguſtino Piſchelio in caſu &c.

Statutum non obſtare, & quoad inſtitutionem Sacerdotis Piſchelii ſervetur diſpoſitio Tridentini.

NEAPOLITANA MATRIMONII. Contendente Nicolao Brunetti, Matrimonium, quod Conſtantia de Clara ſub diem 18. Februarii 1727. conſilio, & opera Lollæ Venci ſuæ matris, & Sacerdotum Antonii Piri, & Marii Chriſtofani Conſanguineorum ſtuduit cum eodem Nicolao contrahere, irritum eſſe eo ſub fundamento, quod nullum ipſe protulerit verbum, nullumve ſignum, unde ejus conſenſum in haſce nuptias intelligere valuerint teſtes, qui aderant, multoque minus Dominicus Sorrentini Parochialis, & inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Joannis Majoris Æconomus ſub ementito prætextu inviſendæ cujuſdam mulieris in extremis poſitæ adſcitus, cauſæ cognitio poſt ſententiam Vicarii Generalis, a quo pronunciatum fuit, conſtare quidem de validitate matrimonii, ſed procedendum non eſſe *ad fulminationem cenſurarum, niſi habitu prius oraculo EE. PP.*, ab hoc ſupremo Senatu debuit aſſumi; Cumque ab ipſo imperata jamdiu fuerit Actorum tranſmiſſio datuſque noviſſime ob inopiam Conſtantiæ jura ſua non deducentis Matrimonii Defenſor, oportet hodie ad petitionem memorati Nicolai Brunetti diſceptare Dubium, quod ad calcem reſtrictus apponetur. *Seſſ. 24. c. 1. de ref. matr.*

Ex actis in Curia Archiepiſcopali confectis primum, quod maxime ponderandum ſe offert, documentum eſt relatio præfati Dominici Sorentini Parochialis Eccleſiæ Œconomi, qui ſub diem 19. enunciati Menſis Februarii 1727. delaturus eidem Archiepiſcopali Curiæ, quid ſibi circa controverſum matrimonium accidiſſet, hiſce verbis ad rem præcipue conferentibus facti ſeriem expoſuit „ Fui introdotto così io, come detto D. Andrea
„ Riſpolo dentro la terza camera di detto quarto appartamento
„ dove viddi, che vi ſtava un giovane, ed una giovane, ed un
„ altra femina vecchia, e dicendo io dove era l'inferma, che
„ voleva confeſſarſi, mi fu riſpoſto dalla detta giovane, che
„ poi inteſi chiamarſi Coſtanza di Chiara, la quale mi diſſe que-
„ ſte preciſe parole, Signor Parochiano, voglio queſto per ſpo-
„ ſo, moſtrandomi la perſona di quel Giovane, che ſtava den-
„ tro la medeſima Camera, che in appreſſo ho inteſo chiamarſi
„ Nicola Brunetti, ed io in ſentire proferire dalla detta Giovane
„ dette parole, Signor Parochiano, voglio queſto per ſpoſo, mi

„ posi a gridare, chiamandoli scomunicati, indegni, e mi posi a
„ fuggire per le camere. sgridando anche contro d. Sacerdoti,
„ chiamandoli indegni &c. perchè lo giudicai, ch'essi Sacerdoti
„ avessero fatta la machina, ed avessero cooperato a far sortire
„ d.matrimonio clandestino,subinde hæc addidit, Devo però
„ dire per verità, che dopo che d. Costanza di Chiara proferì le
„ dette parole, Signor Parochiano voglio questo per sposo, ed
„ io subito mi posi a gridare, e fuggire, osservai, che il d. gio-
„ vane, che stava presente, chiamato Nicola Brunetti si avvilì,
„ e non proferì parola alcuna, bensì fece atto di venire appresso
„ di me, mentre fuggivo per le camere, ma il sud. Sacerdote
„ D. Andrea Rispolo, che mi seguiva, l'andava trattenendo
„ con aversi tirato la porta di una camera. Ritirato, che io fui
„ in d. mia casa circa le ore due della notte, ivi vennero così il
„ sud.Sacerdote D.Antonio Piro, come quell'altro Sacerdote,
„ che ritrovai in d. casa, del quale non sò il nome, però se lo
„ vedessi, lo conoscerei benissimo, ed assieme con loro vi venne
„ anche il suddetto giovane Nicola Brunetti sposo,e domandan-
„ doli, che cosa volevano da me, e li rimproverai l'attentato,
„ e frittata, che avevano fatto essi, cioè essi Sacerdoti mi rispo-
„ sero,che aveano fatto errore,ed io soggiunti con dirli,che se si
„ fossero fidati di me,averei fatto sortire il matrimonio,e dd.Sa-
„ cerdoti soggiunsero con dirmi,che avevano portato avanti di
„ me il d.Nicola Brunetti per dare la parola di matrimonio, che
„ voleva fare con d. Costanza di Chiara; d. Nicola Brunetti
„ però ne meno in casa mia proferì parola alcuna, ed io risposi
„ a detti Sacerdoti, che non potevo prendere parola alcuna sen-
„ za l'ordine di Monsignor Vicario, ed allora confermai il mio
„ giudizio, che tutto era machinato da dd. Sacerdoti, ed a tal
„ mia risposta se ne andorno via.

Formali autem examini subjectus postmodum idem Æconomus, jussusque præsertim sub decimoseptimo interrogatorio deponere,
„ se intese parlare il sud.Nicolò Brunetti, & quatenus negative,
„ se era possibile, che detto Nicolò parlasse, senza che esso Te-
„ stimonio lo potesse sentire „ postquam denuo retulit se audi-
„ visse Constantiam verba hæc proferentem „ Signor Parochia-
„ no voglio questo per sposo mostrandomi la persona di d.Nico-
„ la Brunetti,„ita est prosequutus,„ed io postomi subito a gridare,
„ e fuggire non intesi parlare detto Nicola Brunetti, però po-
„ trebbe esser possibile, che in quell'atto esso Nicola Brunetti
„ avesse parlato, ed io non l'avessi inteso a causa che, come ho
„ detto, in che io intesi parlare la d. Costanza di Chiara, e dire
„ Signor Parocchiano voglio questo per sposo, mi posi a fuggire
„ per le camere, e gionto alla sala volendomi il d. D.Antonio
„ Pirro trattenere, che non fossi uscito, atteso la porta della d.
„ sala stava chiusa, e d. D. Andrea Rispolo mio compagno fece
„ resistenza al d. D. Antonio, e mi venne fatto di aprire la por-
„ ta di d. sala, ed uscì in mezzo alle gradi, ed immediatamente
„ presso di me uscì il d. D. Andrea Rispolo, e come ho detto,

„ den-

„ dentro la detta ſtanza io non oſſervai, ne vi erano altre per-
„ ſone, quando la d. Coſtanza diſſe le ſudette parole al mio arri-
„ vo dentro d. camera, ma nell'uſcir, che feci dalla detta ultima
„ camera, gridando, e fuggendo, vidi, che nell'altra camera
„ attaccata alla ſudetta ultima ſtavano li ſudetti due preti, cioè
„ il ſudetto D. Antonio Pirro, e quell'altro Prete di piú baſſa
„ ſtatura.

Hæc ſunt, quæ magis momentoſa emergunt a Parochi, ſeu Æconomi depoſitione. Cæteri vero, qui ibidem aderant, Teſtes, & quidem numero plures, exceptis Sacerdotibus Mario de Chriſtofano, & Andrea Riſpoli Æconomi ſocio, non ſolum adfirmant audiviſſe verba Conſtantiæ dicentis: *Signor Parochiano, voglio queſto per ſpoſo*: verum etiam Nicolaum Brunetti, qui ſtatim ſubjunxit: *ed io voglio Coſtanza di Chiara per mia ſpoſa*: Inter hos vero præcipui ſunt Cajetanus Oldonus, qui in priori ſuo examine ita depoſuit: Entrato, che fu il d. Economo &c.
„ inteſi, che la detta Coſtanza di Chiara ſubito diſſe Signor Pa-
„ co voglio D. Nicola Brunetti per marito; ciò ſentendoſi dal
„ detto Economo, ſi poſe a gridare, e fuggire, ed io inteſi, che
„ dopo avere la d. Coſtanza di Chiara parlato, e dette le ſudette
„ parole, eſſo D. Nicola Brunetti ſubito riſpoſe, e diſſe voglio
„ Coſtanua di Chiara per moglie, e parlò eſſo D. Nicola Bru-
„ netti in modo, che poteiſentirlo: Dominicus di Giacomo,
„ qui idipſum retulit, ibi: Immediatamente la ſudetta Coſtan-
„ za di Chiara diſſe Signor Parochiano voglio Nicola Brunetti
„ per ſpoſo, moſtrandogli la d. perſona di detto Nicola, ed
„ eſſo Nicola Brunetti immediatamente riſpoſe, e diſſe, ed io
„ voglio D. Coſtanza di Chiara per ſpoſa, moſtrandogli la per-
„ ſona di d. Coſtanza, quali parola dette dal d. Nicola Brunetti
„ furono da me molto bene inteſe „ & demum Sacerdos Anto-
„ nius de Piro, a quo res ita narrata eſt „ Avendo la d. Coſtan-
„ za di Chiara eſpreſſo il ſuo conſenſo con dire, Signor Paro-
„ chiano voglio Nicola Brunetti per ſpoſo, moſtrandolo anche
„ per la mano, eſſo Nicola Brunetti immediatamente riſpoſe,
„ e diſſe; Ed io voglio Coſtanza di Chiara per ſpoſa, lo che
„ fu molto bene inteſo da me, non oſtante, che il d. Economo
„ in ſentir parlare la d. Coſtanza ſi era poſto a gridare, e dire
„ ſcommunicati.

Horum omnium teſtimonio conſentiunt ea, quæ a Conſtantia in ſuo conſtituto, & a Lolla matre fuerunt recenſita. His itaque in facto ponderatis, perpenſiſque etiam theoricis in jure hinc inde late deductis, grave non erit reſcribere.

An conſtet de matrimonio, ejuſque validitate in caſu &c.

Affirmative.

NUL-

Sess.24. c.12. de ref.

NULLIUS PUTIGNANI. Capitulares Collegiatæ S. Mariæ nuncupatæ *la Greca* in Oppido Putignani erectæ sub diem 15. Februarii proxime præteriti instetterunt pro decisione octo dubiorum, quæ infra describentur; dilationem vero tunc postulante Clerico Xaverio Miccoli ejusdem Ecclesiæ Abbati, sive Rectori cum ea die annuerint EE. PP., rogantur modo post exactum jam congruum temporis intervallum a præfatis Capitularibus Causæ definitionem urgentibus, resumpto folio tunc distributo decernere.

I. *An absente a servitio Chori Abbate Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Greca, possit ipse substituere Presbyterum sibi benevisum ad exercenda jura præeminentialia sibi competentia, seu potius illa devolvantur ad Capitularem Presbyterum decanum, & respective ad Presbyterum Capitularem in ordine antiquiorem.*

II. *An liceat dicto Abbati non renuncianti Vesperas, & Missas solemnes substituere ad sui placitum alium Sacerdotem, seu potius celebrare debeat Decanus, seu Presbyter in ordine, ut supra, antiquior.*

III. *An liceat Abbati prædicto concedere Presbyteris Capitularibus, aliisque de Clero licentiam discendendi a Choro, & sese ab illo absentandi absque legitima causa, & ad longum tempus.*

IV. *An idem Abbas possit expunctare tamquam absentes Sacerdotes illos, qui tempore Divinorum Officiorum, vel Confessionali assistunt, vel pulsant organum.*

V. *An diebus ferialibus præfatus Abbas valeat ad sui libitum præstare assistentiam Choro. seu potius teneatur assistere una cum aliis Presbyteris in uno ex tribus Turnis Hebdomadæ.*

VI. *An idem Abbas debeat subjacere punctaturis, scilicet amissioni distributionũ quotidianarũ etiã diebus ferialibus in casu &c.*

VII. *An liceat Capitulo eligere quotannis expunctatores, seu Appunctatores.*

VIII. *An Capitulares, itidemque Abbas, dum Choro, & aliis functionibus Ecclesiasticis assistere debent, teneantur personaliter assistere seu liceat eis servitiũ præstare per aliũ in casu &c.*

Ad primum, & secundum negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad tertium negative. Ad quartum pulsantes organum absque stipendio, & audientes confessionem ex deputatione non amittere distributiones. Ad quintum negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad sextum affirmative. Ad septimum affirmative, dummodo sint de gremio Capituli. Ad octavum dentur decreta in Alatrina, Callien. Leyrien. & Ferentina.

Sess.24. c.14. & seq.25.c.9. de ref.

MONTIS REGALIS CAPPELLANIÆ. Discusso sub diem 19. Novembris superioris anni hoc Dubio: *An nominatio ad beneficium, de quo agitur sustineatur, itaut Clericus Andreas Stralla institui debeat in beneficio, & consequi possit suum creditum, vel*

vel potius institutio debeatur Sacerdoti Josepho Antonio Forzano in casu &c. responsum fuit, *Institutionem deberi Sacerdoti Josepho Antonio Forzana*; Cum autem memoratus Clericus Andreas Stralla fuerit subinde ad novæ audientiæ beneficium admissus discutiendum hodie proponitur consuetum dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

PENNEN. SEU FERETRANA LEGATI. In Testamentariis tabulis, quas clar. mem. Cardinalis Uldericus de Carpineo sub annum 1687. condidit annua scuta octoginta e fructibus viginti locorum montium percipienda legati jure reliquit, Seminario Civitatis, & Diœcesis Feretranæ, jussitque ea impendi „ per mantenimento, cioè vitto, e vestito di quattro giovani „ convittori, uno per ciaschedun Castello della mia casa, che „ sono Scavolino, Gattara, Bascio, e Miratojo.„ Jus verò eligendi eosdem adolescentes voluit ad Principem Uldericum de Carpineo, quem hæredem ex asse scripserat, pertinere, hæc de præfatis adolescentibus ab ipso hærede eligendis subjiciens; „ E ciaschedun di essi giovani, se non si rendesse immeri- „ tevole, e per tale venisse giudicato dal Vescovo pro tempore „ goda di questo ajuto per lo spazio di sette anni, quali finiti, „ si elegghino altri dal medemo erede, e subentrino in loro „ luogo, tutti però siino di buoni costumi, idonei per atten- „ dere allo studio, e fare profitto nelle Cristiane, ed umane „ virtù. *Sess.22. c.6. de ref.*

At Testatore e vivis erepto, quum enunciata annua scuta octoginta haud satis essent pro sustentatione dictorum quatuor alumnorum, eosque propterea in Seminarium recipere detrectarent ejus Rector, & Deputati, nisi annua in eum finem designata summa augeretur, memoratus Princeps Uldericus transactionem cum dictis Rectore, & deputatis inire curavit Sacri hujus Senatus auctoritate subinde munitam, qua statutum est, Seminarium spatio octo annorum gravandum non esse onere alendi dictos alumnos, summam vero scutorum 640. ex fructibus locorum montium interea temporis percipiendam investiri ab ipso debere in tot censibus, vel bonis stabilibus, ut amplior inde annuus reditus pro dictorum alumnorum sustentatione suppeteret, elapsis autem hisce octo annis Seminarium teneri eosdem quatuor alumnos recipere, atque imposterum „ mantenerli il „ vitto, e veste, come sopra, e così in perpetuo inviolabilmen- „ te siino mantenuti li d. quattro alunni, da eleggersi ordine „ successivo, e da introdursi, come sopra.

Ad normam præmissæ testamentariæ dispositionis, & concordiæ mox indicatæ cæperunt sub annum 1692. ab Hæredibus eligi ex

torii reperiri idoneum Adoleſcentem, qui poſſet ad locum vacantem in Seminario eligi, Marchio Emilius de Cavaleriis, ad quem jus eligendi dictos alumnos delatum eſt, alium nominavit Juvenem ex Caſtro Scavolino. Hunc autem renuit admittere Rector Seminarii ſub obtentu, quod, dum alter ex eodem Caſtro Scavolino jam reperitur alumnus in Seminario, & Teſtator unum dumtaxat ex ſingulis dictis quatuor Caſtris ſucceſſive retinere præcepit, alius hodie non debeat in illo recipi. Injuſtam itaque authumans repulſam iſtam Marchio de Cavaleriis decidi poſtulat Dubium, quod ad calcem Reſtrictus proponetur.

Summa rationum, quibus Marchio præfatus innititur, in his potiſſimum videtur verſari; primo, quod ſicuti in diſpoſitione cl. me. Cardinalis de Carpineo quatuor Alumni, quorum favore pium illud legatum relictum eſt, re, & verbis, ut ajunt conjuncti leguntur, ita quoad ipſos recte procedat jus, quod vocant accreſcendi deſumptum *ex L. reconjuncti ff. de condit.*, & *Demonſtrat.*, itaut non exiſtente in aliquo ex enunciatis Caſtris Juvene idoneo locus vacans illius Caſtri debeat adoleſcentibus, qui alia incolunt, accreſcere; ſecundo. quod Rector, & Deputati Seminarii ſeſe in memorata concordia abſolute obſtrinxere, quatuor alumnos perpetuo retinere, adeoque præfinitum alumnorum numerum nequeat modo reſpuere tertio, quod hæc cenſeri debeat vera mens Teſtatoris, qui utique, ſi prævidiſſet contingere poſſe, ut in aliquo ex dictis caſtris non reperiretur adoleſcens idoneus, mandaſſet alumnos eligi ex alio Caſtro, veluti animum præcipue intendens in commodum, & ſubſidium juvenum præfata domus ſuæ Feuda incolentium; & quarto demum, quia pluries jamdudum acciderit, ut bini alumni ex uno, eodemque Caſtro nominati, & in Seminario retenti fuerint, quoties nequivit adoleſcens aptus, & idoneus in aliquo ex dictis Caſtris reperiri.

His itaque perpenſis, & aliis, ſi quæ nomine Rectoris Seminarii afferentur, placeat EE. VV. ſtatuere.

An liceat Marchioni Emilio de Cavaleriis nominare alumnos Seminarii ex quocumque loco ex deſignatis per Cardinalem de Carpineo, deficiente idoneo in altero ex Caſtris in Teſtamento præſcriptis in caſu &c.

Non propoſita.

Die

Die Sabbathi 10. Junii 1741.

PENNEN. SEU FERETRANA LECATI. Causa una hæc superfuit decidenda in folio postremæ Congregationis habitæ sub diem 6. mox elapsi mensis Maii, ideoque, resumpto eodem folio una cum juribus, quæ utrique a Partibus collitigantibus circumferentur, hodie pronunciandum erit. *Sess. 22. c. 6. de regul.*

An liceat Marchioni Emilio de Cavaleriis nominare alumnos Seminarii ex quocumque loco ex designatis per Cardinalem de Carpineo, deficiente idoneo in altero ex Castris in Testamento præscriptis in casu &c.

Affirmative, & amplius.

VITERBIEN. CONCURSUS. Discussis in Congregatione diei 15. Aprilis proxime præteriti hisce Dubiis: I. An sustinenda sit provisio Præbendæ Pænitentiariæ facta ab Ordinario; & quatenus negative. II. An dicta Præbenda Pænitentiaria sit conferenda Sigismundo Malatesta in casu &c. responsum fuit. Ad I. negative. Ad secundum affirmative; At quia adversus hanc resolutionem Marianus Porticelli, qui fuerat ab Episcopo ad controversum Canonicatum Pœnitentiarium præelectus, obtinuit sibi novæ audientiæ beneficium impertiri rogantur hodie EE. PP. deliberare. *Sess. 2. c. 8. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

SANCTI SEVERINI CATHEDRATICI. Contendente Episcopo S. Severini sibi jus esse exigendi Cathedraticum pensum a Clero Abbatiali S. Laurentii in Doliolo, die 28. Januarii proxime præteriti proposita fuit causa sub infrascripto dubio; Cum autem EE. VV., dilata tunc ejus resolutione, censuerint, audiendum esse Eminentissimum Cardinalem de Alteriis Commendatarium Abbatiæ sub enunciato titulo S. Laurentii in Doliolo erectæ, excitato hodie Promotore Fiscali Curiæ Abbatialis, ex juribus utrinque afferendis decerni iterum postulatur. *Sess. 24. c. 9. de ref.*

An resolutio emanata die 22. Novembris 1738. comprehendat Clerum Abbatialem S. Laurentii in Doliolo, itaut Cathedraticum ab eodem Clero debeatur in casu &c.

Affirmative, exemptis pro nunc Parocho Ecclesiæ Abbatialis

S. Laurentii in Doliolo, & Clericis habentibus Beneficia in eadem Ecclesia, de quibus videatur particulariter.

Sess.24. c.18. de ref. CAPUTAQUEN. CONCURSUS. In concursu habito sub diem 21. Junii superioris anni ad Parochialem, & receptitiam Ecclesiam S. Mariæ Græcorum Terræ Pollæ duo tantum comparuere Competitores, alter Nicolaus de Donato, qui primum fuerat Coadjutor defuncti Parochi, & postmodum dictæ Ecclesiæ Œconomus, alter vero Bernardus Tramontani; Quum autem tres Synodales examinatores; coram quibus habitum fuit examen, retulerint, *Nicolaum de Donato Terræ Pollæ actualem Æconomum Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Græcorum dictæ Terræ Pollæ vacantis esse dignum scientia, ætate, gradibus, filiatione, & Cleri ac Populi acclamatione*, Bernardum vero Tramontani ejusdem Terræ *dignum scientia*, nulla aliarum ejus qualitatum facta mentione, Episcopus Nicolaum de Donato præferendum esse judicavit. Id vero secum injuria factum authumans Bernardus tam ab Examinatorum relatione, quam ab Episcopi judicio ad Sacrum hunc Consessum provocavit, urgetque modo decidi duo Dubia, quæ ad calcem Restrictus apponentur.

Prior Bernardi quærela contra Examinatorum relationem in eo sistit, quod Nicolaum de Donato non scientia tantum, sed etiam, ut mox expositum fuit, *ætate, gradibus, filiatione, & Cleri, ac populi acclamatione* dignum renunciaverit, nullum vero de moribus, prudentia, atque dexteritate, quibus ipse ad exercendam animarum curam se apprime idoneum pluribus documentis probasse asserit, habuerint verbum; Ob hoc enim suarum qualitatum, atque prærogativarum silentium contra leges justitiæ non minus, quam contra mentem Tridentini peccasse putat Examinatores: Siquidem, jubente Sacrosancta Synodo *Sess.24. cap.18. de Reform.* ut; *peracto examine, renuncientur, quocumque ab his idonei judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis*, inde arguit onus esse Examinatorum non explorandi tantum scientiam uniuscujusque ex Concurrentibus, uti monent *Pax Jordan. elucubr. Can. Tom.2. lib.10. cap.8. num.174. & seqq. Garz. de Benef. part.9. cap.2. n.105.*, sed ipsos teneri quoque inquirere de moribus, ætate, prudentia, aliisque animi dotibus, & juxta probatum ejusmodi prærogativarum concursum, quemlibet dignum, & idoneum renunciare, ad tradita per *Garz. de Benef. part.5. cap.7. Ventrigl. in prax. Eccl. part.2. annot.5. §.1. 11. 46. & seqq. Lotter. de re benef. lib.2. quæst.31. num.98.* & alii adducti *per Rot. dec.299. num.1. & seqq. cor. Cavaler.*, & resolvit Sac. Congregatio *in Urbinaten. anno* 1601. *& 23. Junii* 1605. *lib.9. decr. pag.142. & lib.10. pag.119. & in Hydruntina* 19. *Junii* 1638. *lib.16. Decr. pag.47.*

Judicium autem Episcopi ex eo potissime injustum appellat, quod, tametsi plene ipsi innotescceret, se *bona vita, fama, & moribus imbutum* esse, neque penes acta Episcopalis Curiæ unquam fuis-

se

se inquisitum, uti idem Episcopus non renuit testari in literis sub diem 26. Junii 1740. signatis, trahi tamen passus est ad præeligendum Nicolaum, qui pridem fuerat in eadem Episcopali Curia sub annum 1718. de inhonestis actibus cum Ursula Maurino habitis accusatus, solumque cum clausula, *ex hactenus deductis*, absolutus, injuncto etiam illi præcepto non accedendi ad Terram Pollæ suæ Patriæ sine prævia Episcopi licentia. Hinc enim contendit Bernardus tantam adhuc infamiæ notam hærere Nicolao, ut nedum ipse minime debuisset, se postposito, ad controversæ Parochialis assecutionem præeligi, imo vero ab illa sit omnino arcendus, donec, qualibet abluta criminis macula, melioris vitæ specimen non præbuerit, ad textus expressos in *cap. inter delictos* 11. *de excess. Prælat*, *& in cap. final. de purgat. Can.* docent *Reiffenstuel. in jus Can. lib.* 5. *tit.* 37. *n.*60. *Schmalzgrueber eod. loc. num.*141., & aliis adducti *per Ventrigl. in prax. pract.*2. *annot.*5. §.2. *num.*65.

Hac super re auditus Episcopus post expositam facti seriem superius recensitam pauca hæc in Judicii sui vindicationem subjecit: „ Quapropter perpensis actis mihi remissis, ac requisitis dicti „ D. Nicolai de Donato, & ejusdem gradibus Coadjutoriæ, & „ & Œconomatus laudabiliter exercitis, aliisque causis digne „ moventibus, & signanter maxima repugnantia Cleri dictæ „ receptivæ Ecclesiæ vacantis in personam præfati Oratoris, „ fuit, ipso excluso, dictus D. Nicolaus de Donato a me præle„ ctus ad recensitam Parochialem, cujus possessionem, prævia „ Bullarum expeditione, est adeptus. De meritis interpositæ „ appellationis, quatenus admittendæ, vestri erit judicii, cu„ jus censuræ me humiliter submitto.

Nomine Nicolai de Donato nihil hactenus allatum est; Dubia vero, quæ proponuntur decidenda, sunt.

I. *An constet de mala relatione Examinatorum in casu &c.*

II. *An constet de irrationabili judicio Episcopi, ita ut Ecclesia Parochialis, de qua agitur, sit adjudicanda Sacerdoti Bernardo Tramontani in casu &c.*

Deveniendum esse ad novum concursum.

NULLIUS SOPHIÆ, SEU BENEVENTANA. S.M. Benedictus XIII. sub annum 1705., quo Beneventanam Ecclesiam moderabatur, & in Commendam obtinebat Abbatiam Monasterii S. Sophiæ, Feudum rusticum vulgo nuncupatum *Covante*, quod inter cætera bona ad eandem Abbatiam pertinet, prævio Apostolico beneplacito, affixisque consuetis edictis, Carolo Spinelli nunc Principi S.Georgii ad viginti novem annos a die 1. Octobris 1708. inchoandos pro annua pensione ducatorum 500. in emphyteusim concessit, hisce adjectis conditionibus, & pactis „ primo, che l'Emfiteuti debbano obbligarsi di far misura„ re, e terminare con termini fissi la detta tenuta, seu feudo a „ loro proprie spese, con l'intervento però de'Signori Ministri

*Sess.*24. *c.*12. *de ref. matr.*

„ di detto insigne Monastero, seu Badia prima di stipolare l'I-
„ stromento di concessione; secondo, che l'istessi Emfiteuti
„ fra lo spazio di due anni debbano ricuperare tutti li Territorj
„ di detto Feudo a loro proprie spese occupati da' Confinanti;
„ Terzo, che gl'istessi Emfiteuti debbano far ammensare a be-
„ neficio di detto insigne Monistero tutti li Territorii occupati
„ da coloro, che li posseggono come propri, e ne pagano te-
„ nuissima, e semplice somma sotto titolo di decima similmente
„ a loro spese fra detto termine d'anni tre; Quarto di procurare
„ a loro spese fra il termine di anni sei l'esercizio della totale
„ giurisdizione di detto Feudo usurpata da molto tempo; Quin-
„ to, e finalmente di dover pagare il Canone, che sarà stabili-
„ to, non ostante qualunque accidente di tremuoto, guerra, fa-
„ me, peste, e di qualunque caso fortuito, che in qualsivoglia
„ altra maniera potesse accadere fra il termine che durerà det-
„ ta concessione.

Quum autem anno 1737., elapso ferme termino dictorum viginti novem annorum, immineret extinctio enunciatæ emphiteusis, seu locationis, Eminentissimus Cardinalis Coscia, cui memorata Abbatia fuerat commendata, sub diem 20. Januarii 1737. Januario, & Dominico fratribus de Petrone idem Feudum *Covante* sub reservatione Apostolici beneplaciti ad viginti novem annos a die 1. Septembris dicti anni 1737. inchoandos pro annuo Canone ducatorum 900. in emphyteusim tradidit, apposita una cum cæteris pactis, quæ exactionem dicti Canonis, & conservationem enunciati Feudi concernunt, declaratione „ che il pre-
„ sente istromento di concessione di d. Feudo, seu Tenuta s'in-
„ tenda fatto nella stessa maniera, e forma di quello dell'anno
„ 1705. fu fatta tra d. Abbadia con d. Illustre Principe di S. Gior-
„ gio, e si debbano da d. parti osservare, ed attendere tutti li patti
„ e cautele apposte nel medesimo.

Contra vero memoratus Princeps S. Georgii mense Julii ejusdem anni 1737. a san. mem. Clemente XII. obtinuit Chirographum, quo Summus Pontifex eidem Principi ad tertiam generationem masculinam controversum Feudum in emphyteusim concessit sub annuo canone ducatorum 600., nec non adjectis, præter alia pacta in priori concessione ad 29. annos apposita, conditionibus: Primo, quod in instrumento concessionis hujusmodi inseratur planta dicti Feudi cum confinibus, & mensuratione per Peritos facienda: Secundo, quod singulis 29. annis, durante concessione hujusmodi, illius renovatio fiat, & in primis, & ante omnia eadem præsentis, & postquam facta fuerit Instrumenta singularum renovationum ut supra facienda in actis Curie Archiepiscopalis Beneventanæ registrari, & antequam concessio hujusmodi suum sortiatur effectum monumentum lapideum seriem facti denotans in aliqua Feudi hujusmodi parte apponi omnino debeat; alioquin præsens gratia, & inde sequuta quæcumque nulla eo ipso: Et tertio, quod finita, vel deficiente generatione ejusmodi dictum Feudum cum omnibus juribus, &

per

pertinentiis ſuis, ac quibuſcumque melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis ad dictum monaſterium pleno jure revertantur, illique libere cedat abſque eo quod renovatio conceſſionis, aut melioramentorum hujuſmodi refectio a quoquam quovis prætextu, & ex quavis cauſa peti, vel prætendi poſſit, ſeu debeat.

Emphyteutica hæc conceſſio noviſſime in Signatura Gratiæ coram Sanctiſſimo D. N. feliciter regnate habita die 28. Februarii proxime præteriti fuit ab Eminentiſſimo Abbate Commendatario impugnata duplici ſub fundamento, altero nempe, quod ejuſmodi contractus, quum Abbatiæ antedictæ, ejuſque poſſeſſoribus nedum utilis minime ſit, imo vero grave eis irroget detrimentum, ac præterea ob reticitam locationem ab eodem Eminentiſſimo Abbate pro majori annuo Canone ducatorum 900. Fratribus de Petrone præcedenter factam, itidemque ob ſilentio preſſum notabile illud pactum non renovandi, ſub quo priorem conceſſionem obtinuerat Princeps S. Georgii, ſubreptionis vitio laborare dignoſcatur, irritus proinde, nulliuſque valoris declarandus eſſet; altero autem, quod etiamſi valida ab initio dici potuiſſet memorata conceſſio, ſubinde tamen reſoluta remanſerit, quippe quia idem Princeps S. Georgii inſtrumentum poſtea in ejus adimplementum ſtipulari neglexerit, nullumque ferme ex pactis in Pontificio Brevi, ſeu Chirographo adjectis ſervaverit; Cum autem momenta hæc viſa fuerint ad congruam controverſiæ inde obortæ deciſionem maturum poſtulare examen, dignata eſt Sanctitas ſua in Supremo illius Signaturæ Gratiæ Tribunali jus ſapientiſſime dicens, Cauſam iſtam *prævia quatenus opus ſit, oris aperitione ad hunc ſacrum conſenſum prout de jure*, remittere.

Nunc igitur Eminentiſſimus Abbas iiſdem mox indicatis rationibus latius ab ejus Defenſoribus exornandis innixus decidi poſtulat.

I. *An ſervanda ſit conceſſio in emphyteuſim reportata per Principem S. Georgii de anno* 1737. *a S. M. Clemente XII. Bonorum, ſeu Feudi Locumbantis vulgo Covante, de quibus agitur, ſpectantium ad Abbatiam S. Sophiæ*, & quatenus negative.

II. *An ſuſtineatur locatio eorumdem bonorum facta per Eminentiſſimum Cardinalem Coſcia Commendatarium ejuſdem Abbatiæ favore Fratrum de Petrone in caſu &c.*

Ad I. negative. Ad II. affigantur edicta.

AMERINA: Hieronymus Mattei Dux Terræ Jovii ſub annum 1738. binos S. M. Clementi XII. porrexit ſupplices libellos, alterum, quo rogavit ſibi fieri poteſtatem „ d'impiegare la va- „ luta di cento rubbia di grano dell'augumento del Monte fru- „ mentajo già eſiſtenti preſſo i Debitori, che ſono di difficiliſſi- „ ma eſazione per fabricare la Chieſa Parochiale di detta Terra „ di Giove ruinoſa, ed incapace di tutto il popolo, rimanen- „ done altri cinquantacinquè rubj in eſſere per fondo dello ſteſſo Mon- *Seſſ. 22. c. 6. de ref.*

„ Monte frumentario da principio fondato col capitale di rubj
„ vent'otto da Paolo Parca nell'anno 1677. perchè in tal forma
„ si verrà a potere rifabricare la Chiesa, ed i Poveri debitori
„ potranno pagare il loro debito per via dello sconto delle ope-
„ re loro con vantaggio delle proprie famiglie „ alterum verò, quo postulavit sibi impertiri facultatem impendendi in ejusdem Parochialis Ecclesiæ ædificium annuam summam scut. 120., quæ ex hæreditariis Bonis Duciſſæ Barbaræ Mattei Bevilacqua deberent quotannis duabus puellis in Domino nupturis distribui. Hanc tamen posteriorem suam petitionem ita temperavit „
„ quando però non vi siano due Zitelle vassalle, che vogliano
„ assumere l'abito Religioso, ovvero di erogare la somma di
„ scudi sessanta come sopra, quando solamente siavi una Zitella
„ vassalla dell'Oratore, che si voglia fare Religiosa.

Super ejusmodi precibus exquisita primum fuere jussu Summi Pontificis informatio, & votum Episcopi Amerini, qui sub die 27. Maii dicti anni 1738. rescribens „ esser verissimo, che in detta
„ Terra vi è necessità di una nuova Chiesa Parochiale, conforme
„ di tutto ho riconosciuto nella Sa. Visita ultimamente fatta,
„ mentre la vecchia Parochiale è molto male in ordine nella
„ struttura non atta a ricevere tutto il popolo, ed incapace a
„ potersi dilatare per il sito non proprio „ suam hisce verbis
„ aperuit sententiam „ e perciò a maggior gloria di Dio stimo
„ bene, che si faccia altra nuova Parochiale nel sito, che asse-
„ risce il Signor Duca, e per ajuto della Fabbrica nelle spese da
„ farsi applicarci tuttociò, che supra sortem erectionis sono ac-
„ cresciuti li tre Monti frumentari di Giove, ed ancora le doti
„ delle Monacande, quando non vi siano Zitelle di Giove, che
„ vogliano monacarsi, e ciò per lo spazio di dieci anni,
„ quando così piaccia a Sua Santità „ Denique ad priorem supplicem libellum die 5. Junii ejusdem anni hoc prodiit rescriptum: „ Sanctissimus, auditis informatione, & voto Episcopi
„ benigne annuendo petitis indulsit, ut pro constructione novæ
„ Ecclesiæ, de qua in precibus erogari valeat summa quæ debe-
„ tur Monti, sive Montibus frumentariis ejusdem Terræ Jovis;
„ pro eo tamen solummodo, quod supereſt ultra sortem erectio-
„ nis, quæ integra, & intacta reservari debeat pro Capitali, &
„ fundo dd. Montis, seu Montium frumentariorum, quibuscum-
„ que in contrarium non obstantibus „ Alteri vero petitioni quum pari benignitate annuerit Summus Pontifex, sub eadem die prima Junii 1738. datum legitur in hæc verba responsum „ San-
„ ctissimus, auditis informatione, & voto Episcopi benigne an-
„ nuendo petitis indulsit, ut pro constructione Ecclesiæ, de qua
„ in precibus, erogari valeant annua scuta 120. assignata pro
„ duabus puellis de Terra Jovii, quæ nubere velint in Domi-
„ nio, non concurrentibus de illa Terra Jovii puellis de anno
„ in annum, quæ velint profiteri in Religione; si autem una
„ saltem puella concurrat ex prædictis, unum subsidium dotale
„ tantum scutorum 60. de anno in annum erogari valeat pro

con

„ constructione dictæ Ecclesiæ ad decennium ; quibuscumque „ in contrarium non obstantibus.

Pontificia hæc rescripta impugnat hodie communitas, & populus d. Terræ Jovii, huncque in finem nonnulla attulit documenta, quibus putat evinci, a veritate aberrare, tum, quod vetus Parochialis Ecclesia, uti in precibus memorati Ducis Mattei fuit iterato expositum, ruinam minetur, nimiumque angusta sit, tum quod Parochiani novæ Ecclesiæ erectioni suum præbuerint assensum, illamque magnopere exoptent, ac proinde memorata rescripta veluti falsis suggestionibus impetrata contendit executionem non promereri. Addit præterea, quod si forte controversa gratia sustineri posset nonnisi centum rubra frumenti spectantis ad montem a Paulo Parca institutum, nulla vero quantitas illius, quod ad alios pertinet frumentarios Montes ejusdem Terræ, censenda forent sub ejusmodi indulto comprehensa, adeoque vetari saltem debeat Duci Mattei, ne quidquam ex aliis Montibus derivandum in propositam eroget causam.

Quia vero idem Dux Mattei plurimum cupiens executionem rescriptorum, quæ obtinuit, multis in hunc scopum congestis, allatisque juribus studet omnia in precibus exposita a qualibet subreptionis, & obreptionis nota vindicare, idcirco EE. VV. judicium erit.

I. *An gratia, de qua agitur, sit exequenda, seu potius constet de illius subreptione*, & quatenus affirmative ad primam, & negative quoad secundam partem ?

II. *An comprehendat etiam, ultra Montem denominatum Parca, alios Montes frumentarios Communitatis Terræ Jovii in casu &c.*

Coadjuventur probationes, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

MACERATEN. CATHEDRATICI, ET PROCURATIONIS. Detrectante Clerico Licinio Assortati Rectore Ecclesiastici Beneficii, quod in Ecclesia SS. Trinitatis extra Mœnia Terræ Montis Milonis erectum reperitur, Cathedratici pensum Episcopo solvere, eique antedictam Ecclesiam, & beneficium visitanti procurationem præstare sub obtentu, quod Ecclesia prædicta fundata sit in solo ad Sacrosanctam Basilicam Lateranensem pertinere, oborta inde est inter eumdem Clericum Assortati, & Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis controversia, ad quam dirimendam subscriptum est Dubium in calce restrictus apponendum, cujus decisio nomine ejusdem Promotoris Fiscalis modo flagitatur. *Sess. 24. c. 4. de ref.*

Privilegium exemptionis ab ordinaria Episcoporum jurisdictione, quod Bonifacius IX. Ecclesiis in solo Lateranensi erectis fuit pridem elargitus, & subide Sixtus V. redintegravit, competere tantum Ecclesiis, sive Cappellis, quæ in fundo ad Lateranensem Basilicam antea jure Dominii vere spectante ædificantur, non autem

tem iis prius constructis, & eidem Basilicæ cum annui tributi pensitatione postea subjectis, definitum est ab Auditorio Rotæ in *dec.*228. *n.*5. *& seqq.*, *& dec.*260. *coram Emerix Junior.*, *& in Squillacen. Jurisdictionis super Bono jure* 7. *Junii* 1723. *coram Lancetta*, quæ est inter ejus impressas in ordine la 56. tom.1., probatumque fuit ab hac sacra Congregatio.*in Mileten. Jurisdictionis* 23. *Aprilis* 1701. *lib.*51. *Decret. pag.*208., *&* 13. *Maii* 1702., *lib.*52. *decr. pag.*190. & præsertim *in Regien. Exemptionis*, in qua cum Rector Cappellæ, seu Ecclesiæ SS. Crucifixo dicatæ amplam sibi hoc nomine tam ab Episcopali, quam a Parochiali jure assereret exemptionem, EE. PP. sub diem 21. Junii 1698. controversiæ definitionem distulerē, ut uberius doceretur an dominium fundi vere spectasset ad Lateranensem Basilicam, priusquam in eo ædificaretur Ecclesia, cumque id satis probatum subinde visum non fuerit, proposito sub diem 15.Novembris Dubio: *An Cappella, seu Ecclesia SS. Crucifixi sit exempta a jurisdictione Ordinarii*: responsum est, *negative*, ut in *lib.*48. *Decr. pag.*522.

At dato, quod Ecclesia veluti constructa in solo ad Basilicam Lateranensem dominii jure prius spectante probetur ab ordinaria Episcopi jurisdictione exempta, altera suboritur quæstio, num istud exemptionis Privilegium immunem reddat eamdem Ecclesiam a Cathedratici, & Procurationis solutione, qua in re negativam tenet sententiam materia late discussa, *Cl. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.*38. *per tot.*, & consonare videtur resolutio a Sacra Congregatione edita in alia *Maceraten. Cathedratici*, in qua contendentibus Confratribus Societatis Sanctissimi Suffragii Monts Milonis suam Ecclesiam uti in solo Lateranensi sitam ordinariæ jurisdictioni non subjacere, ac proinde ad persolvendum Cathedraticum obstringi minime posse, contra vero authumante Promotore Fiscalis Curiæ Episcopalis, vel satis non constare dictam Ecclesiam erectam fuisse in Lateranensi solo ad formam Apostolicarum Constitutionum, vel memoratum Privilegium a solutione Cathedratici exemptionem non tribuere, EE. PP. die 8. Maii 1734. rescripserunt, *Cathedraticum deberi juxta taxam præscriptam in Concilio Romano*, ut in *lib.*84. *Decr. pag.*215.

Juxta has itaque Canonici Juris theoricas contendit Promotor Fiscalis, perperam tueri se velle Clericum Licinium allegato exemptionis Privilegio, tum quia controversa Ecclesia non probetur habere qualitatem ex præscripto Constitutionis Sixti V. necessariam, imo vero nulli Ecclesiæ Terræ Montis Milonis ejusmodi competere prærogativam constet ex resolutione Sacræ Congregationis Immunitatis edita sub diem 7. Junii 1678. relata in Summario ejusdem Promotoris Fiscalis num.2., tum demum, quia ubi etiam præfata Ecclesia ostenderetur ad formam Sixtinæ Constitutionis in Lateranensi fundo ædificata, non inde immunis Clericus Licinius a Cathedratici, & Procurationis solutione censendus foret juxta authoritates supra indicatas.

Ad

Ad hæc profertur teſtimonium Franciſci Bulgarini, qui affirmat ſpatio triginta quinque annorum hoc idem beneficium poſſediſſe, ſuamque procurationis ratam Epiſcopo illud viſitanti nunquam detrectaſſe perſolvere, ut ex dicto Summario num. 3. Quibus omnibus perpenſis, una cum juribus Clerici Licinii, ſi quæ circumferentur, dignabuntur EE. PP. reſpondere.

An Clerico Licinio Aſſortati Rectori Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis fundatæ extra muros Terræ Montis Milonis juriſpatronatus illius Communitatis competat exemptio a ſolutione Cathedratici, & Procurationis reſpective occaſione Sacræ viſitationis in caſu &c.

Negative.

LAURETANA INDULTI: Sub annum 1704. Societas Sancti Philippi, & Jacobi curavit octo Cappellanias in Eccleſia S. Mariæ Montis Caſſiani, in qua jamdudum erecta reperiebatur, ordinaria Epiſcopi authoritate inſtitui, Presbyteris, qui eas obtinerent, injucto onere divina officia diebus feſtis de præcepto, & quibuſdam aliis in Tabella poſtmodum deſignatis perſolvendi, eo plane modo, quo ſolent Canonici, & Beneficiati Choro intereſſe, Eccleſiiſque Collegiatis inſervire. *Seſſ. 24. c. 12. de reſ.*

Cum autem anno 1720. Canonicus Joſeph Antolini aliam Cappellaniam in eadem Eccleſia fundari juſſerit hiſce verbis „ Laſcio „ quattordici Luoghi di Monte S. Pietro prima erezione, il frut„ to de' quali debba eſſere la dote di una Cappellania amovibile „ con l'obligo di celebrare cento cinquanta meſſe ogn'anno ne' „ giorni, ed in quelle Chieſe, che parerà al Cappellano pro tem„ pore, eccettuate, che tutti li Lunedì dell'anno, voglio, che „ ſi celebri nella Chieſa, ed Altare di S. Antonio di Padova di „ Monte Caſſiano, ove è l'Altare privilegiato, e che tutte dette „ Meſſe le applichi per ſuffragio dell'anima mia, e de' miei an„ tenati. Inoltre voglio, che detto Cappellano pro tempore ſia „ obligato di officiare, ed aſſiſtere alli officj in Coro nella Chie„ ſa Matrice di Santa Maria della mia Patria nell'iſteſſa forma, „ e cogli ſteſſi peſi, ed obblighi degli altri Sacerdoti ne' medeſimi „ divini officj; ed in caſo che mai ſi aboliſſe d. officiatura nella „ d. Chieſa, voglio, che il Cappellano da me inſtituito abbia „ l'obbligo d'altre cinquanta meſſe in luogo di d. officiatura, „ che in tutte ſaranno meſſe ducento „ atque in primum ejuſdem Cappellaniæ Rectorem nominaverit Sacerdotem Joſephum Mariam Capponi Equitem Ordinis SS. Mauritii, & Lazari, qui unam e memoratis octo Cappellaniis a Confraternitate fundatis uſque ab anno 1704. poſſidebat, iſte novam hanc Cappellaniam ſtatim poſt obitum Teſtatoris erectam, priori libere dimiſſa, eſt aſſecutus.

Jam vero in gravi ſeptuaginta circiter annorum ætate conſtitutus ſupplicem ſa. me. Clementi XII. porrexit libellum, quo exponens a triginta ſex annis ſervitium præfatæ Eccleſiæ præſtitiſſe,

hebetemque ſibi nunc redditam oculorum aciem, Sanctitatem ſuam demiſſe rogavit „ a degnarſi ſcioglierlo, e liberarlo dall' „ obbligo d'officiare d. coro, e chieſa obbligandoſi in vece di eſ- „ ſo ſoddisfare al di ſopra eſpreſſo peſo aggionto di cinquanta „ Meſſe in qualſivoglia anno ſua vita durante, eſſendo ciò anche „ conſentaneo alla mente del medeſimo Fondatore ; „ At precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis, poſtulat hodie Orator duo, quæ inferius deſcribentur, dubia decidi.

Porrò quod attinet ad I., in quo diſputandum proponitur, num locus ſit petitæ Jubilationis indulto, commutato onere ſervitii chori, in annuam celebrationem quinquaginta Miſſarum, ſi juxta regulas, quibus utitur Sacer iſte Confeſſus, dum gratiam jubilationis indulget, procedi velit, nullo plane nomine blandiri ſibi poteſt Orator, quod ejus precibus ſit annuendum. Nam præterquamquod a tempore, quo ipſe cepit Eccleſiæ ſuæ inſervire, triginta ſeptem dumtaxat anni in hanc uſque diem decurrerunt, accedit notabilis illa circumſtantia, quod nunquam voluit Hebdomadarii munus obire; neque Miſſas, ut alii conſuevre Cappellani per turnum canere;Conſtans autem eſtSacræ hujus Congregationis ſtylus non impertiendi jubilationis indultum niſi iis Canonicis, ſive beneficiatis, qui Eccleſiæ ſuæ integrum continuum, & laudabile ſervitium per quadraginta, & ultra annos præſtiterint, nulla habita ratione provectæ, vel decrepitæ ætatis, aut habitualis, quo forte laborent, morbi, uti teſtantur *Monacell. formular. legal. for, Eccl. par. 1. tit. 2. num. 13. & ſarg na de jurep. part. 5. can. 7. caſſ. 2. num. 4. & ſeqq.* & conſtat e reſolutionibus editis in *Averſana* 20. *Martii* 1700., *in Tranen Jubilationis* 13. *Januarii* 1702. *in Ripana Jubilationis* 29. *Novembris* 1710. *& in Romana Jubilationis* 6. *Auguſti* 1712., & noviſſime *in Conſtantien. Jubilationis* 20. *Maii* 1737. Quocirc ponderandum unice ſupereſt, num ab ea praxi præſtet, liceatqu in hypotheſi recedere ob annuas quinquaginta Miſſas, quas Ortor loco inſerviendi Choro offert impoſterum celebrare.

Quod vero ſpectat ad alterum dubium, cujus diſputationis occaſi oritur, ex quo Joſeph Maria Capponi contendit ſe, & futuro Poſſeſſores Cappellaniæ a Canonico Joſepho Antolini fundat non teneri onus Hebdomadarii ſubire, Miſſas canere, & alia quæ a Cappellanis Hebdomadariis peraguntur, explere, perpen denda ſunt Teſtatoris verba ibi „ In oltre voglio, che d. Cappellano pro tempore ſia obbligato di officiare, ed aſſiſtere al divini officj in Coro nella Chieſa Matrice di S. Maria nella m Patria nell'iſteſſa forma, e cogli ſteſſi peſi, ed obblighi deg altri Sacerdoti ne' medeſimi divini officj &c. „ Hinc enim con icere oportet, voluerit ne Teſtator Cappellanum ſuum Cho dumtaxat ſervitio gravere, vel potius adreliqua etiam controve ſa onera obſtringere.

Juſſus Epiſcopus EE. PP. ſuper Oratoris precibus inſtructos redde re, ſuique animi ſententiam, auditis cæteris Cappellanis, ape rire, reſcripſit, cæteros Cappellanos petito jubilationis Indul

contra

contradicere, eo quod Orator ab anno 1720. ſolum divinis officiis, & Choro interfuerit, nunquam Hebdomadarii onus ſupportaverit, minuſque Miſſas per turnum cecinerit, quodque Chori ſervitium nimium imminui contingeret, ſi petita jubilatio concederetur; relatis vero Cappellanorum rationibus, ita concludit: „ Verum cum auctoritatis veſtræ ſit, quidquid ſatius, „ opportuniuſque ad rem cenſuerint, decernere, animique ſi„ mul mei ſententiam a me aperiendam, præcipiant, hoc de„ miſſe quidem duco exponendum, videlicet, Oratoris jubi„ lationem haud omnino piæ menti diſponentis opponi, cum, „ caſu, quo illam ſibi obtinere donetur, ad celebrandas quinqua„ ginta alias Miſſat in futurũ ſe obliget, ad quod tunc tantũmodo „ ipſius met lege Diſponentis adſtringitur, quando ſcilicet, ſive „ per diſſolutionem, ſive alia quacumque de cauſa, deficiente „ Cappellanorum Congregatione eorumdem Eccleſiæ ſervitio, „ præſertim circa Sacram in Choro pſalmodiam, deſtituti omni„ no contingeret. Inſuper, & ingraveſcentem ætatem, nec „ non imbecillitatem in videndo, quibus indulgeatur ſibi faci„ lius, Orator, exponit, quæ clementer ſimul, ac proin„ de ad ſibi annuendum, prout æqua, ac juſta petenti ani„ mum Concedentis inclinent. Hiſce igitur obſequenter præmiſ„ ſis, ſubjiciendum quoque humiliter cenſeo, videlicet, quod „ dum EE.VV. benignitas, & ſupplicanti, & Confacerdotibus „ pariter, ejus etſi jubilationi non conſentientibus, quamvis in„ vicem petere videantur oppoſita, clementer tamen velit an„ nuere, Oratori, exorata dignatione indulgeri ita poterit, ju„ bendo videlicet, ut quæ illum jam pene ſeptuagenarium, vi„ ſuſque imbecillem, magis onerare noſcuntur, per eum di„ miſſis, reliqua tamen faciliora impleantur, qua profecto pro„ videntia, & ſupplicanti, & ipſis licet abſentibus ſociis, & Ec„ cleſiæ quoque ſervitio erit conſultum.

Deliberandum itaque eſt.

I *An ſit locus indulto jubilationis a ſervitio Chori, & permutationis ejuſdem cum onere Miſſarum favore Equitis Joſephi Mariæ Capponi.*

II. *An Poſſeſſores Cappellaniæ inſtitutæ a Canonico Joſepho Antolini teneantur ſubire onera hebdomadariorum, canere Miſſas, cæteraque alia facere ad inſtar aliorum Cappellanorum Hebdomadariorum in caſu &c.*

Ad I. negative in omnibus. Ad II. affirmative, & amplius.

BISACCIARUM IRREGULARITATIS. Sacerdos Franciſcus Paveſi in Epiſcopali Curia inquiſitus ex delatione Brigittæ affirmantis, Marinum Golia virum ſuum fuiſſe ſub diem 17. Junii 1736. in loco nuncupato *le Camerelle* ab eodem Franciſco ſclopi ictu interfectum, cum poſthac die 14. Septembris 1737. prævia ſolutione ducatorum triginta ſuper tercentum per viam tranſactionis cum Fiſco initæ Seminario Biſacciarum facta, ob- *Seſſ. 24. c. 12. de refor.*

tinuiſſet reſcriptum hiſce verbis conceptum,, Viſo ſupplici libel-
„ lo, ac attentis in eo narratis, factoque verbo cum Illuſtriſſimo
„ Domino, ac de ejus oraculo per Reverendiſſimum Vicarium Ge-
„ neralem fuit proviſum, & decretum, quod Orator, Excarce-
„ retur, & amplius non moleſtetur pro cauſa in prædicto libel-
„ lo enunciata, aliiſque prout ex Actis, prout excarcerari, &
„ non moleſtari, mandatur. Verum ad tollenda ſcandala, &
„ ad cautelam idem Orator pro foro externo procuret diſpenſa-
„ tionem ſuper irregularitate per eundem forſan incurſa, & in-
„ terim ſe abſtineat a celebratione Miſſæ donec&c. Sacrum hunc deinde adiit Senatum a quo flagitavit, enunciatam diſpenſationem ſibi ad cautelam impertiri.

At ejus petitione inter ſupplices libellos ſemel, iterumque relata, totidemque rejecta vicibus, e re ſua putavit ille contendere, ut Cauſa deſcriberetur in folio, cumque ipſius votis factum fuerit ſatis ſub diem 11. Aprilis 1739. qua duo inferius deſcribenda dubia fuere propoſita, EE. PP., illorum reſolutione dilata, juſſerunt reſcribi Epiſcopo, ut Acta in Epiſcopali Curia contra Oratorem compilata ad Sacram Congregationem tranſmitteret, eamdemque inſtructam redderet ſuper veritate eorum, quæ recentius ab eodem Oratore expoſita fuerant de Carmine Freda, qui veluti reus enunciati Homicidii aſſerebatur in pœnam recluſionis quinquennalis in quodam Præſidio a Laicali Luceriæ Curia condemnatus, utque præterea curaret inveſtigare, num ex Actis ejuſdem Curiæ Laicalis hauriatur, Oratorem fuiſſe aliqua ratione dicti homicidi participem.

Ad literas itaque opportune datas tranſmittens Epiſcopus Proceſſum adverſus Oratorem in Curia ſua confectum reſpondet: *Verum quidem eſſe de patrato homicidio in Perſonam Marini Golia Carminum Freda ad præſidium clauſum ad quinquennium fuiſſe per Curiam laicalem condemnatum*: ex diligentiis autem, quas ipſe comiſit viro cuidam probo, ac fideli, ut ſtuderet inveſtigare, num ex proceſſu contra præfatum Freda in Curia Laicali peracto Sacerdos Paveſe dicti Homicidii particeps conjiceretur, inquit ſe ab eodem viro, qui proceſſum iſtum ſedule perluſtravit, accepiſſe: *inter alios de affato homicidio rubricatos reperiri eumdem Sacerdotem per lit. N.N., ut in omnibus Curiis ſæcularibus, cum agatur de Perſona Eccleſiaſtica, fieri conſuevit*: Indicia vero ex dicto proceſſu eruta, quæ tam contra Carminum Freda, quam contra Sacerdotem Paveſe concurrunt, ſummatim expoſita patere in Epiſtola a prælaudato viro ſibi perſcripta, quam Originalem S. Congregationi remiſit, & cujus integer tenor fideliter refertur in Summario Oratoris num.6.

Perpenſa igitur vi indiciorum tam ex proceſſu contra Oratorem in Epiſcopali Curia, quam ex altero contra Carminum Freda fabricatis ſcatentium, reſumpto Folio in memorata Congregatione diei 11. Aprilis 1739. diſtributo, præ oculis habita priori Epiſcopi informatione ſub datum diei 29. Decembris 1739. cui proceſſus ipſe in ejus Curia confectus reſpondet, collatiſque novis

vis pro Oratore circumferendis juribus, quibus adeo enervari contendunt ut oppoſita indicia, ut ex iis tamquam omnino levibus, ac infirmis, vel nequeat de nullo ipſius in irregularitatem incurſu pronunciari, vel ſaltem pro ejus Diſpenſatione ad cautelam ſit reſcribendum, dignabuntur EE. PP. ſtatuere.

I. *An conſtet de irregularitate Sacerdotis Franciſci Paveſe*, & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo concedenda ſit diſpenſatio in caſu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. negative.

Die Sabb. 1. Julii. 1741.

CASSANEN. Contendentibus Fratribus Minoribus, quos vocant *de Obſervantia*, Cappellam S. Mariæ de Monte Carmelo erectam in eorum Eccleſia S. Mariæ de Miſericordia Civitatis Marateæ non poſſe ab Epiſcopo viſitari, tametſi ea ſit de Jurepatronatu honorifico hæredum Pomponii Jordani, ſed privativè ad Epiſcopum Viſitationi Superiorum Regularium ſubeſſe, inter cætera excitata Dubia diſcuſſum fuit VIII. ita conceptum -- *An prædicta Cappella viſitari debeat per Ordinarium, ſeu potius per Regulares* --, cui Sac. Congregatio die 28. Aprilis 1736. reſcripſit -- *Serventur Decreta* -- Cumque facta poſtmodum fuerit dictis Fratribus Minoribus poteſtas hanc impugnandi reſolutionem, propoſita iterũ Cauſa ſub diem 5. Septembris ejuſdem anni, Eminentiſſimi PP. ſteterunt -- *In deciſis*; & tandem ad inſtantiam Octavii de Rubeis hæredis dicti Pomponii explicatum fuit ſervanda eſſe Decreta in *Nucerina Paganorum* 26. *Junii* 1692. *in Comen.* 15. *Februarii* 1642., & *in Urbanien.* 22. *Septembris* 1690., quibus ſtatuitur, Epiſcopos poſſe Cappellas Confraternitatum in Eccleſiis Regularium erectas viſitare. *Sess. 25. c. 22. de ref.*

Adverſus hæc Reſcripta beneficium novæ audientiæ rurſus imploraruntque memorati Fratres, quippe qui advertentes ſermonem in enuciatis Decretis haberi tantum de Cappellis ad Confraternitates pertinentibus, propugnant, ea locum ſibi non vendicare in hypotheſi, qua agitur de Sacello, ſuper quo honorificum dumtaxat juſpatronatus competit Hæredibus Pomponii Jordani. Quoniam verò lite hac adhuc pendente quidam Presbyter ab Epiſcopo, vel ejus Vicario Generali deputatus dictam Cappellam viſitavit, actum iſtum expletæ viſitationis veluti attentate geſtum cauſantes ſæpedicti Fratres, ultra primum Dubium concernens controverſum jus viſitandi memoratam Cap-

Cappellam, alia duo, quæ in Partium contradictorio fuerunt subscripta, quæque mox subiicientur, hodie decidi postulant.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis super octavo dubio*, & quatenus negativè quoad primam partem, & affirmativè ad secundam?

II. *An constet de attentatis*, & quatenus affirmativè.

III. *An delenda sit è libro Sacræ Visitationis Visitatio facta in Cappella, de qua agitur in casu &c.*

Horum proponantur.

Sess. 22. c. 6. de ref. SALUTIARUM BENEFICII. Lucas Perettus die 29. Septembris 1733. simplex fundavit Beneficium sub invocatione Sanctissimi Rosarii in Parochiali Ecclesia loci vulgò nuncupati *Isolabella*, & ad illud nominavit Josephum Mariam Brozza, ut ad ejus titulum Clericali posset nomen dare militiæ; novissimè verò idem Lucas, cum exigere nequiverit annuam pensionem sibi ab Emmanuele Brozza patre dicti Josephi Mariæ eo animo assignatam, ut ad fundationem dicti Beneficii eumdem Lucam alliceret, postulavit ab Eminentissimis PP. declarari, præmissam Beneficii erectionem ob simoniæ vitium non sustineri, proindeque sibi licere, variatis conditionibus in anteacta Beneficii fundatione adiectis ad novam ejus erectionem procedere; Dubio autem consentaneè ad ejus preces proposito -- *An liceat Fundatori procedere ad novam erectionem Beneficii, variatis conditionibus, & cum facultate liberè disponendi de bonis in augmentum dotationis assignatis in casu &c.* -- die 20. Septembris superioris anni rescriptum fuit -- *Negativè*.

Acquievit huic resolutioni memoratus Lucas Perettus, qui novam hodie promovet petitionem. Scilicet exponens prædictum Clericum Josephum Brozza conscium fuisse, atque participem simoniæ ab Emmanuele ejus Patre commissæ, subindeque suo etiam sociatum Fratre eumdem Lucam in publica via fuisse aggressum animo ipsum interficiendi, quod utique expleviset, nisi homicidium attentanti feliciter obstitissent Viatores, sibi postulat indulgeri, ut in locum memorati Josephi ob litem prædictam controversi Beneficii institutionem nondum assecuti alium possit Clericum, seu Presbyterum sibi beneviſum ad idem Beneficium præsentare.

Duplici nititur fundamento Oratoris instantia, altero, quod nominatio, vel præsentatio, sive ab ipsomet Fundatore, sive à legitimo Patrono expleta sub pactione, lege, aut conditione simoniaca ita á SS. Canonibus improbetur, ut nullum jus Clerico præsentato, præsertim si is fuerit Simoniæ conscius, ex ea quæratur, juxta textum expressum *in cap. Tua nos. num. 16., & seq. de Simon. Reiffenstuel. in Jus Can. lib. 5. tit. 3. 5. 11. num. 64.*; altero autem, quod, si Clericus ad Beneficium præsentatus, & nondum in eo institutus vitæ Fundatoris, aut patroni, qui eum præsentavit, fuerit insidiatus, aut alia id genus signa ingrati animi in patronum præbuerit, indignus præsentatione reddatur, itaut alius possit a Patrono præsentari, ut colligi videtur *ex cap. In quibusdam de Pœnis*,

Pœnis, & ibi *Abb. num.* 1. & *seq. Joann. Andr. num.* 1., & *seqq. Boich. num.* 4. *Piringh. in Jus Can. lib.* 5. *tit.* 37. §. 6. *num.* 26. & *seqq.*

Placeat igitur EE. VV. in contumaciam Clerici Brozza nihil ad juris qualiscumque sui tuitionem deducere satagentis pronunciare.

An preces Lucæ Peretti sint exaudiendæ in casu &c.

Ad Episcopum prout de jure.

ROMANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, Claudius Vodrè in Testamento sub annum 1715. condito fiduciarium hæredem scripsit cl. me. Cardinalem Nuptium tunc a Secretis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ; inter cætera verò, quæ illius fidei commisit, sex perpetuas Cappellanias fundari præcepit, unam scilicet in Ecclesia Monialium S. Egidii, & quinque in Ecclesia S. Aloysii Nationis Gallicanæ, constituta earum singulis dote annui reditus scut. 72. factaque earumdem Ecclesiarum Rectoribus potestate adimplendi per quemcumque Sacerdotem, & manualiter, ut ajunt, onus Missæ quotidianæ cuique ex Cappellaniis adnexum, competenti præstita eleemosyna. *Sess. 22. c. 6. de ref.*

Secuto Testatoris obitu, Hæres fiduciarius in executionem recensitæ dispositionis curavit memoratas sex Cappellanias fundari; subinde vero ejusdem Testatoris voluntatem fidei suæ commissam aperiens, scuta quadringenta Sacerdoti Francisco de Benedictis Religioso Societatis Jesu persolvit in eum finem, ut ex illis tria Loca Montium emerentur, quibus tres puellæ familiæ de Benedictis Testatori sanguine conjunctæ commodius, vel in Domino, vel in sæculo nuberent, & demum omnibus persolutis legatis, reliqua Bona hæreditaria in Locis Montium 34. consistentia Sacerdotibus Congregationis Missionis de Urbe cum annuo Missæ solemnis, aliarumque decem non solemnium onere tradidit.

Novissimè verò Sacerdos Joannes Franciscus, & Cajetanus prædictarum trium Puellarum de Benedictis germani fratres, proindeque eodem consanguinitatis gradu memorato Claudio Vodrè Testatori conjuncti, exponentes, se in summa rei familiaris angustia versari, adeout de tenui eleemosyna, quam Sacerdos Joannes Franciscus pro incruento Missæ sacrificio dietim percepit, nedum ipse, verum etiam Cajetanus Frater ægra iamdiu pressus valetudine, itidemque Isabella Soror altera ex dictis tribus Puellis hodie vidua miserrimam debeant sustentare vitam, supplicarunt Sanctissimo Domino nostro, ut, suspensa celebratione Missarum, quæ quatuor ex dictis sex Cappellaniis annexæ sunt, annui earumdem Cappellaniarum reditus, sibi, donec vixerint, applicentur. Cum autem Sanctitas Sua istorum preces Sacræ huic Congregationi remiserit, rogatus fuit Eminentissimus Urbis

qua premitur Familia de Benedictis; advertit primum, Oratores nihil sibi Justitiæ nomine debitum asserere posse, cum neque a Testatore descendant, neque sint dictarum Cappellaniarum Patroni; aliquam vero præsumptæ voluntatis ejusdem Testatoris conjecturâ ipsorum precibus suffragari authumat desumptam ex facto Hæredis fiduciarii, qui scuta 400. in commodum dictarum trium Puellarum persolvit, deindeque in hæc verba se explicat-

„ Instantia hæc affinitatem aliquam habere videtur cum altera jam „ proposita sub diebus 20. Martii, & 25. Septembris in Causa Nea„ politana, seu Consentina commutationis voluntatis, in qua Sa„ cra ista Congregatio, perpensis rerum, & personarum circum„ stantiis, non dubitavit consulere Sanctissimo pro aliqua commu„ tatione voluntatis Testatoris in gratiam Oratricium eidem Te„ statori (in gradu quidem proximiori) conjunctarum. Proinde, „ si etiam in casu placuerit EE. VV. aliqua saltem in parte annuere „ votis supplicantis, gratia hæc non extranea prorsus erit a verisi„ mili mente Testatoris.

Hisce acceptis visum est nihil ea in re fore statuendum, nisi auditis Rectoribus Ecclesiarum, in quibus Testator jussit erigi enunciatas Cappellanias; Cum itaque Rectores præfati opportunis fuerint citationibus moniti, reliquum modo est, ut Eminentissimi PP., inspectis juribus circumferendis dignentur respondere.

An sit locus commutationi voluntatis in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 23. c. 8. de ref.

TARRACONEN. ORDINATIONIS. — In relatione Status Ecclesiæ, quam Archiepiscopus Tarraconensis ad præscriptum Constitutionis S. Mem. Sixti V. huic Sacræ Congregationi obtulit; inter cetera, quibus exactissimam sedulæ Pastoralis suæ villicationis rationem reddit, hæc habet.

„ Cum frequenter â Sua Sanctitate Coadjutoriæ Canonicatuum, „ vel Dignitatum cum futura successione fiant cum congrua ab „ ipso Coadiuto futuro Coadiutori adsignata, & bluries etiam in „ Patrimonialibus ipsorum Coadjutorum, vel Parentum suorum „ Congruæ supplemento talibus Coadiutoribus fulcitis. Evenit, ut „ pro Ordinibus suscipiendis, ii, qui nec originis, neque ratione „ domicilii subjiciuntur, Ordinarium, in cujus Ecclesia sunt dicti „ Canonicatus, sive Dignitatis erectæ Præbendæ, pro suscipiendis „ Ordinibus adeunt: & ab eis ad Sacros Ordines evehuntur, illa „ procul dubio bona fide inducti, subjectionis, seu competentis juriſdictionis sibi creditæ ex Coadiutoris officio in suis Ecclesiis „ obtento, tanquam titulo congrui Beneficii, id eis licere inad„ vertenter existimantes; Sic per aliquos ex Prædecessoribus meis „ in casibus practicatum fuisse, ex eorumdem collatorum Ordinum „ registris intellexi, & ab aliis Ordinariis moderne fuisse simili motivo inductis observatum, pariter deprehendi.

„ Occurrente Mihi simili recursu pro suscipiendis Ordinibus cum „ præfato Coadjutoris titulo cujusdam Dignitatis Cathedralis

„ meæ

„ meæ Eccleſiæ cum Patrimonii congrua a propriis Parentibus
„ Coadiutori aſſignata, cum talis nec originis, neque Domicilii
„ ratione juriſdictioni meæ ſubeſſet: illum ad ſuum certum ori-
„ ginis Ordinarium remiſi, pro certo reputans ſubditum meum
„ quoad Ordines ſuſcipiendos non eſſe; Cum Coadiutoria non ſit
„ proprie Beneficium ad hoc ut ex S. C. Tridentini, Bullarum-
„ que *Speculatores*, *ac Apoſtolici Miniſterii* diſpoſitionibus ad
„ dēſideratam Ordinationem admittere valerem.
„ Quapropter in re adeo gravi ſecurius, ac ſuperius judicium EE.
„ VV. humiliter obſecro; An cum ſimilibus Coadiutoriis in
„ utroque caſu aſſignatæ congruæ per Principalem Coadiutum
„ ex fructibus, ſeu reditibus Præbendæ, vel aliàs ex propriis Coa-
„ diutoris, vel alterius Patrimonialibus Bonis; cum talis Coa-
„ diutor aliunde ratione originis, vel domicilii Subditus non ſit,
„ ab Ordinario, in cujus Eccleſia titulus Præbendæ Coadiutoriæ
„ exiſtit, poſſit ad quoslibet Ordines ſivè minores, ſive majo-
„ res promoveri? & quatenus pro negativa cenſuerint EE. VV.,
„ congruum foret, ut EE. VV. pro ſuo zelo, quo pollent, ſu-
„ per præmiſſo, quod ſibi opportunius videretur, providere di-
„ gnarentur.

Ad hanc itaque ſoliciti Præſulis poſtulationem, quum Sacræ hujus Congregationis nomine reſcribi oporteat, ut conſultiſſimum de more tanti Senatus prodeat reſponſum, videtur potiſſime diſpiciendum, an obtinens Coadiutoriam Canonicatus, vel Dignitatis cum futura ſucceſſione in aliena Diœceſi Epiſcopo iſtius Diæceſis ſubditus ad effectum ordinationis cenſeri debeat, ſive titulo ejuſdem Coadiutoriæ, ſive ratione congruæ portionis, aut penſionis ſibi ex reditibus ejuſdem Beneficii a Coadiuto aſſignatæ, ſive demum jure domicilii, quod ex aſſecutione perpetuæ Coadiutoriæ fixum, atque perpetuum dicendus ſit Coadiutor ſtatim in ea Diæceſi contraxiſſe.

Sane quod attinet ad effectum, quem ſolus Coadiutoriæ titulus queat producere, duo occurrunt adnotanda; alterum, quod ratione ſolius Beneficii Eccleſiaſtici nemo hodie fit Epiſcopo ſubditus, ut ab eo poſſit Ordines ſuſcipere, niſi ejuſdem Beneficii reditus ad congruam ejus ſuſtentationem ſufficiant, & Beneficium ipſum ab Ordinando pacifice poſſideatur, ut reſtringendo in hac parte diſpoſitionem juris communis *in cap. cum nullus de temporibus ordinat. in 6.* ſtatuit famigerata Conſtitutio S. M. Innocentii XII. incipien. *Speculatores* §. *Licet vero Clericus*.

Alterum eſt, quod Coadiutoria etiam cum futura ſucceſſione, nullum Coadiutori jus ſuper ipſo Beneficio, ſed ejus duntaxat, quod vocant *ad rem* tribuit, *Hoſtien. in Cap. de Rectoribus Verb. Animarum de Cleric. Ægrot. ibique Joan. Andr. verb. Curam habent. Card. n. 1., Anan. num. 2. Ancharan. a. 3. Panormit. num.*

§.9. *num.*40. *&* 64. *Barbos. ad Concil. cap.*8. *Seff.*25. *num.*7. *& seqq.*, atque inde sequatur,ut possessio Coadiutoriæ vivente Coadiuto capta, veluti vero Beneficii titulo destituta, minime suffragetur Coadiutori post obitum Coadiuti, sed novam ille debeat Beneficii possessionem obtinere, *Barbos. de Canonic. & Dignit. Cap.*29. *num.*18.,*& cum aliis Lotter. de re Benef. lib.*2. *q.*25. *n.* 32. *&* fictus Canonicus, seu Beneficiarius in jure nuncupetur, *Gonzal. ad reg* 8. *Cancell.*, *gloss.*5. *num.*170. *Monet. de opt. can. quæst.*8. *num.*143. *Saravia de jurisdict. Adjunct. q.*29. *n.*33. *Bos. de Canonic. & Dignit. cap.*29. *n.*6.

Et quamvis Coadiutor ex concessione Coadiutoriæ cum futura successione spem certam, & fundatam habeat succedendi in Beneficium, hæc tamen spes nullum tribuit titulum, quo Coadiutor dici possit Episcopo subditus ad propositum ordinationis effectum, quum ex laudata Constitutione *Speculatores* satis hunc in finem non sit spes certa, & jus ad Beneficium, sed requiratur actualis illius affecutio, & pacifica possessio, uti ad rem ratiocinatur *Joseph. Morenus in Commentar, ad cit. Bullam Speculatores de tit. Benef. quæst.*1. *Dub.*10. *n.*77. *& seqq.*, ubi sic habet:

„ Sed quidquid sit de probabilitate horum Auctorum respectu
„ proprii Episcopi tanquam certum dicendum, quod Episcopus
„ alienus titulo sufficientiæ alienum subditum promovere mini-
„ me potest: ea enim sufficientia qualiscumque sit, ac quantun-
„ cunque obtentionem Beneficii in ea Diœcesi citissime fundet,
„ ipsa tamen Beneficium non est, sed ad summum in spe,at solo
„ Beneficio in re obtento, pacificèque possesso subjicitur quis
„ alieno Episcopo ad effectum Ordinum, ut constat ex præsenti
„ Constitutione, ergo cum dicta sufficientia Beneficium non sit,
„ titulum, ut quis ab alieno Episcopo promoveri possit, funda-
„ re non valet. Confirmatur I. Nequit dicta sufficientia fundare
„ majorem certitudinem ad obtinendum Beneficium, quam
„ fundaret, qui ea expresse lege vocatus est ad Beneficium,ut im-
„ mediate, post quam initiatus fuerit, Beneficium statim con-
„ feratur: at, non obstante hac certitudine,ae præcisitudine,ne-
„ quit Episcopus alienum Subditum initiare, ut constat ex ver-
„ bis præsentis Constitutionis supra num.1. relatis;ergo nec po-
„ terit titulo sufficientiæ, quæ minorem certitudinem fundat ad
„ Ordines promovere. Confirmatur. II. Exemplo dispensationis;
„ ut enim docent communiter DD.; non licet contra Legem
„ agere spe dispensationis certissime obtinendæ; ideoque nemini
„ licere Lacticinia edere spe, quod statim Bullam obtinebit,sed
„ necessarium esse, quod antecedenter Bullam obtineat, & ac-
„ ceptet: Similiter ergo in nostro casu dicendum, quod, ut quis
„ ad Ordines promoveatur, non sufficit spes Beneficii quantum-
„ cumque certissima, præsens enim Constitutio Beneficium ob-
„ tentum, pacificeque possessum exoptat, quodque prædicta
„ sufficientia non habet locum, quia licet Beneficium tanquam
„ in flore promittat, ipsa tamen Beneficium non est.

Succedit jam vero altera inſpectio, num ſcilicet Coadiutor, ſi non ex vi ſolius Coadiutoriæ, ratione ſaltem penſionis, aut congruæ portionis, quæ ipſi a Coadiuto aſſignetur ex ejuſdem Beneficii reditibus, efficiatur ſubditus Epiſcopo, in cujus Diæceſi Coadiutoriam obtinet. Porro ſi annua tantum penſio, vel congrua aſſignatorum redituum portio ſpectatur, cum iſta Beneficium Eccleſiaſticum non ſit, neque Beneficii Eccleſiaſtici appellatione comprehendatur ad tradita per *Ricc. in prax. 1. de Sacr. Ord. reſolut. 273. & Monacell. in Formulario for. eccl. part. 1. tit. 3. formul. 17. num. 1., & 2.* nullum de jure communi, multoque minus ex allegata Conſtitutione *Speculatores* ſufficientem præberet titulum, quo quis poſſet Ordines ab Epiſcopo, in cujus Diæceſi penſio, ſeu portio iſta ſibi fuerit aſſignata, recipere, uti per *text. in cap. Quamvis il primo de Præben. in 6., & in cap. ad audientiam de Præſcript.* late tradunt *Ricc. in prax. rer. Eccl. par. 1. de Sacram. Ord. cit. reſolut. 73.*

At dum agitur de Penſione aſſignata ex reditibus ipſius Beneficii, ad quod Coadiutor radicatum jus habet in ſucceſſione ſibi certo obventura poſt obitum Coadiuti, ſimultaneus iſte concurſus duplicis tituli, certæ nimirum ſpei ſuccedendi ad Beneficium, & præſentis perceptionis alicujus ratæ fructuum ejuſdem Beneficii caſum, ut dici ſolet, ita mixtum conſtituit, ut merito diſputetur, an regulæ hactenus expenſæ illum comprehendant, quum neque juri communi, neque præſcriptis a Tridentino, neque demum diſpoſitis in Bulla *Speculatores* videatur adverſari, quod id genus Coadiutores ad effectum Ordinationis ſubditi reputentur Epiſcopo, in cujus Diæceſi ſitum eſt Beneficium.

Verumtamen quia Archiepiſcopus in ſua mox expoſita relatione quæſtionem proponit non tantum de Coadiutore congruam recipiente portionem ex reditibus Beneficii, ad quod futuræ ſucceſſionis ipſe jus habeat, verum etiam de illo, cui congrua prædicta ſive ex propriis ejuſdem Coadiutoris, ſive ex alterius patrimonialibus bonis aſſignetur, idcirco non concurrente in iſto poſteriori caſu duplici illo titulo, certæ nimirum ſpei obtinendi Præbendam Beneficii, cui inſervit, & præſentis participationis fructuum ejuſdem Præbendæ, diſcutiendum ſupereſt, num ſaltem Coadiutor in propoſitum finem ſuſcipiendi Ordines ſubditus evadat Epiſcopo, in cujus Diæceſi Coadiutoriam obtinuit, *jure Domicilii*, quod ibidem ex ipſa Coadiutoriæ aſſecutione, ac poſſeſſione ſtatim contraxerit.

Sane domicilium conſtitui ex habitatione in aliquo loco, & ex animo ibi perpetuo commorandi, expreſſe decernitur *in l. aſſumptio ff. ad municip., & in l. Filios Cod. de municip. lib. 10.*, adeoque receptum communiter eſt apud Canoniſtas, quod is, qui Beneficium reſidentiale, aut Coadiutoriam ſuper eo in aliena Diæceſi

At in finem recipiendi Ordines cum qualiſcumque ſubjectio non ſufficiat, & ea, quæ promanat ex Domicilio, quibus debeat fulciri circumſtantiis, declaretur in ſæpedicta Bulla *Speculatores* - hiſce verbis -- Subditus autem ratione domicilii ad effectum „ ſuſcipiendi Ordines, is dumtaxat cenſeatur, qui licet alibi na- „ tus fuerit, illud tamen adeo ſtabiliter conſtituerit in aliquo „ loco, ut vel per decennium ſaltem in eo habitando, vel ma- „ jorem rerum, ac bonorum ſuorum partem cum inſtructis Ædi- „ bus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſuper per ali- „ quod conſiderabile tempus commorando ſatis ſuperque ſuum „ perpetuo ibidem permanendi animum demonſtraverit, & ni- „ hilominus ulterius utroque caſu ſe vere, & realiter animum „ hujuſmodi habere jure jurando affirmaverit „ Hinc ponderare oportet, num ad tramites hujus Conſtitutionis ex ſola aſſecutione Coadiutoriæ Beneficii reſidentialis quis aliàs exterus ita dicatur ſtatim ratione Domicilii effectus ſubditus Epiſcopo, in cujus Diæceſi ſitum eſt Beneficium, ut ab eo veluti a proprio Epiſcopo poſſit ad Ordines promoveri.

De quæſtione huic plurimum affini actum jampridem fuit in Cauſa *Elboren.*, in qua poſtulante Epiſcopo Patarenſi Suffraganeo, ſeu Auxiliatore Epiſcopatus Elborenſis declarari, an ſatisfactum dici poſſet Bullæ *Speculatores*, ubi quis haberet Coadiutoriam Canonicatus cum futura ſucceſſione, & cum aſſignatione congruæ ex reditibus ipſius Beneficii percipiendæ, donec per obitum Coadiuti omnimodam ejus poſſeſſionem acquirat, bina hæc Dubia propoſita fuere I. *An Coadiutor cujuſdam Canonicatus cum futura ſucceſſione, & aſſigna congrua aliàs exterus, eo ipſo dici poſſit ſubjectus Capitulo Elborenſi ad effectum ſuſcipiendi Ordines abſque alia dimiſſoria Epiſcopi ſuæ originis ad tramites Bullæ* Speculatores §. *Licet vero* -- II. *An ſupradicta Coadiutoria ſufficiat ſaltem, ut talis Coadiutor dicatur habere Domicilium requiſitum a Conſtitutione S. M. Innocentii XII. incipien- Speculatures* §. *Subditus ad effectum ſuſcipiendi ordines ex eo, quod ex poſſeſſione talis Coadiutoriæ perpetuæ videatur ſufficienter demonſtratus animus perpetuo permanendi* --, Sacra vero Congregatio ſub diem 23. Auguſti 1721. reſcripſit -- *Ad* I. *Affirmativè* -- *Ad* II. *Satis proviſum in primo* --, ut in *lib*, 71. *Decr. pag.* 1.

Quoniam vero ex hujuſmodi reſolutione non plene fit ſatis dubitationi Archiepiſcopi Tarraconenſis afflagitantis, uti jam ſuperius adnotatum eſt, ſibi reſponderi, num ejuſmodi Coadiutores tam in caſu, quo congrua ſibi per Coadiutum ex fructibus, ſeu reditibus Præbendæ aſſignetur, quam in altero, quo iidem Coadiutores congruam ſufficientem ſive ex propriis, ſive ex alterius Patrimonialibus bonis ſibi aſſignatam percipiant, abſque literis dimiſſorialibus Epiſcopi ſuæ originis, vel Domicilii, ab Epiſcopo, in cujus Diæceſi ſitum eſt Beneficium iſtud reſidentiale, licite promoveri poſſint, idcirco rogantur Eminentiſſimi PP. ſapientiſſimo, quo ſolent, oraculo pronunciare.

An

An Conditores alicujus Dignitatis, vel Canonicatus cum futura ſucceſſione, tam in caſu, quo ipſis congrua portio, aut penſio per Coadiutum aſſignetur ex fructibus Præbendæ ejuſdem Dignitatis, vel Canonicatus, quam in caſu, quo congruam portionem ſibi aſſignatam habeant ex propriis, vel alterius patrimonialibus bonis, donec per obitum Coadiuti fiat locus eorum ſucceſſioni ad dictam Dignitatem, ſeu Canonicatum, licite poſſint ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi ſunt tituli ejuſmodi Beneficiorum reſidentialium, ſine literis dimiſſorialibus Epiſcopi ſuæ originis, vel præcedentis Domicilii, ad ordines promoveri.

FULGINATEN. JURISDICTIONIS -- Sub annum 1733. a Miniſtro Provinciali Ordinis Minorum Obſervantiæ electus fuit Judex Conſervator ad quinquennium Conventus eorumdem Fratrum in Diœceſii Peruſiæ exiſtentis Canonicus Orpheus Goga, qui deinceps anno ſcilicet 1735. in ſui muneris confirmationem a Succeſſore dicti Provincialis Miniſtri Literas patentales obtinuit hiſce præ ceteris conceptas verbis -- Volumus autem Do- „ minationem veſtram præ oculis habere Declarationem Sacræ „ Congregationis Concilii Tridentini relatam in *Bullar. Che- „ rubin. To.3. pag.*289.poſt Conſtit. Gregorii XV.incipien; *San- „ ctiſſimus*, quæ declaratio edita fuit pro Conſervatoribus ſuper „ obſervantia formæ præſcriptæ in Conſtitutionibus Innocentii „ IV. & Bonifacii VIII. relat. in Cap, 1., & final, de Offic. dele- „ gat. in 6. Quibus nos inhærendo facultatem impertimur, ut „ ſuper notoriis injuriis contra reos omnes in dicta Diœceſi Pe- „ ruſina procedat, vel per ſe ipſum, vel per alium a ſe ſubdele- „ gandum, & ad ſuum Judicjum citet, & retrahat alios exiſten- „ tes in aliis Diœceſibus non diſtantes à fine dictæ Diœceſis Peru- „ ſinæ ultra unam Dietam. *Seſſ.24.c.4. de ref.*

Ut autem ejuſmodi Literæ firmiori donarentur præſidio, curavit ſub menſem Septembris ejuſdem anni 1735. dictus Canonicus Goga Apoſtolicum deſuper expediri Breve, quo Summus Pontifex in hæc verba ſe explicat -- Deputationem de tui perſona in „ Judicem Conſervatorem Ordinis prædicti a memorato Miniſtro „ Provinciali cum facultate ſubſtituendi factam, expeditaſque de- „ ſuper patentes literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis „ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & ap- „ probamus &c. Decernens eaſdem literas Patentes ſemper firmas „ validas, & efficaces exiſtere &c. non obſtantibus Conſtitutioni- „ bus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, Provinciæ, & Ordinis „ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis fir- „ mitate roboratis Statutis, & conſuetudinibus &c, quibus omni- „ bus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene expreſ- „ ſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes &c. ad præmiſſo- „ rum effectum expreſſe derogamus.

Hiſce Litteris, & Apoſtolico Brevi fretus Canonicus Goga non modo in Peruſina Diœceſi, verum etiam in aliis finitimis Diœceſibus

sibus jurisdictionem exercere se posse arbitratus. Vice Judices Conservatores in iis, & præsertim in Diæcesi Fulginatensi constituit. Quum autem novissime Fratres Ordinis Minorum in Conventu Oppidi Hispelli Spoletanæ Diæcesis commorantes quamdam Priori Santarellio uti Vice Judici Conservatori a præfato Canonico Goga subdelegato detulissent querelam adversus Mulierem *Piera* nuncupatam, ejusque Virum Sylvestrum Bruno loci S. Sebastiani Diæcesis Fulginatensis a prædicto Hispelli oppido vix quarta unius milliarii parte dissiti ob nonnullas iniurias ore tantum prolatas, quibus se a præfatis Conjugibus affectos esse asserebant, idem Prior Santarellius assumpto in Notarium Philippo Nelli Cancellario Gubernatoris ejusdem oppidi Hispellii curavit Processum confici, quin etiam dictos Conjuges mancipari carceribus, a quibus deinde nonnisi prævia solutione scutorum 4. 70. fuerunt ipsius jussu dimissi.

Hinc vero læsam putans Jurisdictionem suam Fulginatensis Episcopus, quippe qui contendit facultatem a Ministro Provinciali in memoratis patentibus literis sub annum 1735. expeditis Canonico Goga tributam jus dicendi etiam per unius Dietæ spatium extra Perusinam Diæcesim, in qua Conservator Judex fuit constitutus, irritam omnino esse, neque ullum posse firmitatis præsidium metiri ex enunciato Apostolico Brevi veluti subreptitie extorto ob nullam in precum expositione mentionem factam de potestate procedendi per unam Dietam extra Diæcesim, Sacrum hunc adiit Senatum, a quo nomine Promotoris Fiscalis ejusdem Episcopi jamdudum judiciario lacessitis tam Fratribus Minoribus dicti Conventus Hispelli, quam præfatis Canonico Goga, Priore Santarellio, & Cancellario Nelli, postulatur hodie decisio trium Dubiorum, quæ ad calcem præsentis Restrictus apponentur.

Bonifacius VIII. inter cetera, quæ *in Cap. Hac Constitutione* 15, *de Offic. & potest. Judic. delegat in* 6. de Regularium Conservatoribus, eorumque potestate sancivit, hæc ad præsentem controversiam potissime spectantia disposuit -- *Conservatores autem hujusmodi extra Civitates, seu Diæceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere, aut aliquos ultra unam Dietam a fine Diæcesis eorumdem trahere non præsumant* --, subinde vero Gregorius XIII. eisdem Conservatoribus concessit, ut ultra tres Dietas a Confinibus Diæcesis, in qua fuerint constituti, possent jus dicere; Sed tandem Gregorius XV. in Sua Constitutione incipiente *Sanctissimus la* 9. *in Bull. nov. Tom.* 3., ut plura averteret incommoda, quæ ex ampla hac Conservatorum facultate procedendi extra Diæcesim, in qua constituti essent, in dies oriebantur, eisdem Conservatoribus vetuit, ne *extra Civitates, seu Diæceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant*, ut habetur in §. 9. ejusdem Bullæ.

Cum itaque in vim postremæ hujus Constitutionis magis communiter receptum videatur, non posse a Regularibus Judicem Conservatorem deputari cum facultate jus dicendi ultra fines Diæcesis;

cesis, in qua is fuerit constitutus, etiam per unicam tantum dietam, adeout deputatio, atque facultas quæcumque contra hanc legem data nequeat sustineri, quemadmodum tradunt *Passerin. in cit. cap. hac Constitutione* 15. *de Offic.*, *& potest. Judic. delegat. in* 6. *tit.*8. *num.*161. *Pellizar. in Manual. Regular. tract.*8. *Cap.*8. *Sect.*2. *num.*43. *Barbos. in Collect. Apostolic. decis.verbo Conservator Donat. in prax. Rer. Regular. par.*2. *tract.*17. *de Conservat. part.*36. *Mattheuc. de Official. Cur. cap.*15. *n.*20. *& Monacell. in Formul. legal. For. Eccl. Tom.*4. *in Supplem. ad Tom.*1. *n.* 222., hinc ob ea, quæ fuerunt in facto superius exposita, orta est occasio disputandi.

I. *An facultas data Canonico Goga tamquam Judici Conservatori procedendi per unam Dietam ultra Confinia Diœcesis Perusiæ sustineatur in casu &c.*, & quatenus negative.

II. *An Breve confirmatorium deputationis comprehendat hujusmodi facultatem*, & quatenus negativè.

III. *An sit locus relaxationi Censurarum in casu &c.*

ROMANA VOCIS IN CAPITULO -- Plures ex Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin, qui Prima Tonsura, vel minoribus tantum ordinibus reperiuntur initiati, authumant, sibi jus esse interveniendi in Capitulo, suumque ferendi suffragium in singulis Capitularibus negotiis; Huic vero conatui qui aliàs in diversis Tribunalibus à Canonicis Antecessoribus in Minoribus ordinibus constitutis promotus fuit, obsistentes reliqui Canonici sive Presbyteri, sive aliquo ex sacris ordinibus jam insigniti, ut hisce contentionibus tandem finis imponatur, istius rei cognitionem curarunt Sacro huic Consessui delegari, a quo Dubii mox describendi Decisionem hodie implorant. *Sess.*24. *c.*12. *de ref.*

Vulgata est Canonici Juris sanctio *in Clement. Ut ii. de ætat. & qualitat.*, *& ord. præficendorum*, qua statuitur, ut nullus Cathedralis, sive Collegiatæ Ecclesiæ Canonicus vocem in Capitulo habeat, nisi saltem in Subdiaconatus ordine sit constitutus; Sanctionem hanc innovavit Tridentina Synodus *Sess.* 22. *cap.*4., & consonæ passim prodeunt declarationes ab hoc Sacro Senatu.

Hæc autem, quæ generatim quoad omnes, sive Cathedralis, sive Collegiatæ Ecclesiæ Canonicos procedunt, contra se putant non militare Canonici in minoribus tantum ordinibus constituti Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Cosmedin; Primo, quia Leo X. in Bulla erectionis hujus Collegiatæ statuit, Canonicatus omnes, excepto Archipresbyteratu, conferri posse etiam iis, qui sola prima Tonsura fuerint initiati, & ætatem annorum 15. attigerint: Inde enim inferunt, quod, si in vim mox relatæ Bullæ sibi liberum est Ordines Sacros suscipere, non debent per privationem vocis in Capitulo ad id indirecte compelli; Secundo, quia Congregatio particularis ad dirimendas plurimas controversias inter eosdem Canonicos vigentes deputata die 24. Maii 1702.,, ita rescripsit -- *Quo ad Capitula, & Processiones serventur constitutiones*

nes

nes cl. me. Card. Deti §. *Prosingulis &* §. *Quoties*, ubi de Canonicorum interventu in Capitulo sic statutum legitur „ Quoties „ negotio aliquo ad locum Capituli convenire teneantur omnes, „ & ut facilius veniant, solvantur singulis interessentibus in fine „ Capituli Julii duo &c. , & si contigerit in aliquo festo post Missam, vel Vesperas de aliquo negotio tractari debere, & per dictum Camerarium fuerit intimatum Canonicos non discessu„ ros, si aliquis discesserit, & non adfuerit dicto colloquio, amittat id, quod lucratus erit illa die, & inter præsentes dividatur .„ Ex his namque verbis veluti aptis comprehendere Canonicos omnes etiam in minoribus tantum ordinibus constitutos contendunt firmatam legem, ut ipsi quoque ad ferendum in capitularibus comitiis suffragium admitti debeant. Et tertio demum, quia in sententia ab eadem Congregatione particulari sub die 19. Septembris 1705. pronunciata, sub §.26. hæc habentur „ In singulis Capitulis tam ordinariis, quam extraordinariis dentur „ cuilibet interessenti Bononeni 20. absque jure accrescendi portionis non interessentis, & §-36. Electiones, & determinationes factas, & faciendas in Capitulo tam ordinario, omnibus „ tamen Capitulo extraordinario legitime intimatis tribus dumtaxat Canonicis in Capitulo interessentibus, & vocem in Capitulo habentibus fuisse, & esse validas, licet alter ex dictis tribus Canonicis dissentiat, vel votum dare recuset, talesque exactiones, & determinationes fore, & esse servandas .„ Nulla siquidem facta exceptione Canonicorum, qui simplices Clerici sint, putant isti, se in omnibus quoad negocia in Capitulo pertractanda reliquis Canonicis in Sacris ordinibus constitutis ab hac sententia exæquatos. Id autem eo magis admittendum esse propugnant, ob diuturnam consuetudinem, quam sibi favere asserunt, quamque inquiunt non nisi maxima cum rerum perturbatione posse immutari.

Contra vero Canonici sacris ordinibus insigniti præter memoratam *Clementinæ* dispositionem a Tridentinis Patribus innovatam plurimum insistunt resolutioni S. Congr. Visitationis Apostolicæ, quæ primum anno 1663., quum hæc eadem controversia fuisset „ excitata, decrevit „ Canonicos in sacris non constitutos non „ habere vocem in Capitulo etiamsi hoc sibi ab aliis fuerit con„ cessum„, & deinde ad novum examen resolutione hac revocata sub diem 3. Decembris ejusdem anni 1663. rescripsit „ Persistendum esse in decisis, ut scilicet in Sacro Subdiaconatus or„ dine non constituti vocem in Capitulo non habeant, etiamsi ab „ aliis fuerit libere concessum juxta Constitutionem Viennensis „ Concilii a Tridentino innovatam, quæ incipit *Ut ii* -- Ceterum „ hanc prohibitionem habere locum in voce activa dumtaxat, „ non autem in passiva „ multoque clarius idipsum putant definitum ab hac ipsa Sacra Congr., quum proposito Dubio -- *An prædicti Canonici minoribus Ordinibus tantum initiati, qui ex dispositione juris Canonici, & Sacri Concilii Tridentini vocem in capitulo non habent, saltem possint ipsi in Capitulo assistere, atque inte-*

intereſſe -- , die 8. Martii 1664. reſponſum fuit -- *Non poſſe*, ut in *lib. Decret. pag.* 53.

Rogatus Eminentiſſimus D. Cardinalis Alexander Albanus pervetuſtæ Eccleſiæ S. Mariæ in Coſmedin Diaconus de ſumma iſtius controverſiæ S. Congregationem inſtruere rationum momenta a Patribus collitigantibus coram ſe deducta in elaborata, luculentaque Relatione, quæ oculis Eminentiarum VV. ſubiicietur, diſertiſſime expoſuit; Oportet jamvero decidere.

An Canonici Clerici Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin intervenire poſſint in Capitulo, inibique habere vocem activam in caſu &c.

CAPUTAQUEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM. Sess. 144. de ref.

Quum Archipresbyter, & Clerus receptitiæ Eccleſiæ in Oppido Padulæ ſub invocatione S. Michaelis Archangeli erectæ noluerint anno 1738. ad conſortium ejuſdem Eccleſiæ admittere Sacerdotem Michaelem Mannia duplici ſub obtentu, altero nempe, quod is non fuerit juxta illius Eccleſiæ ſtatutum in memorato Oppido natus, & baptizatus, altero autem, quod eidem Eccleſiæ ſervitium ab omnibus Clericis ex præſcripto enunciati ſtatuti in ſingulis ordinibus exhibendum minime præſtiterit, id ſibi Sacerdos iſte ex invidia, ac injuria factum authumans, Sacrum hunc adiit Senatum, a quo modo poſtulat declarari controverſæ ſuæ admiſſioni locum eſſe.

Juſſus Epiſcopus hac de re Eminentiſſimos Patres inſtructos reddere poſt enunciatam in ſua relatione diſpoſitionem cujuſdam ſtatuti a Præſule Caraffa ipſius Prædeceſſore ſub annum 1653. approbati, & noviſſime anno nempe 1733. a ſe confirmationis robore communiti, quo cavetur, nullum Clericum admittendum fore ad licentiam petendam a dicto Clero, ut promoveri valeat ad titulum Eccleſiæ, niſi natus, & baptizatus fuerit in dicta Terra Padulæ, & niſi per aliquot annos tam in minoribus, quam in Sacris Ordinibus eidem receptitiæ Eccleſiæ S. Michaelis inſervierit, hæc circa ejuſdem ſtatuti obſervantiam ſubjungit „ Quod „ quidem recenſitum ſtatutum inconcuſſe, & exacte hactenus „ obſervatum ad preces Clerici in anno 1733. fuit a me confir„ matum, & adhuc viget inviolabiliter juxta antiquam obſer„ vantiam, de qua etiam plures Cleri, & Univerſitates finiti„ morum Oppidorum teſtantur, itaut, ſi caſus contingat, ali„ quem Civem Originarium dicti loci alibi accidentaliter na„ tum, & baptizatum fuiſſe, vel excluditur a ſervitio Eccleſiæ, „ & Ordinum promotione, vel admittitur ex gratia cum clau„ ſulis præſervativis hujuſmodi ſtatuti, prout nuper evenit cum „ Sacerdote originario D. Horatio de Amato obiter nato, & ba„ ptizato in Oppido Salæ, qui tandem poſt motam litem ab an„ no 1717. ad aggremiationem ex gratia fuit admiſſus, & ſuper „ præſervatione ſtatuti fuit confectum publicum Inſtrumentum, „ prout etiam ſi Acolytus, Diaconus, vel Subdiaconus natus, „ & baptizatus in præfata Terra defecerit a ſervitio in qualibet „ promotione Ordinis Sacri, juxta formam recenſiti Statuti, vel

„ licentiam aſcendendi ad dictos Ordines non obtinuerit a Cle-
„ ro, penitus excluditur a gremio ipſius, ſicuti ad præſens
„ quamplures ſunt excluſi, vel deinde admittuntur ex gratia
„ cum obligatione præſtandi quinquennale ſervitium, non im-
„ penſum in Ordinationibus, prout nuperrimi caſus evenerunt
„ in perſona hodierni Cantoris, & R. D. Joachim Florenzano
„ adhuc viventium.

Deinde vero rationum momenta, quibus Sacerdos Mannia civi-
cam ſuam, & originariam Terræ Padulæ qualitatem demon-
ſtrare nititur, hiſce verbis perſtringens -- „ E converſo pro par-
„ te Sacerdotis Michiaelis Mannia Oratoris evincitur etiam ex
„ publicis ſcripturis, eamdem qualitatem Civicam originariam
„ Terræ Padulæ habere, cujus Avus Joſeph Mannia Terræ San-
„ cti Cypriani ex cauſa Matrimonii initi in Padula, ibique con-
„ trahendo domicilium ex quamplurimis Filiis procreatis ge-
„ nuit Antonium Mannia Patrem Oratoris, qui deinde cauſa
„ ſtudiorum, & litium, non immutato domicilio in ejus Pa-
„ tria, ibique dimiſſa Matre, & Sororibus ſe tranſtulit Neapo-
„ lim, ubi per quamplures annos immorans primas, & ſecun-
„ das nuptias contraxit, & Oratorem Michaelem procreavit,
„ tandem ad Patriam ad bona majorum, propriamque domum
„ una cum uxore, & præfato ejus Filio in infantili ætate conſti-
„ tuto reverſus adhuc in ea domicilium retinet, itaut tamquam
„ naturalis ejuſdem loci pluries admiſſus fuit ad publica munia
„ obeunda; ac præterea Orator ab ejus Ordinario Caputaquen.
„ tamquam Civis Terræ Padulæ gradatim ad Ordines fuit pro-
„ motus, ſervitio Eccleſiæ dicti Loci, & tabellæ adſcriptus, ac
„ ibidem requiſita promotionis ejus ad Ordines expedita, inter
„ quæ apparent Teſtimoniales ad formam Bullæ Speculatores
„ obtentæ ab Emo Archiepiſcopo Neapolitano pro mora habi-
„ ta in eadem Civitate cauſa ſtudiorum, & in omnibus Actis
„ Ordinationum etiam ab Archiepresbytero, & Clero Padulæ
„ pro Cive fuit reputatus „ tandem concludit, ex documentis,
& atteſtationibus hinc inde allatis verificari non poſſe „ an ſer-
„ vitium præſtitum ab Oratore ejuſque adſcriptio tetenderit
„ in adimplementum Sacri Concilii Tridentini, vel potius re-
„ cenſiti ſtatuti juxta formam in eo præſcriptam ad effectum ſe
„ aggremiandi in Clerum „ adeout, licet ipſe Epiſcopus arbi-
tretur, Sacerdotem Mannia non carere civica qualitate, eum-
demque revera eſſe Originarium Terræ Padulæ, relinquat ta-
men Eminentiſſimis PP. decernendum, non ſolum de veritate,
& efficacia aſſerti Statuti editi anno 1651., ejuſque ſubſecuta ob-
ſervantia, verum etiam de ſcopo, aut effectu ſervitii a prædicto
Sacerdote præſtiti, num ſcilicet in adimplementum præfati ſta-
tuti, vel potius in obſervantiam Sacroſanctæ Tridentinæ Syno-
di ſervitium illud ceſſiſſe dicendum ſit.

Porro memoratus Sacerdos Mannia præterquamquod ſæpedictum
ſtatutum multipliciter impugnat, ex pluribus quoque contendit
ſervitium a ſe Eccleſiæ S. Michaelis exhibitum referri non poſſe

ad purum, & nudum implementum Tridentinæ ſanctionis *cap.6. ſeſs.23. de reform.* ubi ſancitur, nullum Clericum privilegio fori gaudere, niſi clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, ſed potius ejus generis eſſe, de quo loquitur idem Tridentinum *cap.16. ejuſdem ſeſs.23.* decernens „ ut nullus impoſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, „ aut pio loco, pro cujus neceſſitate, aut utilitate aſſumitur, „ non adſcribatur, ubi ſuis fungatur muneribus „. Cum enim ipſe jam fuerit ab Epiſcopo Eccleſiæ S. Michaelis adſcriptus, in eaque variis, & ſignanter Sacriſtæ, & Choriſtæ muneribus diu perfunctus, putat idcirco ſervitium iſtud cenſendum fore a ſe præſtitum non ad ſimplicem effectum gaudendi privilegio fori, ſed animo obtinendi controverſam aggremiationem, quæ propterea etiam ad præſcriptum antedicti Eccleſiæ ſtatuti ſibi debeatur.

Nomine Archipresbyteri, & Cleri nihil hactenus allatum eſt.

Quid ſtatuque erit EE. PP. pronunciare.

An Sacerdos Michael Mannia ſit admittendus ad Agrremiationem Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Padulæ in caſu &c.

ÆSINA MEDIÆ ANNATÆ. Sacerdos Thomas Marini Plebanus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Terræ Montis Carotti, Daniel Ridolfi, Florianus Carotti, & Cæſar Angelini ejuſdem Eccleſiæ Cappellani, dictique Plebani Coadjutores, nec non Clericus Carolus Antonius Marini de quodam Beneficio juriſpatronatus ſuæ domus in eadem Eccleſia erecto proviſus, cum noviſſime fuerint a Promotore Fiſcali Fabricæ Cathedralis Eccleſiæ laceſſiti, ut dimidios fructus dictorum Beneficiorum eidem Fabricæ perſolverent juxta legem ipſis indictam in Bullis inſtitutionis eorumdem Beneficiorum ab Epiſcopo expeditis, in quibus hæc habentur. „ Volumus autem, & expreſſe reſervari man- „ damus, dimidios primi anni fructus recolligendos, ſeu alias „ quovis modo percipiendos ad effectum erogandi in fabricam „ augmentum, reparationem, & ornatum noſtræ Cathedralis „ Eccleſiæ ad formam Romani Concilii editi anno univerſalis „ Jubilei 1725. „ *tit.27. de Eccleſ. ædific. & reparan. cap. unic.* Sacrum hunc adiere Senatum poſtulantes declarari, ſe ad petitam ſolutionem minime obſtringi poſſe eo ſub ſundamento, quod antedicta Eccleſia Plebana veluti de jurepatronatus Communitatis quum hactenus conſueverit proprio ære ejuſdem Communitatis, quoties opus fuit, reparari, & impoſterum quoque ipſius ſumptibus ſit reparanda, nequeant idcirco obtinentes in ea Beneficia controverſo mediæ annatæ onere gravari; ſed quia ſubinde non curarunt, cauſam, uti fuerat demandatum, in folio deſcribi, Promotor Fiſcalis dictæ Cathedralis Eccleſiæ urget modo deciſionem dubii, quod infra deſcribetur. *Seſs.24. c.xi. de ref.*

Sane in recenti Concilio Romano *tit.27. cap.unic.* decretum eſt, medios fructus primi anni ex Beneficiis Eccleſiaſticis etiam juriſpatronatus laicalis percipiendos in Eccleſiarum Cathedralium, &

Collegiatarum reparationem, atque ornatum debere perſolvi, idque fuſius etiam impetratum fuit in Conſtitutione a ſan.mem. Benedicto XIII. edita, & in appendice ejuſdem Concilii relata, ubi ſic habetur „ Decernimus, præcipimus, & mandamus, ut „ per totam Italiam, & Inſulas adjacentes impoſterum proviſi „ de Parochialibus una cum incertis annuum redditum ſcuto- „ rum 100. monetæ Romanæ excedentibus, & de Canonicati- „ bus, & Beneficiis tam reſidentialibus, quam non reſidentiali- „ bus, & ſimplicibus ſitis extra Eccleſias Collegiatas, cujuſcum- „ que valoris exiſtant, teneantur ſolvere, & reſpective depo- „ nere mediam annatam pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis; Pro- „ viſi verò de Parochialibus una cum incertis annuum redditum „ ſcutorum 100. monetæ præfatæ excedentibus, & de Canoni- „ catibus, & Beneficiis tam reſidentialibus, quam non reſiden- „ tialibus, & ſimplicibus ſitis in Eccleſiis Collegiatis, vel ad „ illas translatis cujuſcumque valoris exiſtant, itidem teneatur „ ſolvere, & reſpective deponere mediam annatam pro Fabri- „ ca Eccleſiæ Collegiatæ; ſive Beneficia prædicta liberæ colla- „ tionis, ſive Juriſpatronatus mixti, ac etiam laicalis fuerint, & „ ad quemcumque electio, collatio, inſtitutio, & proviſio per- „ tineat, ſive nimirum ad Metropolitanum, vel Ordinarium, „ ſive ad Capitulum, ſive ad alium quemcumque inferiorem, „ dummodo collationis, inſtitutionis, & proviſionis Sanctæ „ Sedis minime exiſtant, aut etiam legitima non vigeret con- „ ſuetudo ſolvendi, vel dimittendi fructus ſex menſium, aut „ ſimilem, non tamen minorem ratam favore Fabricæ, vel Sa- „ criſtiæ; Utroque enim in caſu pro Fabrica prædicta nihil „ ſolvendum, aut deponendum erit.

Et quamvis legem iſtam Pontifex hunc in modum temperaverit „ „ Volumus autem, quod huic noſtræ Conſtitutioni, ſeu ſolutio- „ ni mediæ annatæ prædictæ minime ſubiecta exiſtant Beneficia „ illarum Diæceſum, & reſpective Collegiatarum, in quibus re- „ peritur onus, ſeu peculiare patrimonium Fabricæ, ſufficienter „ inſtructum: aut onus, ſeu obligatio reparandi, reſtaurandi, & „ conſervandi Eccleſias reſidet penes Communitates locorum, „ vel adſunt dictarum Eccleſiarum patroni, qui niſi reparare, & „ manutenere velint eaſdem Eccleſias, earum patronatum amit- „ tere debent; Cum enim in his ſatis conſultum ſit reparationi & „ conſervationi Eccleſiarum, nolumus aliud ſuperaddere Bene- „ ficiatis impendium, quod vergeret in ſublevamen eorum, qui „ de jure tenentur „; hinc tamen authumat Promotor Fiſcalis, non poſſe antedictos Plebanum, ac Beneficiatos præſidium ul- lum ſibi afferere, ut ſe a controverſa mediæ annatæ ſolutione ſub- ducant, dum juxta literam Pontificiæ hujus Conſtitutionis Paro- chi, & Beneficiati fiunt quidem immunes ab hoc onere, ſi Cathe- dralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ Fabricæ, aut ex legali Patrono- rum obligatione, aut alia ratione ſit conſultum, ut conſtat ex Reſolutione Sacræ Congregationis edita in *Camerinen.*, & *Ana- gnina mediæ annatæ* 2. *Maii* 1733., ſecus vero ſi Cathedralis Ec-

cle-

cleſia peculiari Fabricæ patrimonio ſit deſtituta, nec penes ullum Patronum ejuſdem reparationis onus reſideat, tunc enim quecumque Parochialis Eccleſia tametſi de jurepatronatus Communitatis, aut alterius cujuſcumque, nec non Beneficia quælibet in ea erecta, dummodo ipſorum redditus attingant ſummam in Conſtitutione Benedictina præfinitam, tenentur mediam annatam pro Fabrica Cathedralis exſolvere.

His itaque ponderatis, quibus Beneficiati prædicti nihil hactenus repoſuerunt, grave non erit Eminentiſſimis PP. reſcribere:

An ſit locus ſolutioni mediæ annatæ in caſu &c.

RUREMUNDEN ERECTIONIS CANONICATUS, SEU BENEFICII. Sacerdos Theodorus Vlodrop Canonicatui, quem ſuo in Teſtamento præcepit erigi in Cathedrali Eccleſia Ruremundenſi, dotem hiſce verbis conſtituit -- Do imprimis ad „ onus Oppidi Ruremundenſis unum ſigillum, & literas quatuor „ millium florenorum antiqui curſus Ruremundenſis: ſecundo „ do iſti fundationi tria ſigilla, & literas ſimul facientes octocen„ tum permiſſos Riſdalleros, ſicut mihi emi a Vidua, & hæredibus „ Pleuchmehers ſtantes ad onus; tertio do præterea unum ſigil„ lum, & litteras 770. Riſdallerorum permiſſorum; quarto, & „ ultimo do adhuc 500. Riſdalleros permiſſos. *Seſſ. 24. c. 12 de ref.*

Deinde vero plurimas adiecit leges, & conditiones, inter quas hæ ſunt ad rem præcipuæ; prima, quod Poſſeſſor dicti Canonicatus „ leget ſingulis ſeptimanis tres Miſſas, unam Defunctorum in „ ſolamen Animæ meæ, & meorum Conſanguineorum, aliam „ in honorem Sanctiſſimæ Virginis, & Matris Dei, & tertiam in „ honorem Archangelis Michaelis, & unam ſingulis annis die, „ quo defunctus fuero --, Secunda, quod illi, qui poteſtatem ha„ bebunt conferendi hanc Præbendam, erunt proximi conſan„ guinei mei, tam viri, quam fæminæ, & pro una, & prima „ vice, & ſecunda vice viriles perſonæ, vel una ſecundum quod „ mihi proximius Conſanguinea eſt. Collatio tamdiu pertinebit „ ad familiam, quamdiù Collatores clare poterunt demonſtrare, „ quod ſint recti deſcendentes Matthiæ Ulodrop, & Annæ Berller„ mous, quorum ego ſum puer. In caſu, quod ii extincti eſſent, „ & non clare demonſtrare poſſent rectos deſcendentes eſſe, tunc „ Collatores hujus Præbendæ erunt, & in perpetubs dies mane„ bunt Capitulares, ubi ultimus poſſeſſor Conſanguineus meus „ mortuus eſt --; Tertia, quod hujuſmodi Canonicatus conferri „ non poſſit uni, qui minores annos habet, quam decimum ſex„ tum completum --; & quarta „ quod qui obtinuerit hanc Præ„ bendam, non poterit prius quoquam ſuorum proventuum „ gaudere, niſi ſit Subdiaconus, & reſideat; Quod pro illo tem„ pore matureſcet, collectabitur per Receptorem Capituli, & „ erit in meliorationem ejus Canonicatus -- ne vero circa ter„ tiam, & quartam ex recenſitis conditionibus dubitationes impoſterum orirentur, ſatius duxit eas hunc in modum declarare -- „ Poſui ſuperius, quod nulli poſſit conferri hæc Præbenda, niſi „ ha-

„ habeat in ætate ſexdecim annos cõpletos, ſi tamen nullus „ alius amplius eſſet, quam unus ſolus meorum Conſanguineo- „ rum, & ſic hic propter minorem ætatem Præbendam impe- „ trare non poſſet, & ideo extraneo conferre deberet, ſic volo „ in hoc caſu, ut hic anonicatus Cconferatur meo Conſanguineo, „ quamvis tamen eſſet duodecim annorum. Præterea etiam ſu- „ perius poſui, quod nullus de hac præbenda quidquam poſſit „ gaudere, niſi ſit Subdiaconus, & reſideat, ſub hoc non volo „ comprehendi caſu, quo aliquis meorum conſanguineorum eſ- „ ſet, qui propter paupertatem ſtudia ſua nou poſſet proſequi, & „ ſe idoneum reddere non poſſet ad receptandam hanc Præben- „ dam, & ſic Extranei conferre deberet, in ſimili caſu volo, ut „ medietas annui proventus meo pauperi Conſanguineo tamdiu „ erogetur, donec habeat ætatem viginti, & unius anni, & per- „ venire poſſit ad reſidentiam.

Et demum in Codicillis poſtmodum conditis executores præmiſſæ Diſpoſitionis voluit eſſet Joannem Ulodrop, & Petrum Luictgens Nepotes ſuos cum plena facultate fundandi ſupradictum Canonicatum; In primum vero Canonicum nominavit Joannem Franciſcum Ulodrop filium dicti Joannis, & demum quoad Jus patronatus tam activum, quam paſſivum ſic iterum diſpoſuit „ Juſpa- „ tronatus hujus Præbendæ, ſeu poteſtas aliquem præſentandi Re- „ verendiſſimo, & Capitulo Ruremundenſi erunt, & manebunt „ Dominus Joannes Ulodrop licentiatus in utroque Jure & Con- „ ſiliarius in Curia rei Clientelaris Bruxellis, & Petrus Luict „ tgens Mercator in Oppido Ruremundenſi, & amborum de- „ ſcendentes, qui ambo pueri ſunt fratris mei piæ mem. Henrici „ Ulodrop, & Geltrudis Ulodrop meæ Sororis piæ mem. hæc præ- „ ſentatio non fiet ſimul a meis ambabus Nepotibus, ſed ſepara- „ tim, & alternis vicibus, & quoniam dedi hanc Præbendam per „ hoc Codicillum filio Nepotis mei Joannis Ulodrop, & poſt „ mortem Joannis Franciſci Ulodrop duo poſt mortem hujus, „ quia non volo, quod hæc Præbenda poterit reſignari, quamdiu „ mei conſanguinei Juſpatronatus habent, ſic Petrus Luictgens ſo- „ lus conferet, vel præſentabit Reverendiſſimo, & ante mentio- „ nato Capitulo unum meorum proximius Conſanguineorum, „ qui modus præſentandi volo, ut etiam obſervetur ab ambabus „ deſcendentibus, & ad præveniendum aliquibus diſputationibus „ inter Sorores, & Fatres, ſic volo, ut Natus major hujus fami- „ liæ, ſit perſona virilis, vel fœmina, poteſtatem habebit præ- „ ſentandi.

Quum autem Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Ruremundenſis ejuſmodi Canonicatus erectionem, quam Teſtamentarii Executores, vix ſecuto Theodori obitu, fieri poſtularunt, renuerit admittere ſub obtentu, quod conditiones a Teſtatore adjectæ non leve detrimentum juribus, ac legibus capitularibus inferant, quodque reditus in dotem ab ipſo conſtituti canonicali gradui decenter ſuſtinendo ſint impares, ſuumque dumtaxat præſtet aſſenſum, ut Cappellania cum onere reſidendi,

dendi ; vacandique Cathedralis Ecclesiæ servitio institua-
tur ; eorumdem propterea Executorum nomine porrectus fuit
S. M. Clementi XII. supplex libellus , quo post recensitam facti
seriem hactenus descriptam , flagitarunt facultatem erigendi
simplex Beneficium , cui nullum residentiæ , ac servitii Cathe-
drali Ecclesiæ præstandi onus esset impositum , offerentes in ejus
locum alterius Missæ bebdomadalis, præter tres alias a Testatore
demandatas , perpetuam celebrationem . His vero precibus ad
sacrum hunc Senatum jamdiu remissis , urgent modo Executo-
res prædicti resolutionem Dubii, quod infra describetur .

Fundamentum , cui nititur Oratorum petitio , versari potissime
videtur in eo , quod ipsi veluti Testamentariis executoribus ple-
na , & absoluta potestas circa erectionem sæpedicti Canonicatus
censenda sit a Testatore tributa , adeoque liberum esse debeat
simplex Beneficium fundare, dum reluctante Capitulo nequit ob-
tineri Canonicatus erectio . Præsertim vero , quia secus minime
deceret Testatoris consanguineos ex honestioribus Familiis Civi-
tatis Ruremundensis progenitos , & ad controversum Canonica-
tum vocatos servitoriam istius loco possidere Cappellaniam, quæ
præter onus residentiæ eam quoque secumferret humilem con-
ditionem subjacendi Canonicis .

Jussus Episcopus de iis , quæ a Testamentariis Executoribus fuerunt
in memorato supplici libello exposita , Sac. Cong. instruere , sui-
que animi sententiam aperire , late explicatis rationum momen-
tis , ob quæ fuit a Capitulo impugnata Canonicatus erectio sub
finem suæ relationis hæc habet ,, Igitur ut animi mei sententiam
,, aperiam candide , non aliud censentur dicti Oratores intende-
,, re , quam Consanguineos suos ab onere residendi per petitam
,, erectionem Beneficii simplicis penitus exemptos fieri, commu-
,, tato dicto residendi onere in quartam Missam , ut ipsis sic pro-
,, visis libere gaudere liceat , suppletis etiam per alium quatuor
,, dictis impositis missis , id quod tamen non solum menti funda-
,, toris evidenter adversatur , verum etiam divino cultui non pa-
,, rum in Ecclesia mea derogaret ; etenim dictus fundator uti
,, Sacerdos Ruremundensis optime perspectam habens paucitatem
,, Ministrorum hujus Ecclesiæ Cathedralis , ita ut ad Canonicum
,, Officium , & Ecclesiastica munia obeunda non sufficiant , in
,, subsidium , & in augmentum cultus divini Canonicatum inibi
,, erigendum voluit , strictissimam injungens ejusdem Posses-
,, soris residentiam sub multa trium solidorum hujus monetæ ,
,, addens postremo se una cum Capitulo assentiri, ut Vicaria, seu
,, Cappellania erigatur duplici sub conditione, altera nempe, quod
,, Beneficiandus cum reliquis obligabitur ad residentiam juxta ex-
,, pressam Fundatoris mentem , qui nequaquam etiam pro Bene-
,, ficio simplici sine onere residendi tam pingues creditur voluisse
,, relinquere proventus , & funda trium millium , & septingen-
,, torum Rindallerorum hujus monetæ , quamvis dicti oratores
,, in libello suo dumtaxat expresserint duo milia , & septuaginta
,, Rindalleros ejusdem monetæ ; altera vero, quod conformi-

,, ter

„ ter ad *Seſſ.* 21. *cap.* 3. *de Ref.* ex fundo aſſignato competens por-
„ tio ſeparari debebit, ut Beneficiandus cum aliis Vicariis, ſeu
„ Cappellanis Capituli gaudere valeant in diſtibutionibus quoti-
„ dianis, & Anniverſariis.

His itaque ponderatis, inſpectiſque binis Sacræ hujus Cong. Reſolutionibus editis in *Sutrina Erectionis Beneficii*, *et in Groſſetana Erectionis Canonicatus*, & ad calcem hujus Folii appoſitis dignentur EE. PP. reſcribere.

An erigendum ſit Beneficium ſimplex in caſu &c.

Seſs. 3 *c.* 5. *Seſs.* 21. *c.* 3. *Seſs.* 22. *c.* 12. *de reſ.*

SUTRINA ERECTIONIS BENEFICII. In ſupremis, cum quibus deceſſit, tabulis Franciſcus Bruſcia demandavit duorum Canonicatuum, ſeu Clericatuum erectionem in Eccleſia Collegiata SS. Petri, & Catharinæ his verbis expreſſam „ Item per „ ragion' di legato, ed in ogn' altro miglior modo laſcio la Vi„ gna in contrada i Cappuccini Vecchi per un Canonicato, o „ Chiericato, e l' integro in Groſſeto dal Signor Capitan Fran„ ceſco de Plattis, con peſo di due Meſſe la ſettimana, ed in „ detta Vigna vi e il peſo di uno ſcudo l' anno, e queſto lo laſcio „ a D. Domenico Zaffini. Item laſcio per un altro Canonicato, „ o Chiericato la Vigna al Piano con tutto l' integro appreſſo „ Paolo Paolozzi, e D. Madalena Bertozzi con le quattro ſtanze „ comprate da Guſtino Butirone, e Nibale di Capranica confi„ nante a Antonio Butirone, ed a me con peſo di due Meſſe la „ ſettimana, e detti Canonicati, o Chiericati, riſiedono nella „ Chieſa di SS. Pietro, e Caterina di Ronciglione, e ſe li Signo„ ri Canonici non voleſſero accettarli, ſi riſieda detti Canonica„ ti, o Chiericati nella Chieſa, e Parochia di S. Andrea di Ron„ ciglione, il qual Canonico, o Chierico, oltre le due dette „ meſſe, come ſopra, ſiano tenuti all' Eddomada, ed altri pe„ ſi, che anno gl' altri Canonici.

Præterea inibi per caput ſeparatum, ex toto aſſe hæreditario, quod ſuperextaret poſt obitum Lucretiæ Uxoris, quam Hæredem uſufructuariam inſtituerat, demandavit quoque erectionem conſimilis Canonicatus, & Clericatus, ubi erant tunc erigendi alii præmemorati duo, cum conſimilibus oneribus hiſce etiam verbis explicatam „ E morta che ſarà la detta Lucretia, di tutta la „ mia Eredità voglio, che ſe ne erigga l' altro Canonicato, o „ Chiericato, dove eretti gli altri due con il peſo oltre l' Eddo„ mada, ed altri peſi della Chieſa di tre Meſſe la ſettimana.

Erectis autem duobus primis Canonicatibus in ſupradicta Eccleſia Collegiata, prævia Canonicorum acceptatione, ſupervenit obitus Lucretiæ, quapropter factus eſt locus erectioni tertii Canonicatus, ſeu Clericatus. Sed renuentibus iiſdem Canonicis illum acceptare Iſidorus Fauſtus Benignus Teſtatori ſanguine conjunctus, ſupplex habuit recurſum ad hanc Sac. Cong., humiliter petens declarari, an valeat ille erigi ſine onere Chori in ſupradicta Eccleſia Parochiali, a qua jam fuit acceptatus, non obſtante quod in aliqua parte ſit contra voluntatem Teſtatoris.

Epi-

Episcopus vero censet esse erigendum hunc tertium Canonicatum, seu Clericatum in titulum simplicis Beneficii de residentia in Ecclesia Collegiata, ubi erecta reperiuntur duo priora cum solo onere duarum Missarum in hebdomada, cumque honoribus Canonicorum frui hic tertius Beneficiatus nequeat, stante Capituli dissensu, pari justitia onere canonicali Chori eos exonerari putat, supponens iujuncta onera esse tantum Canonicatui, non autem Clericatui, quod tamen ex verbis dictæ Fundationis erit exquirendum. Dignentur itaque EE. PP. decernere.

An sit locus erectioni Beneficii, & quomodo in casu &c.

Die 19. Junii 1706. S. C. C. censuit, *exquirendam esse meliorem Informationem, præfixo termino Canonicis, & Substitutis Ecclesiæ ad deducendum eorum jura in Sac. Cong.*, ut in *lib. 56. Decret. pag. 199. & tergo*.

SUTRINA ERECTIONIS BENEFICII Placuit EE. PP. in Cong. habita sub die 19. Junii proxime elapsi prævia distributione Folii, nunc benigniter reassumendi, rescribere: Pro meliori informatione, quot reditus habeat tertius Canonicatus erigendus, & an in Ecclesia SS. Petri, & Catharinæ adsint etiam Clericatus, præfixo termino Canonicis, & aliis ad deducendum eorum jura in Sac. Congregatione. *Sess. 22. c. 22. de ref.*

Super his, datis Episcopo litteris, hic obsequendo EE. VV. mandatis nuper significavit, annuum reditum bonorum relictorum à Francisco Brusca ad effectum erigendi tertium Canonicatum non excedere scut. 41. 45., ut ex transmissa Peritorum Fide constare fecit. Fatetur insuper nullos alios Clericatus de residentia adesse in supradicta Ecclesia Collegiata SS. Petri, & Catharinæ; & denique refert se præfixisse terminum octo dierum jamdiu effluxorum Canonicis mox dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, necnon & Clericis substitutis Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ, cæterisque interesse habentibus ad eorum jura deducenda in Sac. Cong.

Exhibitæ præterea desuper fuerunt binæ attestationes, altera nempe duorum Canonicorum sæpe memoratæ Ecclesiæ Collegiatæ contestantium, annuos proventus Canonicatuum illius alios esse scut. 50. circiter, alios scut. 40., nonnullos scut. 30., vel scut. 35., reliquos tandem scut. 25., vel etiam minoris summæ. Altera vero Josephi Alviti Clerici Beneficiati dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ referens in dicta Ecclesia, ultra Rectoratum extare quinque Beneficiatos, quorum quilibet per turnum Missarum hebdomadam, receptis emolumentis, persolvit, omnesque interesse functionibus solemnibus aliisque per annum fieri consuetis in Ecclesia prædicta.

Reiterat igitur preces Orator EE. VV. sub dubio alias proposito, ut declaretur,

An sit locus Erectioni Beneficii, & quomodo in casu &c.

Die 26. Martii 1707. S. C. C. respondit negative, & injungendum censuit, prout præsentis &c. injungit Episcopo quatenus cogat Canonicos ad erectionem tertii Canonicatus ad formam testamenti, *ut in lib. 57. Decret. pag. 99., & tergo*.

GROSSETANA ERECTIONIS CANONICATUUM. Antonius Paglialunga Operarius Cathedralis in suo ultimo elogio his verbis erectionem duorum Canonicatuum in Ecclesia præfata demandavit „ Item per ragione di legato, ed in ogni &c. coman-
„ da, e vole, che della di lui eredita si smembrino scudi quat-
„ tromila di lire sette l' uno all' Seuese in effetti, o denari, e tal
„ somma s' unisca alla Massa del Reverendissimo Capitolo della
„ Catedrale di Grossetto con l'obligo al medesimo di aggiongere
„ due Canonicati con tutte, e ciaschedune autorità, privilegi,
„ azzioni di stallo, voce in Capitolo, ed ogn' altro, che godo-
„ no l' istessi Capitolari, facendo communi l' entrate, e così
„ identificate l' azzioni, e ragioni con l' obligo a detto Reve-
„ rendissimo Capitolo di pienamente sodissare quei pesi, che per
„ l' animo di se Testatore, suoi saranno posti sopra di due Cano-
„ nicati dalla prudenza di Monsignore di questa Città di Grosset-
„ to, e Signore Prepostо di questa Cattedrale: Reservato tamen jurepatronatus passivo ad favorem descendentium certarum familiarum, & activo ad favorem ejusdem Capituli, data Civibus Grossetti præelectione.

In Codicillo deinde addidit „ Che non si smembrino li scudi 4000.
„ della sua eredità per detti Canonicati, ma si consegnino da
„ suoi Eredi tutti li Beni stabili, che lui gode alla Campagna di
„ Grossetto, al Capitolo di quella Cattedrale con tutte le con-
„ dizione, circostanze, e modi espressi in detto suo testamento,
„ quale di novo approva, e comprova, quanto occorre, e non
„ altrimenti &c.

Hujusmodi dispositioni obstitit Capitulum dictæ Civitatis per actum Capitularem, cum fructus trium Canonicatuum erigendorum non adæquent reditibus duorum ex Canonicatibus Cathedralis; reservata tamen facultate acceptandi, quatenus reditus augeretur.

Ad hæc in supplici libello huic Sac. Cong. porrecto, addit Capitulum, quod cum sit ex redditibus Canonicatuum erigendorum detrahendum onus Missarum, quod arbitrio Executorum adiici voluit Testator; adeo tenues remanebunt, ut nisi viles, & indocti, qui nequeant suo muneri respondere, promovendi essent. Præterea Canonicatuum erectionem præjudicare ait alternativæ, qua cum Dataria Apostolica Capitulum in collatione potitur: modo enim sunt novem, & futuri essent undecim. Deinde quia cum hebdomadarum ordo sit bene præscriptus, ob Canonicatuum erectionem confunderetur. Et optio stalli, ac votum unice ad Capitulares præsentes pertinent: duo namque Canonici de Crispis dicti extra Capituli gremium, cum anno 1685. Ordinarii auctoritate freti se quoque ad illa admitti vellent, fuit ab hac Sac. Cong. negative responsum. Postremo supplicat insignia Canonicalia, quibus Canonici utuntur, minime concedi novis Canonicis, ubi eorum erectio facienda sit.

Episcopus, qui institerat in Sac. Cong., ut demandaretur erectio, refert, audito Capitulo, istud nolle acceptare onus legati ob dictam reditus tenuitatem, subditque fructus cujusque Canonicatus eri-

erigendi esse scutorum 60. dictæ monetæ respondentium scutis 42. istius, & erectorum in scutis 100. illius, & 70. monetæ Romanæ, videtur tamen eidem posse esse locum erectioni Canonicatuum extra gremium Capituli, cujusmodi adsunt alii duo, idque exigere servitium Ecclesiæ, cujus Capitulum novem constat Canonicis, quorum quinque tantum in qualibet hebdomada inserviunt, nullis existentibus Cappellanis. Redditus vero in scutis 60. illius monetæ videtur sufficiens, cum longe minores sint Canonicatus plurium Cathedralium.

Quocirca ex deductis consultissimæ EE. VV. Sententiæ declarandum proponitur.

I. *An sit locus erectioni Canonicatuum ad formam dispositionis Testatoris, itaut Capitulum sit cogendum in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit locus erectioni extra gremium Capituli, & qua forma in casu &c.*

Sac. Cong. die 9. Junii 1706. respondit -- *Ad I. negative. Ad II. affirmative ad formam Canonicatuum de Crispis, & amplius*, ut in lib. 56. *Decret. pag.* 200.

GROSSETANA ERECTIONIS CANONICATUUM. Ad dubia proposita in Cong. diei 19. Junii 1708., & descripta in folio tunc distributo, & benigniter reassumendo nempe primum.

An sit locus erectioni Canonicatuum ad formam dispositionis Testatoris, itaut Capitulum sit cogendum, & quatenus negative.

II. *An sit locus erectioni extra gremium Capituli, & qua forma* - rescriptum fuit -- *Ad I. negative*; *Ad II. Affirmative ad formam Canonicatuum de Crispis*, denegata subinde etiam nova audientia Capitulo impugnanti.

Nuper vero comparuit Ansanus Bondonus hæres Antonii Fundatoris, de cujus dispositione agitur, & Patronus ab eo nominatus, qui cum tunc non fuisset in causa citatus, novam petiit, & obtinuit audientiam ab EE. VV. sub die 9. Aprilis proxime præteriti, sub eo potissimum motivo, quod sibi uti vocato ad jus præsentandi, incumbat, ut aliter consulatur Fundatoris voluntati, quod nimirum potius unus constituatur Canonicatus de gremio ceterorum Canonicatuum privilegiis fruens, vel alio modo magis proficuo Patronatui ejusdem prospiciatur. Quare proponitur EE. VV. consuetum Dubium.

An, & quomodo standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Die 4. Junii 1707. Sac. Cong. Concilii prævio recessu a decisis censuit *locum esse erectioni duorum Canonicatuum cum voto, & Stallo, sine tamen ammensatione bonorum* --, ut in lib. *Dec.* 57. *p.* 205.

Die Sabbathi 22. Julii 1741.

Quatuor ſequentes cauſas, quarum prior in poſtrema Congregatione diei 1. currentis menſis ad petitionem Canonicorum Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ in Coſmedin Sacris Ordinibus nondum inſignitorum hodierno examini reſervata fuit, tres vero aliæ ob temporis anguſtiam nequiverunt proponi, dignabuntur EE. PP., reſumpto folio tunc diſtributo, decidere.

Seſſ. 25. c. 6. de ref.

ROMANA VOCIS IN CAPITULO.

An Canonici Clerici Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin intervenire poſſint in Capitulo, inibique habere vocem activam in caſu &c.

Poſſe intervenire, ſed non habere vocem.

Seſſ. 24. c. 13. de ref.

CAPUTAQUEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM.

An Sacerdos Michael Mannia ſit admittendus ad aggremiationem Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Padulæ in caſu &c.

Dilata, & fiat compulſatio Statuti Originalis citata Parte.

Seſſ. 23. c. 8. de ref.

ÆSINA MEDIÆ ANNATÆ.

An ſit locus ſolutioni mediæ annatæ in caſu &c.

Affirmative.

Seſſ. 5. c. 1. de ref.

RUREMUNDEN. ERECTIONIS CANONICATUS, SEU BENEFICII.

An erigendum ſit Beneficium ſimplex in caſu &c.

Negative, & præfigatur terminus Capitulo ad deducenda Jura ſua.

Seſſ. 22. c. 6. de ref.

ROMANA FRUCTUUM CANONICATUS. Statuta inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Angeli in Foro Piſcium ſub annum 1493. condita præ cæteris *cap.* 9. decernunt: „ Quod omnes „ & ſinguli Canonici intra annum a tempore, quo fuerunt ad-

„ miſſi,

„ missi, computandum ad Sacros Ordines se promoveri facere „ teneantur, alias nihil participent de sua Præbenda, ut in dicta „ Ecclesia continue consuetum fuit, & observatum, sed aliis „ Præbendis accrescat, donec promotio notificata fuerit Capi- „ tulo, vel Camerario; de distributionibus vero quilibet Ca- „ nonicus etiam in Sacris Ordinibus non constitutus participet. Summus autem Pontifex Paulus III. in Bulla, qua eadem statuta confirmavit, ut ea majori quodam præsidio communiret, ipsorumque revocationem, atque derogationem redderet impostero- rum difficiliorem, ita præcepit: „ Et nihilominus confirma- „ tiones, & approbationes prædictas, & illarum vigore literas „ desuper conficiendas sub quibuscumque suspensionibus, revo- „ cationibus eorumdem singulorum Statutorum, & novarum „ Reformationum hujusmodi quorumvis etiam Imperatoris, „ Regum, ac intuitu, seu contemplatione etiam in favorem quo- „ rumvis etiam S. R. E. Cardinalium seu &c. pro tempore exi- „ stentium Rom. Pontif. Familiarium etiam antiquorum, & de- „ scriptorum etiam motu proprio, ac etiam nominatim de præ- „ missis, aut aliis quomodolibet etiam per S. Vestram, & Rom. „ Pontif. prædictos pro tempore factas, & emanatas compre- „ hendi non posse, neque debere, & quoties illæ emanabunt, „ toties illas in pristinum statum restitutas, & repositas esse cen- „ seri, eisque, seu eorum alicui, nonnisi de totis illorum teno- „ ribus, & formis, ac de verbo ad verbum mentio facta fuerit, „ nullatenus derogari, sicque per quoscumque Judices etiam „ Palatii Apostolici Causarum Auditores sententiari, ac sublata „ eis &c., ac irritum decernere dignemini de gratia speciali.

Contigit nuper in hac Collegiata vacatio Canonicatus, quem Diaconalem vocant, cumque S. M. Clemens XII. eumdem contulerit sub mensem Aprilis 1738. Augustino Lhullié vigesimum dumtaxat tunc temporis agenti annum, proindeque non valenti ob ætatis defectum Sacris Ordinibus initiari, Apostolicam dispensationem super isto defectu sibi exposito laudatus Pontifex in eadem collationis Bulla hisce verbis illi est elargitus: „ Nos „ enim, ut Canonicatum, & Præbendam primo dictos ex nunc „ recipere, & si illos vigore præsentium assequaris, quoad vixe- „ ris, retinere libere, & licite valeas defectu ætatis præmisso, „ ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, ut præ- „ fertur, roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque „ contrariis nequaquam obstantibus, Apostolica Authoritate ea- „ rumdem tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensa- „ mus. Volumus autem, quod Canonicatus, & Præbenda pri- „ modictis debitis propterea non defraudentur obsequiis, quod- „ que tu cum primum ad ætatem legitimam quemcumque ex „ Sacris Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinibus suscipiendi per- „ veneris, proximis inde futuris temporibus Sacros Ordines præ- „ dictos suscipere omnino tenearis; Alioquin te deficiente in „ aliquo ex temporibus præmissis primodicti Canonicatus, & „ præbendæ vacent eo ipso.

Harum

Harum itaque literarum vigore Canonicatus, & præbendæ poſſeſſionem nactus eſt Auguſtinus, ſubindeque Chori, & Eccleſiæ ſervitio vacans, tum fructus omnes Præbendales, tum etiam quotidianas diſtributiones percepit; At quia poſt elapſum ferme integrum annum Capitulum ejuſdem Collegiatæ quæſtionem movere cæpit, nihil illum ex præſcripto memoratæ Conſtitutionis Capitularis de ſua Præbenda participare poſſe, quippe qui ob ætatis defectum nequiverit intra anni ſpatium ad Sacros Ordines promoveri, curavit idem Auguſtinus controverſiam inde exortam per tranſactionem componi, intereaque proximus jam ætati ſuſcipiendis Sacris Ordinibus idoneæ ſupplicavit Sanctiſſimo Domino noſtro feliciter regnanti, ut tempus ſibi in memoratis Apoſtolicis literis ad eos ordines ſuſcipiendos præfinitum prorogare dignaretur, eam nimirum obtendens cauſam, quod cum primum ſupra vigeſimum ætatis annum eſſet ipſe completurus die 19. Septembris 1740., non poſſet eo menſe, ſive ob notam aeris intemperiem, ſive ob cæptam ſub auſpiciis Eminentiſſimi Domini Cardinalis Columna Eccleſiæ S. Angeli in Foro Piſcium Diaconi tractationem concordiæ cum capitulo ad peragendas in Religioſa domo congregationis Miſſionis ſpirituales exercitationes, quæ debent Sacræ Ordinationi præmitti, ſe conferre.

At ejuſmodi precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis, rogatus fuit prædictus Eminentiſſimus Diaconus eamdem de toto negotio inſtructam reddere, cumque Eminentia Sua ſub ſpe compoſitionis inter Capitulum, & Auguſtinum conciliandæ poſtulatam relationem ad aliquot menſes protraxerit, & interea temporis ſub menſem ſcilicet Decembris ſuperioris anni 1740. canonicus Lhulliè Sacrum Subdiaconatus Ordinem ſuſceperit, ſpes vero omnis ineundi optatam concordiam demum evanuerit, oportet modo bina inferius deſcribenda Dubia decidere.

Fructus ſui canonicatus deberi canonico Lhuillè a die ſolum, quo Sacro Subdiaconatus Ordine fuit initiatus, cæteros vero perceptos tempore, quo nondum is erat dicto ordine inſignitus, reſtituendos eſſe authumat capitulum ob claram, ut inquit, memorati Statuti Sanctionem, cui a Summo Pontifice in præfatis literis derogatum haud fuiſſe pluribus argumentis conatur oſtendere; ſive quia diſpenſatio Summi Pontificis ſuper defectu ætatis canonico Lhulliè impertita referenda ſit ad Titulum, & poſſeſſionem canonicatus, qui utpote Sacrum Ordinem habens adnexum abſque Apoſtolica diſpenſatione obtineri nequiret, non vero ad fructuum perceptionem, quæ ſeparari optime poteſt a titulo ipſo canonicatus; ſive quia generica illa ſtatutorum derogatio extendi non valeat ad hujus Eccleſiæ collegiatæ ſtatuta, quę ſub quibuſvis licet amplis derogationibus comprehendi queunt, niſi individua, & ſpecifica eorumdem facta mentione; ſive demum quia canonico Lhulliè, qui legitimam ætatem aſſecutus diſtulit Sacrum Subdiaconatus Ordinem ſuſcipere, non debeat, quæcumque ea fuerit, diſpenſatio Summi Pontificis opitulari.

Contra vero dictus canonicus animadverti poſtulat, quæſtionem

non

non modo esse, num Summus Pontifex iisdem Statutis derogasse censeatur, sed potissimum in eo versari, num ejusmodi statuta fructuum perceptionem interdicant canonicis tantum nolentibus, vel negligentibus intra annum Sacris initiari, aut iis etiam, qui ex defectu ætatis, vel alia justa ex causa præstare id nequeant; quemadmodum enim Clementina *Ut ii 2. de ætat. & qualit. ordin.* a Sacro Concilio Tridentino *Sess.22. de ref. cap.8.* innovata, qua canonicis Præbendam sacrum ordinem adnexum habentem assecutis subtrahitur dimidia pars distributionum, si intra annum, justo cessante impedimento, sacrum ordinem non susceperint, eos non comprehendit canonicos, qui ex defectu ætatis, aut alia justa de causa sacros ordines suscipere prohibentur, utpote qui sine eorum negligentia, vel culpa non sint pœna ista plectendi, ut pluries ab hac Sacra Congregatione Concilii decisum referunt *Barbos. de Canonic. cap.37. num.13.*, & *cap.21. num.12. Pignattell. Consult.19. num.20. tom.3.*, ita & statutum, de quo agitur, sic intelligi debere contendit, ut privatio fructuum ibidem indicta canonicos tantum vel nolentes, vel negligentes afficiat, non vero eos, qui ætatis defectu, aut alio justo detenti sunt impedimento, quominus ad sacros ordines valeant promoveri.

Juris quæstionem, an scilicet is, qui super ætatis defectu est dispensatus, ut canonicatum, cui ordo sacer adnexus est, obtinere possit, in vim ejusmodi dispensationis queat fructus, & distributiones canonicatus percipere, donec sacro initietur ordine, non obstante Ecclesiæ statuto, quo canonicis ad sacros ordines non promotis fructuum, & distributionum quotidianarum perceptio interdicitur, tractant *Pignattel consult. 19. tom.3. Rot. cor. Peutinger. dec.161.* Omnibus itaque perspectis una cum luculenta relatione Eminentissimi Diaconi dignentur EE. PP. rescribere.

I. *An, & a quo tempore fructus Canonicatus debeantur in casu &c.*

II. *An rata dictorum fructuum percepta in primo anno, sit restituenda in casu &c.*

Ad primum deberi a die captæ possessionis. Ad secundum provisum in Primo, & amplius.

CASSANEN. DISMEMBRATIONIS. Divulsit Episcopus Cassanensis sub annum 1739. a Territorio Parochialis Ecclesiæ S. Juliani Civitatis Castrivillarum tria loca, nimirum *Il Piano della Pera*, *Rocca poverella*, & *Olivetello*, novamque ex eis Parochiam pluribus adjectis conditionibus erexit, constituitque in Ecclesia S. Mariæ Constantinopolis, & S. Josephi; Sed ejusmodi dismembrationem ægre ferente Clero dictæ Ecclesiæ S. Juliani oportuit ad ejus petitionem quatuor hæc dubia discutere -- *I. An constet de nullitate dismembrationis Ecclesiæ S. Juliani Castrivillarum in casu &c., & quatenus affirmative? II. An, & quomodo sit providendum in casu &c. III. An novus Parochus Ecclesiæ S. Josephi, ejusque Successores debeant ad instar aliorum Pre-*

Presbyterorum participare de massa, aliisque emolumentis Ecclesiæ, & Cleri S. Juliani in casu &c. IV. An aliqui Sacerdotes, & Clerici dictæ Ecclesiæ S. Juliani debeant inservire Ecclesiæ S. Josephi juxta ordinationem Episcopi, & nihilominus participare de massa, & emolumentis Ecclesiæ S. Juliani in casu &c. quibus die 17. Decembris superioris anni responsum fuit -- *Ad I. affirmative. Ad II. deputandum esse ab Episcopo in Coadjutorem alterum ex Presbyteris participantibus, qui resideat penes Ecclesiam S. Josephi, ibique curam animarum exerceat juxta modum ab eodem Episcopo præscribendum cum exemptione a servitio in Ecclesia S. Juliani.*

Primum quidem adversus hanc resolutionem audiri postulavit Episcopus; At postmodum acquiescens Eminentissimorum PP. judicio, quo satis animarum curæ consultum esse putaret, literas deinde Sacræ Congregationi dedit, in quibus explicans modum, quem ipse in destinatione præfati coadjutoris ad nova, ut ait, evitanda jurgia statuendum esse censeret, ejusdem Sacræ Congregationis oraculum sibi hac super re aperiri exoptat.

Modus autem ab Episcopo propositus in his potissime versatur. Primo, quod coadjutor easdem familias, quæ novo Parocho in Bulla erectionis novæ Parochiæ destinatæ fuerant, suæ curæ ita addictas habeat, ut istis minime liberum sit Ecclesiam S. Juliani pro susceptione Sacramentorum adire; secundo, quod in eadem Ecclesia S. Josephi Fons Baptismalis collocetur, ut infantes Familiarum coadjutoris curæ creditarum lustralibus aquis ibidem regenerentur; Tertio, quod eidem coadjutori debeantur emolumenta omnia, quæ vocantur *Stolæ*, ex dictis familiis ejus curæ adscribendis provenientia; & quarto demum, quod aliqui ex Clericis Parochialis Ecclesiæ S. Juliani servitio adscriptis, atque ex Presbyteris supranumerariis diebus Dominicis, & Festis præsertim solemnioribus ad inserviendum dictæ Ecclesiæ S. Josephi teneantur accedere saltem, donec occasio detur alios prima Tonsura initiandi, & servitio ipsius Ecclesiæ S. Josephi adscribendi.

Verumtamen, ne modus iste a S. Congregatione approbetur, quum plurimum obsistat Clerus S. Juliani exponens, eum adamussim præseferre conditiones omnes, quas Episcopus præscripserat in sua sententia dismembrationis Parochiæ ab EE. PP. improbatæ, eumdemque modum in singulis suis capitibus nullo pacto convenire posse cum simplici coadjutoris deputatione ab hoc Sacro Tribunali Decreta, tum quia improvidum omnino sit, quod integra, atque in omnibus suis partibus indivisa remanente Parochia S. Juliani, aliquæ ejus familiæ ita addicantur curæ coadjutoris, ut habendæ sint veluti ab eadem Ecclesia S. Juliani prorsus divulsæ, & abdicatæ, dum eam pro suscipiendis Sacramentis adire amplius non possent, tum quia expresse reprobatur a jure, duos fontes baptismales intra limites ejusdem Parochiæ retineri, juxta Can. Concil. Tolet. relat. a Gratiano *in can. placeat* 17. *q.* 1., tum demum quia soli Parocho, non autem

tem ſimplici coadjutori congruant emolumenta ſtolæ, quæ Parochialem denotat juriſdictionem ad tradita per *Monacell. in form. Eccl. tom.* 1. *tit.* 10. *form.* 17. *num.* 4., proindeque idem Clerus demiſſe ſupplicet, ut prævia perſeveratione in deciſis, omnimoda jubeatur amotio fontis baptiſmalis ab Eccleſia S. Joſephi, ſtatuaturque, coadjutorem ibidem deputandum dependere in omnibus debere a Parocho S. Juliani, neque ullum ex Presbyteris, ſive Clericis eidem Eccleſiæ S. Juliani adſcriptis cogendum fore ſervitium aliquod ſæpedictæ Eccleſiæ exhibere, deliberandum idcirco manet. *Seſſ. 24. cit. de ref.*

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*, & quatenus affirmative *ad primam partem*.

II. *An modus ab Epiſcopo propoſitus ſit approbandus, vel potius an, & quomodo ſit reſcribendum in caſu &c.*

Ad primum in deciſis, & amplius. Ad ſecundum negative ad primam partem; & ad mentem.

TUSCULANA CAPPELLANIARUM. Petrus de Magiſtris in teſtamentariis tabulis ſub annum 1687. conditis, injuncto Rectoribus Cappellaniarum, quas erigi juſſerat, onere celebrandi ſingulis hebdomadis tres Miſſas lectas in Eccleſia Patrum Scholarum Piarum ad Altare Matris Dei, circa qualitates in iiſdem Cappellaniarum Rectoribus volitas in hæc verba ſubjecit -- *E ſe li ſuddetti Cappellani da me ſopra eletti, e nominati non averanno la prima Tonſura, e come tali ſi rendeſſero incapaci di dette Cappelle, e Beneficii, in tal caſo voglio, che abbino tempo due meſi dal giorno della ſua morte. e reſpettivamente della nomina, che in avvenire ſi farà, ad ordinarſi in modo, che ſi rendino capaci, e degni di dette cappelle, e beneficii, e poſſino far ſoddisfare tutti li peſi, obligbi, ed ordini, alli quali ſarebbono tenuti eſſi medeſimi in virtù della preſente mia diſpoſizione, come Sacerdoti, al qual Sacerdozio io prego, ed eſorto tutti li ſuddetti da me nominati, e che in avvenire ſi nomineranno in perpetuo, a farſi promovere, quanto più preſto poſſono, eſſendo, che la mia volontà ſia, che detti miei Cappellani ſiano ſempre Sacerdoti, e Cappellani perpetui &c. e ſe per cauſa di ſtudio, liti proprie, ed in qualſivoglia altro modo foſſero mai legitimamente impediti, mi contento, che poſſino far ſoddisfare i loro obblighi da altri Sacerdoti* -- In codicillis autem, quos eodem anno 1687. exaravit ſuffectis in locum cappellanorum, quos antea in teſtamento nominaverat, Paulo Criſpi, Joſepho Buzj, & Joanne Bernardino Bianchi, ita de eodem Bernardino Bianchi loquutus eſt -- *E per eſſere detto Bernardino uno de' già nominati Cappellani, laſcio, che ſubito ſeguita la ſua morte, non eſſendo per qualſivoglia cauſa commodo ad ordinarſi, debba, e poſſa veſtire da chierico, avendo tempo un anno a farſi Sacerdote, in queſt' anno debba avere l'entrata, come gli altri, con obligo di far celebrare le meſſe in ſodisfazione del legato a ſuo vantaggio.*

Ad tramites teſtamentariæ hujusdiſpoſitionis erectæ fuerunt enun-

ciatæ cappellaniæ, quarum Rectores quum negligerent, imo etiam renuerent Presbyteratus ordinem assumere, Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis contendens, eos teneri quanto citius dicto ordine insigniri, in judicium vocavit coram Vicario Generali, a quo sententiam votis suis conformem anno 1705. obtinuit.

At appellatione per cappellanos ad A. C. interposita, editaque ab isto sententia priori contraria, quæ in authoritatem quoque rei Judicatæ transiisse dicitur, tandem Promotor Fiscalis eamdem controversiam coram sacro hoc Tribunali instaurare sategit, propositoque sub diem 14. Januarii Dubio: *An cappellaniæ, de quibus agitur, sint Sacerdotales in casu &c.* responsum fuit: *Esse Sacerdotales habitu, & amplius*: Huic autem rescripto cum non acquiescant cappellani prædicti utentes hodie novæ audientiæ beneficio pridem impetrato, postulant ab EE. VV. perpensis juribus, quæ ipsorum nomine circumferentur, deliberari.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 12. de ref.

NULLIUS, SEU SUBLACEN. CONCURSUS: Sequuta sub mensis Augusti 1739. vacatione Archipresbyteralis Ecclesiæ in Castro Serani Abbatiæ Sublacensis erectæ per liberam illius resignationem a Blasio Manni possessore factam, Vicarius Generalis Eminentissimi Cardinalis Spinulæ moderni Commendatarii dictæ Sublacensis Abbatiæ consuetum jussit affigi edictum, quo omnes ad illius Ecclesiæ curam concurrere cupientes excitarentur, monerenturque ad se infra decem dies præsentandos, suaque nomina, Cognomina, ætatem, & Patriam in Actis curiæ abbatialis describi faciendum, ita ut, eo transacto termino, posset de Doctrina cujusque ex concurrentibus coram eodem Vicario Generali, & Synodalibus examinatoribus fieri experimentum.

Tres itaque intra terminum ab hoc Edicto præfinitum in abbatiali curia comparuere, seque pro memorato concursu fecerunt describi, nempe Claudius Amadei Sacerdos, Petrus Proprii, & Dominicus Perelli tunc temporis Diaconi; Habitoque sub diem 22. dicti mensis Augusti examine Sacerdos Amadei fuit a duobus ex tribus Examinatoribus reprobatus, bini vero Diaconi per suffragia duorum Examinatorum approbati fuere; sed quia in actis concursus approbationi factæ a duobus Examinatoribus Petri Proprii addita leguntur verba hæc: *cum magis*; contendens idcirco præfatus Petrus, ex dictis verbis; *cum magis*: approbationi suæ adjectis satis compertum fieri, se fuisse ab Examinatoribus magis dignum, & idoneum præ altero competitore renunciatum, de collatione hujus Archipresbyteralis Ecclesiæ ab Eminentissimo Abbate Commendatario in personam Dominici Perelli subinde facta statim penes Sacrum hunc Senatum conque-

stus

ſtus eſt, ſuaſque proſequens quæ relas modo inſtat pro deciſione Dubii, quod infra deſcribetur.

Vicarius Generalis Eminentiſſimi Abbatis in relatione ad Sacram Congregationem tranſmiſſa exponit, Examinatores in computatione punctorum, quæ concurrentes obtinuerunt, ceuſuiſſe: *Petrum de Propriis ſuperaſſe Dominicum Perellum in uno puncto cum dimidio; At cum neuter eorum (ſubdit idem Vicarius) illam punctorum quantitatem attigerit, quæ neceſſaria judicabatur pro conſecutione trium votorum, Examinatores duo vota utrique attribuerunt, ſed Petro de Propriis ratione dicti, etſi minimi exceſſus, operæ pretium duxerunt quoddam veluti diſtinctivum aſſignare, adnotari faciendo in Actis concurſus, illum fuiſſe approbatum a duobus -- Cum magis* -- His ita præmiſſis quoad ſignificationem, & efficaciam memoratæ dictionis -- *cum magis* --, in qua Petrus Proprii præcipuum conſtituit ſuæ petitionis fundamentum, idem Vicarius Generalis, ut oſtendat hinc perperam ab illo de injuſtitia redargui judicium Eminentiſſimi Abbatis, in hæc verba proſequitur -- *Palam eſt, examinatores nulla alia ratione illam adjicere voluiſſe, ac potuiſſe, quam ad tali pacto indicandum, ut, ſupra exceſſum unius puncti cum dimidio, quem favore prædicti Petri calcularunt; nimirum ſiquidem notum eſt, ad Ordinarium, non ad ipſos ſpectare præelectionem illius, qui cæteris magis idoneus judicetur, quod ultra ſacri Concilii Tridentini diſpoſitionem, Syuodali etiam lege cautum eſt a cl.me. Cardinali Carolo Barberino in cap. de Examinatoribus in fin.* ibi: Secretis Suffragiis approbent, judicio de electione magis idonei nobis reſervato: *Et ex ipſorum etiam Actorum concurſus lectura apparet, in quorum calce juxta ſtylum hujus Curiæ decreta legitur illorum tranſmiſſio ad Eminentiſſimum Ordinarium pro electione magis idonei E. S. reſervata, quod profecto contradictionem involveret, ſi electio magis idonei facta fuiſſet, ut prætenditur, in concurſu per Examinatores, & in eodemmet concurſu reſervaretur Eminentiſſimo Abbati; unde cum etiam in caſu, quo Petrus ab omnibus, Dominicus vero a majori tantum parte fuiſſet approbatus, adhuc Eminentiſſimus Ordinarius valuit præeligere hunc ſecundum, inſpecta majore ejus ætate, morum honeſtate, ac gravitate, & prudentia, quibus pollere invenit, eo magis id præſtare potuit citra irrationabilitatem, dum unuſquiſque eorum duo æqualiter vota reportavit.*

Porro, ſi ſpectetur Sanctio Tridentini Synodi *Seſſ.24. cap.18. de reform.* Examinatorum Synodalium munus eſt renunciare, quot ex Concurrentibus reperti fuerint idonei, non autem quis eorum ſit dignior, quum Epiſcopo reſervetur, eum, quem ipſe digniorem judicaverit eligere, ut cum aliis notant *Garz.de Benef. par.9. cap.2. num.108.*, & *Ventriglia in prax. for. Eccl. part.2. annot.5. §.1. num.49.*, & declaravit Sacra Congregatio in *Abulen. 1. Decembris* 1593. ubi ad IV. Dubium reſpondit: *Examinator debere denunciare, quot idonei reperti fuerint, non autem*

quis eorum dignior sit ; Episcopum autem suo judicio debere eligere digniorem : ut in lib. 7. Decr. pag. 139. ter.

Num vero, admissa etiam hac juris Theorica, justam probet Petrus Proprii hodie sacerdos querelam suam, dispiciendum erit ab Eminentissimis PP. qui rogantur decidere.

An constet de irrationabili judicio Eminentissimi Abbatis Commendatarii in casu &c.

Negative, & amplius, & ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

Sess. 22. c. 6. de ref.

CELSONEN. Cum Provincialis Synodus Tarraconen. sub annum 1727. celebrata inter cætera sanciverit, legata Ecclesiis, aliisque piis locis relicta, quibus onera Missarum, & Anniversariorum, aliaque id genus annexa sunt, non posse ab earumdem Ecclesiarum Rectoribus, ac piorum locorum Administris absque Ordinarii licentia acceptari, nec pecunia ex censuum redemptione acceptas in aliorum censuum, aut prædiorum emptionem converti, Vicarius Capitularis Episcopalis Curiæ Celsonen. ejusmodi Synodalem Constitutionem imposterum observari præcepit, ea insuper adjecta lege, ut emolumenta sexdecim solidorum pro interpositione Decreti, septem vero solidorum pro licentia extrahendi pecunias depositas Episcopali Curiæ persolvantur.

At exorta inde multiplici controversia inter ejusdem Curiæ Promotorem, ac communitatem Presbyterorum, aliamque sodalitatem *Defunctorum* nuncupatam in Ecclesia Parochiali S. Eulaliæ loci de Berga erectas, eaque ad A. C. delata, protulit iste sub die 20. Aprilis 1739. definitivam sententiam, qua declaravit prædictas communitates, & sodalitatem non posse sine Episcopi licentia hæreditates adire, nec legata sibi relicta, pecuniasque in rei frugiferæ emptionem investire, Episcopum verò teneri eamdem licentiam in scriptis intra viginti dierum terminum a die petitionis numerandum gratis impertiri, eoque termino elapso, & licentia tali pacto non tributa, liberum esse utrique communitati, & sodalitati ejusmodi negotia propria authoritate absolvere, perinde ac si Episcopi consensus accederet.

Quum autem Promotor Curiæ Episcopalis coram Eminentissimo Card. Passeri tunc Pro-Auditore S. M. Clementis XII. petierit circumscribi sententiam A. C., causamque ex integro ad hanc Sacram Congregationem remitti, idem Eminentissimus Pro-Auditor causam S. Congregationi delegavit in gradu appellationis, quam modo prosequentes præfatæ communitas Presbyterorum, & defunctorum sodalitas nedum propugnant se non posse ad ullam solutionem pro licentia ab Episcopo obtinenda perstringi, verum etiam nulla sibi opus esse ejusdem Episcopi licentia in finem sive acceptandi hæreditates, & pia legata sibi relicta, sive investiendi in censibus, paribusque frugiferis investimentis pecunias, quæ ex aliorum censuum retrovenditione in arcam depositorum devenerint. Mo-

Momenta, quibus ſæpedictæ communitas, & ſodalitas potiſſimum innituntur, ad hæc videntur redigi poſſe, primo, quod vetuſtiſſima ad annum uſque 1727. in ipſa Eccleſia Parochiali loci de Berga, aliiſque pluribus prædictæ Diœceſis Celſonen, ac etiam poſt annum 1727. in variis aliarum ejuſdem Provinciæ Terraconenſis Diœceſum Eccleſiis viguerit conſuetudo adminiſtrandi, atque inveſtiendi, inconſulto prorſus Epiſcopo, pecunias hujuſmodi communitatum Presbyterorum; ſecundo, quod nullus omnino memoratæ Eccleſiæ Parochialis de Berga favor, atque utilitatis ratio ſuadeat Ordinarii decretum in iis rebus exquiri, cum ſatis ſuperque ipſius Eccleſiæ indemnitati, & commodo per conſilium communitatis Presbyterorum numerum tricenario majorem componentis proſpectum videatur, dum ipſorum maxime intereſt negotium Eccleſiæ utile gerere, iique ſtatum ipſius Eccleſiæ, ac cenſualium Debitorum facultates apprime noſcunt; Tertio quod non leve detrimentum piorum diſponentium animabus contingat ex impoſita neceſſitate petendi licentiam, atque ſtatutam pro illa ſolvendi mercedem, inde enim & ipſarum ſuffragia imminui, & diutius quoque iſta protrahi neceſſe eſt, cum locus de Berga per quatuor ſupra viginti milliaria diſtet a Civitate Celſonæ; & quarto demum, quia paulatim præfatæ communitas, atque ſodalitas a ſuo decident inſtituto, & Parochialis Eccleſia ad inopiam vergere conſpicietur, Teſtatores quippe ab ea ſuffragiorum tarditate retracti ad Monaſteria Regularium potius, quam ad dictas ſocietates, & ad memoratam Eccleſiam piis legatorum ſubſidiis fovendam, ditandamve ſuum convertent animum, quemadmodum plures Notarii ejuſdem loci de Berga ab iiſdem Teſtatoribus occaſione recipiendi eorum ultimas voluntates audiviſſe teſtantur, addentes præterea eos quoque, qui pecuniis indigent, libentius cum aliis, quam cum adminiſtratoribus earumdem ſocietatum contractus cenſuum inire ut celerius propriis neceſſitatibus conſulant, novæque mercedis ſolutionē, quæ pro decreto Ordinarii contenditur exigi, devitent.

His itaque perpenſis, onus erit EE. VV. reſcribere.

I. *An Communitas Presbyterorum, & Sodalitas Defunctorum erectæ in Eccleſia S. Eulaliæ Villæ Bergæ valeant abſque licentia Ordinarii acceptare legata, aliaque pia relicta ſub perpetuo onere Miſſarum, Anniverſariorum, & ſimilium.*

II. *An prædicta loca pia poſſint pariter abſque licentia Ordinarii facere inveſtimenta pecuniarum provenientium ex retrovenditione cenſuum in aliis ſimilibus cenſibus, & inveſtimentis, & quatenus negative ad utrumque.*

III. *An idem Ordinarius teneatur dictam licentiam gratis, & abſque ullo emolumento aſſertæ ſcripturæ, & aſſerti laboris Notarii, ſeu Cancellarii concedere, & ſit ſtatuendus terminus ad illam concedendam in caſu &c.*

Ad I. & II. negative. Ad III. affirmative ad primam partem, & quoad ſecundam ſtatuendum eſſe terminum 20. dierum, & amplius.

Die

Die Sabbathi 12. Augusti 1741.

NULLIUS S.SOPHIÆ, seu BENEVENTANA. Causa hæc ad instantiam Eminentissimi Cardinalis Coscia Abbatis Commendatarii Abbatiæ S. Sophiæ sub diem 10. Junii proxime præteriti proposita fuit sub hisce dubiis : I. *An servanda sit concessio in emphitheusim reportatam per Principem S. Georgei de anno 1737. a S. M. Clemente XII. Bonorum, seu Feudi Locumbantis vulgo Covante, de quibus agitur, spectantis ad Abbatiam S. Sophiæ* ; & quatenus negative . II. *An sustineatur locatio eorumdem Bonorum facta per Eminentissimum Cardinalem Coscia Commendatarium ejusdem Abbatiæ favore Fratrum de Petrone in casu &c.*, quibus EE. PP., denegata dilatione per dictum Principem petita, rescripserunt : *Ad primum negative. Ad secundum affigantur Edicta*. Cum autem adversus ejusmodi resolutionem Princeps S. Georgei novæ Audientiæ beneficium statim impetraverit, subinde ad hanc usque diem fategerit iteratam Causæ propositionem differri, nunc demum, ipso etiam postulante, discutiendum proponitur consuetum Dubium. *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*

Sess.23. c.12. de ref.

In Decisis, & amplius.

MAZARIEN. JURIUM CAPITULARIUM. Parochialis Ecclesia S. Laurentii Oppidi Drepani, cui duo Parochi Animarum curam ibidem exercentes, decem Præsbyteri, & quatuor Clerici participantes inserviebant, noviſſime fuit a S. M. Clemente XII. in insignem Collegiatam ex duabus dignitatibus, una nempe Cantoratu, & altera Decanatu nuncupatis, atque ex novemdecim canonicatibus constantem erecta, eidemque tradita fuerunt pro dote non solum hæreditaria bona Petri de Messina, aliorumque piorum Benefactorum, verum etiam Præbendæ, seu portiones, quas antea obtinebant dicti duo Parochi, nec non bina beneficia, quæ in manibus ejusdem Summi Pontificis per duos ex præfatis Presbyteris fuerant libere resignata. In Bulla autem erectionis novæ hujus collegiatæ, quod peculiariter ad memoratas spectat Dignitates, ita executori præscribitur, ut in ea constituat „ unum cantoratum, qui inibi principalis &c. „ illiusque capituli caput existat, & tam in choro, quam capi„ tulo, processionibus, aliisque actibus, & functionibus capitu„ laribus tam publicis, quam privatis præsit, & præeminentiam, „ ac præcedentiam habeat, & unum Decanatum &c. qui inibi „ secunda Dignitates &c. existant &c. quibus omnimoda prædi-

Sess.24. c.12. de ref.

„ ctorum

„ ctorum Parochianorum Parochialis Ecclesiæ &c. eisdem mo-
„ do, & forma, quibus antea per Rectores pro tempore existen-
„ tes præfatos peragebantur &c. exercenda cura immineat ani-
„ marum: & ad quos arcæ horarum Canonicarum hujusmodi,
„ & aliorum quorumcumque administratio, nec non electio,
„ seu nominatio decem Presbyterorum, & quatuor Clericorum
„ choro dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii in secularem, &
„ insignem collegiatam &c. inservientium prædictorum, prout
„ antea ad unum, & alterum Rectores pro tempore existentes
„ spectabat, & pertinebat, deinceps perpetuis, & futuris tempori-
„ busprivative quoad alios quoscumque spectet, & pertineat,: Ju-
ra vero, quæ Summus Pontifex indiscriminatim concessit can-
tori, decano, & novemdecim Canonicis, per hæc verba recen-
sentur: „ ut ipsi capitulares congregati pro dictæ Ecclesiæ, &
„ illius mensæ capitulari, Sacristiæ, illarumque rerum, & bono-
„ rum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium guber-
„ nio, & directione, necnon onerum illis respective incumben-
„ tium supportatione, Divinorum Officiorum, Processionum,
„ funeralium, anniversariorum, & suffragiorum celebratione,
„ distributionum quotidianarum, & aliorum emolumentorum,
„ quorumcumque exactione, repartitione, perceptione, & di-
„ visione pœnarumque per absentes, ac divinis officiis suo loco,
„ & tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis, &
„ eorum cuilibet incumbentia subire negligentes, incurrenda-
„ rum incursu singulorum, præsentiis, & absentiis, notandis
„ cæremoniis, & ritibus in dicta Ecclesia, illiusque choro, capi-
„ tulo processionibus, & aliis actibus hujusmodi servandis offi-
„ cialibus, & ministris dictæ Ecclesiæ necessariis deputandis, &
„ amovendis, & ministeriis per seipsos subeundis, salariis, &
„ stipendiis præstandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis ne-
„ cessariis, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, & decre-
„ ta licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, constitu-
„ tionibus apostolicis, decretisque Concilii Tridentini minime
„ adversantia, & per ordinarium loci prius examinanda, & ap-
„ probanda, sine tamen præjudicio jurium, cantori, & deca-
„ no pro tempore existentibus &c. spectantium circa Arcæ hora-
„ rum Canonicarum hujusmodi, & aliorum a dicto Petro favo-
„ re erectionum, & institutione prædictarum ut præfertur reli-
„ ctorum, & juxta dispositionem ejusdem Petri administrando-
„ rum respective bonorum, respective administrationem, nec-
„ non quoad nominationem decem Presbyterorum, & quatuor
„ Clericorum dictæ Ecclesiæ inservientium edendi, & edicta de-
„ clarandi, ac interpretandi, & in minorem formam redigendi,
„ ac reformandi, seu alia denuo ex integro edendi, plenam, &
„ omnimoda facultatem, potestatem, & auctoritatem apostoli-
„ ca auctoritate &c. perpetuo concedimus, & impartimur.

At vix expleta istius collegiatæ erectione, cum statim cœperint cantor, & decanus liberam sibi, & absolutam functionum omnium directionem, totum Ecclesiæ regimen, plenam bono-

rum

rum omnium ad eamdem Ecclesiam spectantium administrationem, & demum omnimodam animarum curam independenter a Canonicis asserere, plurima hinc inter easdem dignitates, & Canonicos oborta fuere dissidia, quæ tandem ut dirimantur, neque diutius langueſcant Dei cultus, Ecclesiæque servitium ob hasce lites nonnihil imminuta, rogantur EE. PP. operosum aggredi negocium decidendi sequentia dubia in partium contradictorio subscripta.

I. *An ad capitulum una cum cantore, & decano spectet jus dirigendi, & gubernandi functiones Ecclesiasticas, exceptis parochialibus in Ecclesia collegiata peragendas, seu potius ad eosdem cantores, & decanum privative in casu &c.*

II. *An ad integrum capitulum spectet jus administrandi omnia, & quæcumque bona tam dotalia parochialis, quam cætera quovis titulo, & nomine ad Ecclesiam spectantia, & respective exercendi jura spiritualia, nimirum concedendi facultatem Regularibus, sive confraternitatibus ducendi processiones intra limites Parochiæ, & similia, seu potius ad cantorem, & decanum &c.*

III. *An ex nunc constituenda sit Arca communis mensæ capitularis ad asservandos fructus, & emolumenta quæcumque, etiam parochialia singulis dignitatibus, & canonicatibus respective debita.*

IV. *An capsa horarum canonicarum deponere teneatur in eadem arca mensæ capitularis annua sc. 60. debita duobus ex canonicatibus a Petro de Messina fundatis, donec illorum Dos transeat in Ecclesiam.*

V. *An fructus bonorum subrogatorum in locum dotis relictæ pro aliis quatuor canonicatibus a dicto Petro fundatis, deponi debeant in eadem arca communi ad effectum distribuendi præfatis canonicis respective.*

VI. *An jus distribuendi omnes prædictos fructus suis respective Præbendatis octo canonicatuum Petri Messina spectet ad Dignitates privative, seu potius ad integrum capitulum.* Et quatenus negative ad primam partem.

VII. *An idem jus distribuendi fructus cuilibet ex dd. sex canonicis competat capitulo, etiam postquam bona a Petro Messina relicta transiverint in Ecclesiam.*

VIII. *An similiter ad idem capitulum spectet jus distribuendi decem Presbyteris, & quatuor clericis emolumenta ipsis debita super eisdem bonis Petri Messina, seu potius ad duas dignitates.*

IX. *An in eadem arca communi capitulari deponenda sit tertia pars fructuum Præbendarum Parochialium, & canonicalium, ut erogentur in distributiones quotidianas.* Et quatenus affirmative.

X. *An hoc ipsum servari debeat etiam postquam bona Petri Messina transiverint in Ecclesiam.*

XI. *An ad distributiones ex arca horarum canonicarum solvendas præter decem Præsbyteros, & quatuor clericos a dignitatibus nomi-*

nominandos admitti possint alii Sacerdotes, & clerici choristæ supernumerarii, & quatenus negative.

XII. *An ad hunc effectum capitulo præsidere liceat solutionibus dd. distributionum favore eorumdem faciendis, seu potius solutio prædicta privative facienda sit a Dignitatibus.*

XIII. *An præfati decem Presbyteri, & quatuor clerici choristæ debeant dependere, & manere subjecti præfatis Dignitatibus tantum, seu potius subjici integro capitulo.*

XIV. *An cura habitualis spectet, & resideat penes Dignitates, seu potius penes capitulum*, & quatenus negative ad primam partem.

XV. *An in casu remotionis, suspensionis, aut alterius impedimenti liceat Dignitatibus, seu potius capitulo eligere substitutos pro exercenda actuali cura animarum.*

XVI. *An decedente aliqua ex dd. Dignitatibus, liceat capitulo, prævia approbatione Ordinarii deputare substitutum pro exercitio dictæ curæ, donec dignitas vacans provideatur.*

XVII. *An præfatis dignitatibus liceat assumere titulum Parochi, & Rectoris Portionarii.*

XVIII. *An cantori liceat intitulari caput insignis Collegiatæ inscripturis tam publicis, quam privatis.*

XIX. *An dignitates, & canonici teneantur subire onera suis respective præbendis injuncta*, & quatenus affirmative.

XX. *An dignitates ratione Prænendarum Parochialium teneantur post erectionem ad eadem onera, prout ante erectionem erant obligati.*

XXI. *An ad integrum capitulum spectet jus condendi statuta, deputandi, & amovendi omnes Officiales, ac Ministros, nec non assignandi, & præstandi salaria, & stipendia, seu potius ad cantorem, & Decanum privative in casu &c.*

Ad Eminentissimum Præfectum cum facultatibus S. C. etiam concordandi.

NULLIUS FARFEN. CAPPELLANIÆ. In nuncupativo, quod Marianus de Ferrarettis sub annum 1515. condidit, testamento Cappellaniam in Collegiata Ecclesia S. Michaelis Archangeli fundavit ad Altare, seu Cappellam S. Mariæ Virginis Annunciatæ tunc recens ære proprio extructam, electoque in primum Cappellanum Benedictio Filio Micarelli ejus Nepote cum *arbitrio, & potestate utendi, & fruendi dicta cappellania, ejusque bonis, & dote* sub onere tamen quarumdam Missarum ab ipso, ceterisque Cappellanis adimplendo, juspatronatus activum, & passivum Colæ alteri nepoti, ejusque filiis, & Successoribus reservavit, cavitque postremo, ut, si præfatus Benedictus, aliique Successores Cappellani injuncto Missarum oneri non satisfecerint, *fructus illius anni de dicta dote* amittant; *iique applicentur cappellæ, & in ejus utilitate, ubi melius fuerit, expendantur*, & Præpositus, *qui pro tempore erit in dicta Ecclesia*, *Sess. 25. c. 5. de ref.*

prædicta exequatur, & exequi faciat sine aliqua (sunt Testamenti verba) *Judicis sententia, & authoritate.*

Sequuto sub annum 1720. obitu Augustini de Tostis istius Cappellaniæ Possessore, orta est inter Joannem Baptistam Colarieti, & Carolum Antonium itidem Colarieti controversia super nominationibus ad eorum favorem per Patronos hinc inde factis, cumque Carolus Antonius obtinuerit primum a Vicario Generali Farfensi sententiam, qua pronunciatum fuit, ipsum in dicta Cappellania tanquam in Beneficio Ecclesiastico esse instituendum, subindeque eamdem Cappellaniam itidem tamquam verum Beneficium Ecclesiasticum sibi ab Apostolica Sede conferri, & illius institutionem, ac possessionem ab Ordinario tradi curaverit, non obstante appellatione per Joannem Baptistam interjecta, idem Joannes Baptista Signaturam Justitiæ adiit, impetravitque ab ea rescribi sub diem 21. Martii 1726. *Prælato ex integro, circumscripta possessione, & apposito sequestro.*

At, defuncto postmodum Carolo Antonio, fuit illico Joannes Baptista ab omnibus Patronis ad controversam Cappellaniam nominatus, & a clar. mem. Barberino tunc Abbate Commendatario in ea pariter tamquam in Ecclesiastico Beneficio institutus; nunc vero cupiens idem Joannes Baptista uxorem ducere, istamque Cappellaniam veluti mere laicalem, & pium Missarum legatum in conjugali statu retinere, supplicat pro decisione duorum Dubiorum, quæ infra describentur.

Eminentissimus Cardinalis Passioneus Abbas Commendatarius Farfensis rogatus hac de re Sacram Congregationem edocere, post recensitam in luculentissima sua Relatione facti seriem mox descriptam, censet „ Cappellaniam esse mere laicalem, pro„ptereaque aptam, quæ in transitu etiam ad statum Conjugalem „a dicto Clerico Joanne Baptista retineri valeat „ hanc vero animi sui sententiam duplici præsertim facti circumstantia fulciri asserit, altera nempe „ quod non reperitur eam Episcopali au„thoritate, & consensu Ordinarii fuisse fundatam, quo certe „casu carere videtur qualitate spiritualitatis bonorum Deo di„catorum. Et altera, quod in illius erectione nullam Fundator „mentionem fecit de beneficio, sed tantum voluit, ut nomi„natus, & substitutus satisfaceret oneri Missarum; unde exclu„ditur, quod ipsa dici possit Beneficium Ecclesiasticum, ac per „consequens cum neglexerit Fundator Ordinarii assensum re„quirere in erectione facienda, & præceptum eligendi Cappel„lanum dederit descendentibus, dicendum est, non habuisse „propositum erigendi Beneficium Ecclesiasticum, sed simpli„cem tantum Cappellaniam pro utilitate, & commodo Fami„liæ. Absque eo quod ex supra relata Bullarum expeditione „argui in contrarium possit, vel quod assensus, qui desiderabatur „accesserit, vel quod per appositionem manuum a Summo Pon„tifice factam ultimus status sit attendendus, & provisio non de„simplici Cappellania, sed de Ecclesiastico Beneficio facta re„putari debeat. Facili namque negocio utrumque diluitur ob-

„jectum

„ jectum, ea nempe animadversione, quod per præfatos poste-
„ riores actus dici nunquam potest, Cappellaniam suam immu-
„ tasse naturam originariam, & qualitatem, quodque ultimus
„ status nunquam est attendendus, quoties de anteriori statu qua-
„ litatis Laicalis constat ex ipsa lege fundationis, quibus in termi-
„ nis causa possessionis a proprietate absorbetur.

His vero omnibus *adstipulatur*, uti subdit idem Eminentissimus Abbas, animadversio „ quod fundator enixe exoptaverit, quod „ semper, & quandocumque proximior ejus descendens ad di-
„ ctam Cappellaniam præsentari deberet; quamobrem cum in
„ præsenti nemo alter adsit de consanguinitate, qui de illa insi-
„ gniri queat, æquitati utique congruit, ut idem Clericus Joan-
„ nes Baptista Orator unicus, hac qualitate pollens, de illa frui va-
„ leat etiam ad statum Conjugalem transiturus, quo casu rema-
„ neret Administrator onerum adimplendorum, cum nulla sit
„ repugnantia, ut per alium Cappellaniæ oneribus satisfieri va-
„ leat, ideoque pro gratia, ut supra, saltem cum dispensatione
„ sum in voto &c.

De quæstione, num scilicet Cappellania sit Ecclesiastica, & in titulum collativa, vel potius mere laicalis, itaut in Conjugali quoque statu possit retineri, late tractant *Amostaz. de cauf. piis lib.3. cap.2. Garz. de benef. par.1. cap.2. num.102. & seqq. Lar. de Anniverf. & capp. lib.2. cap.1. Piton. de controv. Patron. alleg.34., & 87.* & novissime *Rot. in nullius, seu Orbitellen. capellaniæ 3. Febr.1741. §. His accedebat cor. R.P.D. de Caniliach.*; De more autem indulgendi, aliquando, ut Cappellania Ecclesiastica, seu Beneficium tituto laicalis administrationis cum facultate percipiendi fructus, & adimplendi onera Missarum per alium a persona sæculari retineatur, constat ex iis, quæ tradunt *Garz. de Benef. pact. 1. cap.2. n.30. Hoyed. de incompatibilit. Benef. lib.2. cap.24. num.77. Corrad. in prax.benef. lib.1.cap.4. num.2.* & colligitur ex resolutionibus Sacræ Congregationis editis in *Derthonen. 19. Augusti 1730. in Segobien. cappellaniæ 17. Novembris 1731. & in Angelopolitana cappellaniarum 5. Aprilis 1732.* nomine Oratoris adductis; Hunc quoque pertinere possunt, quæ adnotata fuere in folio distributo pro causa *Melevitana Indulti* die 10. Septembris 1735., quibus perpensis dignabuntur EE.PP. rescribere.

I. *An Cappellania fundata a Mariano de Ferrarettis pro illis de Descendentia Colæ suæ Nepotis sit laicalis, itaut retineri possit a Joanne Baptista etiam in statu Conjugali in casu &c.* Et quatenus negative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro gratia, ut dictus Joannes Baptista possit dictam Cappellaniam retinere titulo administrationis laicalis cum facultate percipiendi fructus, & adimplendi Onera Missarum per alium donec aliquis ex Descendentibus supradicti Colæ possit eam retinere in titulum in casu &c.*

Negative ad utrumque.

TUDERTINA BENEFICII. Simplex beneficium ſub titulo S. Mariæ de Scopulis erectum in Eccleſiola vulgo nuncupata *la Paſquarella*, & intra limites Territorii Caſtri Civitellæ ſita ad Parochialem Eccleſiam Caſtri Aquælaureti ſub annum 1593. translatum fuit, extructo ibi Altari ſub priſtina invocatione, & cum onere Miſſam unam quolibet die feſto celebrandi; Hæc autem dicti beneficii translatio ideo tunc facta aſſeritur, quia præfata Eccleſiola eſſet adeo temporum injuria labefactata, ut Miſſæ ſacrificium nequiret amplius in ea decenter celebrari: Quum vero modernus ejuſdem beneficii Rector Philippus Antamori utriuſque ſignaturæ Referendarius noviſſime compererit memoratam Eccleſiam ex piis fidelium oblationibus, & eleemoſynis fuiſſe refectam, adjunctis etiam quibuſdam Manſiunculis, quas poſſet ejus Cuſtos inhabitare, contendens propterea titulum iſtius beneficii in dicta Eccleſiola redintegrari debere, ſibique jus eſſe deputandi ejuſdem Eccleſiolæ Cuſtodem, rogat decidi duo dubia, quæ ad calcem præſentis Reſtrictus apponentur.

Seſſ. 25. c. 9. de Reg.

Duplici nomine contenditur, titulum memorati Beneficii reportandum eſſe ad ſæpedictam parvam ruralem Eccleſiam: Primo ſcilicet, quia vetus etiam translatio ad Parochialem Eccleſiam cenſeri non debeat abſolute, & perpetuo facta, ſed conditionate, & ad tempus, donec ſcilicet eadem eccleſiola reſtauraretur; Altero autem, quod nova etiam eccleſia in locum antiquæ ita ſuccedat, ut jura omnia, quæ ad eccleſiam veterem antea pertinebant, eidem competant, juxta tradita per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 20. n. 26. Azor. inſtit. Moral. cap. 3. quæſt. 13. verſ. Si vero Eccleſia diruatur lib. 9. part. 2.*

Quod vero attinet ad deputationem Cuſtodis ejuſdem eccleſiolæ jam reſtauratæ, eam ſibi confidit adjudicandam eſſe hodiernus ſæpedicti beneficii Rector, ex quo ipſa eccleſiola erecta reperiatur in ſolo, ſeu fundo ad idem beneficium pertinente; Receptum ſiquidem ait in jure eſſe, quod Rector beneficii, in cujus fundo eccleſia erigitur, patronatum ſuper ea ita acquirat, ut ipſius Cuſtodem, vel alium miniſtrum poſſit libere, & independenter ab Epiſcopo nominare, & deputare, *Joann. Andr. in cap. nobis de jurepatr. Gonzal. ad reg. 9. Cancell. Gloſſ. 6. n. 102. Pignattell. conſult. 18. num. 15. tom. 3. Piton. de controv. Patron. alleg. 54. n. 1. & alleg. 100. num. 169.*

Epiſcopus tamen in ſua relatione neutri Rectoris petitioni adhæret; Ad excludendam quippe poſtulatam tituli beneficiarii redintegrationem hæc habet „ licet pacifica poſſeſſio quoad hanc de novo ædificatam eccleſiolam ſane ſufficeret pro reiicienda petitione moderni Rectoris, addere quoque non prætermitto, „ quod ſubſiſtente dicta translatione, prout omnino eam ſubſiſtere inficiari nequit, eo ipſo corruit etiam altera prætenſio, „ quod ad eccleſiolam noviter reſtauratam reportari poſſit beneficium translatum, cum in vim hujuſmodi translationis, quoties ex piis fidelium oblationibus fuit noviter conſtructa, hæc „ amplius non dicitur antiqua eccleſia, ſed nova, non obſtante

„ te, quod ædificium factum fuerit, ubi antiqua Ecclesia per-
„ manebat, & proinde ecclesiola fere diruta, & collapsa eo ipso
„ quod fuit translata ad dictam ecclesiam parochialem, utique
„ ab hac removeri, & reportari ad locum antiquum non potest,
„ ut juxta communiter receptam Canonistarum sententiam in
„ his individualibus, imo & fortioribus terminis resolutum fuit
„ ab ista Sacra Congregatione in Æsina Translationis ecclesiæ
„ parochialis 7. Decembris 1709., & in Spoletana parochiali-
„ tatis die 16. Novembris 1715., & alibi pluries.

Custodis autem deputationem ideo putat moderno ejusdem beneficii Rectori nequaquam competere „ Cum (sunt verba ipsius „ Episcopi) sive dicta ecclesiola consideratur de tempore ante „ translationem, sive postquam fuit translata ad dictam Paro-
„ chialem Aquælaureti, utrobique convincatur sita intra limites
„ ejusdem Parochialis, & respective hujus meæ Diœcesis, cer-
„ tum est, quod nulli alteri, quam Diœcesano Tudertino Jus no-
„ minandi, & amovendi ad sui libitum Custodem spectare di-
„ cendum est, nec ex eo, quod olim existerit in dicta ecclesio-
„ la translata, & nuper restaurata simplex Oratoris beneficium,
„ aliquod jus nominandi Custodem habere potest, quod num-
„ quam nec ante, nec post translationem habuisse probari po-
„ test. Idque indubitanter, cum ultra juris assistentiam, quam
„ habet Episcopus pro omnimoda subjectione ejus ordinariæ ju-
„ risdictioni omnium Ecclesiarum, quæ sitæ reperiuntur intra li-
„ mites suæ Diœcesis, concurrit etiam in præsentiarum pacifica
„ possessio, & nunquam a moderni Rectoris antecessoribus con-
„ troversa tam in jure nominandi, quam amovendi prædictum
„ Custodem, aliosque ministros, prout, (pro majori divini
„ cultus augmento, & pro recta eleemosinarum, & oblationum
„ administratione) mihi visum fuerit expedire.

His itaque ponderatis, declarandum erit.

I. *An Titulus Beneficii S. Mariæ de Scopulis olim erectus in Eccle-siola Rurali Beatæ Mariæ della Pasquarella sit reportandus eidem Ecclesiæ noviter restauratæ*; & quatenus negative.

II. *An, & cui competat jus nominandi, seu deputandi Custodem dictæ restauratæ Ecclesiolæ in casu &c.*

Ad primum negative, & amplius. Ad secundum competere Episcopo.

BRACHAREN. ERECTIONIS HOSPITII. Sub annum 1675. Antonius Pincheiro, & Melchior ab Incarnatione prospectu-ri commodo eorum, qui Mundi illecebras evitare satagentes & fructuosæ solitudini, rerumque divinarum contemplationi se devovere statuerent, Eremum quamdam, congrua constituta bonorum dote, erexerunt ea sub lege, ne Eremus ista in alium quemcumque usum distraheretur. *Sess. 25. c. 6. de Reg.*

Juxta fundatorum mentem res diu stetit; At quum anno 1737. Simon, & Ludovicus a Conceptione nuncupati, ambo laici in dicta

cta Eremo degentes, ſub obtentu non inveniendi Conſocios volentes ibi ſolitariam vitam traducere, eremum iſtam una cum omnibus ejus bonis, & juribus donaverint, ceſſerintque Conventui Fratrum Ordinis Cappuccinorum Villæ de Barcellos, in finem eam rediegendi ad uſum Hoſpitii, & infirmariæ pro Religioſis ejuſdem Ordinis infirmis, & convaleſcentibus, Franciſcus Souza, & Menezes Rector Eccleſiæ Parochialis S. Petri finis De Tamál intra cujus Paræciæ limites ſæpedicta eremus conſtituta reperitur, præfatam donationem irritam eſſe contendens oppoſitorem ſe præbuit, ne ejuſdem donationis confirmationomine Syndici Fratrum dicti Conventus petita ab hac Sacra Congregatione indulgeretur; Quocirca oportet modo bina Dubia ad calcem Reſtrictus apponenda decidere.

Multiplici ex capite putat memoratus Parochus controverſam Donationem ſuſtineri non poſſe; Primo, quia obſiſtat explicata Fundatorum diſpoſitio; Secundo, quia duo Laici non poſſent Presbyteris in eremo degentibus, quibus ipſi tenentur inſervire, tantum ſibi jus arrogare; Tertio, quia ſi nulli amplius reperirentur Sacerdotes, qui dictam eremum deinceps incolerent, eremus ipſa una cum adjuncto Sacello, omnibuſque bonis ad eam pertinentibus remanere deberet ſub omnimoda juriſdictione, & poteſtate Ordinarii Bracharenſis, cujus muneris eſſet id totum in aliud pium opus convertere, numquam vero licere poſſet duobus Laicis, abſolutum ſibi illarum rerum dominium uſurpare, & in alios effræni quadam libertate transferre; propterea-que ſubiungit, nullo pacto in confirmationem donationis tot nominibus irritæ annuendum eſſe propoſitæ hoſpitii erectioni.

Vicarius Capitularis, qui ſuper precibus Sindici poſtulantis enunciatam donationem confirmari juſſus fuerat S. Congregationem inſtruere, in literis ſub annum 1739. datis confirmans ea, quæ circa inſtitutionem, progreſſum, & ſtatum toties dictæ eremi fuerunt expoſita, hæc habet „ Addo tamen, quod prohibitio „ alienandi viſa donatione eſt abſoluta, & nullam conſtituit „ differentiam inter uſus prophanos, vel Eccleſiaſticos, & ſic ir„ rita videtur donatio Syndico facta. Parochus pugnat pro ju„ ribus parochialibus, quibus privatur, confirmata donatione, „ addit Cappuccinos, quibus fit donatio, habere tres Conventus, „ unum ſupradictum de Barcellos, qui a tali Recollectione unam „ diſtat leucam; alium vocatum da Pranqueira cum ſimili in„ tervallo; alium juxta hanc Civitatem, qui tres diſtat; & ſic „ non indigere hoſpitio in tali loco, & multo minus infirmaria, „ ad quod inſtitutum ineptus eſt talis locus, & aptiſſimi Conven„ tus ſupradicti, ſuccedit, quod ſimiles fundationes non per„ mittuntur abſque licentia Principis, qui audito Ordinario, & „ populo ſine eorum aſſenſu regulariter hoc non permittit „ propter præjudicium prædictis reſultans. Accreſcit, quod „ populi non ſufficiunt ad alendos tres Conventus ſupradictos, „ & ſic magis gravarentur permiſſa tali fundatione. Aliud & ſane „ non parvum pullulat inconveniens, quippe in Recollectione

„ ejuſ-

„ ejuſmodi conſtituta reperitur obligatio certas quidem cele-
„ brandi Miſſas, quæ per viam legatorum fuit ſuſcepta, quo-
„ rum onerum omnino Cappuccini de Jure redduntur incapaces,
„ nec illorum ſubeundi obligationem valide poſſunt in ſe ſuſci-
„ pere: Denique exponens præfatus in ſupplicatione ſeſe veri-
„ tatis ſuppreſſione habuit, dum recollectis viris deſtitutam,
„ prædictam aſſerit eſſe recollectionem, cum potius in veritate
„ ſit, quod ad præſens in eadem degunt, & ſimul habitant viri
„ quinque congregati, & quorum tres ſunt Presbyteri, & alii
„ duo laici.

Præter ſupplicem libellum a Sindico Fratrum Cappuccinorum jam pridem datum nihil aliud fuit poſthac eius nomine exhibitum: Grave igitur non erit deliberare.

I. *An donatio ſuſtineatur in caſu &c.*

II. *An ſit locus erectioni Hoſpitii in caſu &c.*

Negative ad utrumque, & amplius.

SORANA PROCURATIONIS. Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Simonis Oppidi Albeti præter annuam ſummam Ducatorum octo, & carolenorum quatuor, quam nomine procurationis conſuevit hactenus Epiſcopo Sorano perſolvere, contendit ſe non teneri Epiſcopo dictam Collegiatam Eccleſiam viſitanti ullas tradere ſtrenas, aut victualia ſubminiſtrare, vel ſaltem, ſi ad victualia præſtanda obſtrictum judicetur, immune fieri ab onere ſolvendi dictam ſummam ducatorum octo, & carolenorum quatuor. Authumat præterea, Parochos, Beneficiatos, nec non Adminiſtratores Locorum Piorum dicti Oppidi debere impoſterum non tantum ratam procurationis, ſive hæc in enunciata pecuniaria quantitate, ſive in victualibus præſtetur, contribuere, eamque in manibus alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ ab Epiſcopo deputandæ exſolvere, verum etiam obſtringendos eſſe ſummas Capitulo uſque ab anno 1664., vel ſaltem ab anno 1698. ſolutas eidem reſtituere: Juxta hanc itaque petitionem Capituli ſubſcripta jam dudum fuere ſeptem Dubia, quorum deciſio in hodierna Congregatione poſtulatur. *Seſſ. 21. c. 5. de ref.*

Epiſcopus ſuper Capituli precibus excitatus, quod attinet ad inſpectionem, num ſæpedicta ſumma Ducatorum octo, & carolenorum quatuor ab eodem Capitulo ſolvantur titulo procurationis, vel potius Cathedratici in Relatione uſque ab anno 1736. tranſmiſſa hæc habet „ Veritati prorſus diſſonum eſt, quod Oratores
„ ipſi aſſerunt, nimirum annuam præſtationem ducatorum octo,
„ quam iidem ſingulis annis ſolvere tenentur huic Epiſcopali
„ Menſæ, ſuffici debere loco procurationis debitæ pro viſitatio-
„ ne, ac proinde ipſos immunes fore declarandos ab expenſis di-
„ ctæ viſitationis: Etenim licet eo nomine talis præſtatio videatur
„ appellari vulgo *procura*, nihil tamen commune habet cum pro-
„ curatione debita pro viſitatione; nam ultraquamquod jam dicta
„ Procura præter expenſas viſitationis in fine cujuſlibet anni ſolu-
„ ta ſemper fuerit, & ſolvi debeat, ſive fiat viſitatio, ſive non;

„ con-

„ concurrit etiam, quod nedum dictum Capitulum, seu Colle-
„ giata, verum omnes aliæ Parochiales tam Loci jam dicti, quam
„ totius hujus Diœcesis eodem tempore tenentur solvere dictas
„ Procuras, non obstante quod distinctim etiam solvant procura-
„ tiones, seu expensas pro victualibus, dum fit visitatio: Ex quo
„ eruitur dictam præstationem nomine tantum tenus, & abusi-
„ ve dici procuram; revera tamen æquivalere, imo vere dici
„ posse, & debere Cathedraticum, solvitur enim ab omnibus
„ Ecclesiis in honorem, & recognitionem Cathedræ Episcopalis.

Circa alteram vero quæstionem, an Parochi, Beneficiati, & Loco-
rum Piorum Præsides teneantur suas ratas procurationis contri-
buere, sub initium ejusdem Relationis hæc in facto exponit „ Pa-
„ rochiales Ecclesiæ, cæteraque Loca pia prædicti Loci renuunt
„ solvere eorum ratas pro victualibus, quæ subministrantur
„ Episcopo visitanti, ejusque famulatui ex eo quia ab immemora-
„ bili tempore sic servatum fuit, & occasione sacrarum visitatio-
„ num dictæ expensæ erogatæ semper fuerunt sumptibus solius
„ collegiatæ S. Simeonis, licet visitatæ etiam fuerint aliæ Paro-
„ chiales, & alia Loca pia prædictæ Terræ, & non parvo tempo-
„ ris intervallo ob eorum multitudinem, quod nullatenus in du-
„ bium revocari potest, Parteſque ipsæ non inficiantur: Hinc est,
„ quod, attenta observantia immemorabili, quemcum que ti-
„ tulum de mundo meliorem prædictæ Parochiales, aliaque Lo-
„ ca pia allegare præsumunt, etiam contra Juris assistentiam,
„ quam ad sui favorem Oratores adducunt, cum visitatitionis
„ expensæ pro rota a locis visitatis erogare debeant.

Adversus hæc jura sua deducit Capitulum, Parochi vero, ceteri-
que Locorum piorum Rectores opportune moniti nihil hactenus
attulere: Reliquum igitur est, ut EE. PP. pronunciare dignentur.

I. *An stante solutione annuorum Ducatorum octo, & carolenorum quatuor fieri solita ab Ecclesia collegiata S. Simeonis Albeti Episcopo Sorano titulo Procurationis possit idem Episcopus ipsam Ecclesiam collegiatam compellere ad subeundas expensas necessarias occasione Visitationis in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An imposterum teneatur Ecclesia collegiata S. Simeonis persolvere annuatim supradictos ducatos octo, & carolenos quatuor Mensæ Episcopali.*

III. *An ad integras expensas dictæ visitationis teneatur tantum dicta collegiata, sive potius teneantur pro rata contribuere alii Parochi, Beneficiarii, & Loca pia ejusdem Loci,* & quatenus negative *quoad primam*, & affirmative *quoad secundam partem.*

IV. *An integra summa solvenda sit in manibus Procuratoris capituli S. Simeonis, sive potius in manibus Personæ Ecclesiasticæ deputandæ.*

V. *An sit locus restitutioni omnium expensarum erogatarum ab ipsa collegiata pro visitationibus ab anno* 1664. *usque ad ultimam visitationem*, & quatenus negative.

An

VI. *An saltem sit locus dictæ restitutioni ab anno* 1698.
VII. *An Episcopus possit exigere Strenas a capitulo invitis capitularibus, cononicosque pro illis adstringere in casu &c.*

Ad Primum, & Secundum affirmative. Ad Tertium dilata, & coadjuventur probationes. Ad Quartum, Quintum, & Sextum dilata. Ad Septimum negative.

REGIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Joseph Dominicus Ferrari, in sæculo Antonius, nullitatem Professionis, quam in ætate annorum septendecim circiter constitutus die 27. Februarii 1715. in Conventu S. Mariæ Gratiarum civitatis Corrigii sub Instituto Ordinis Fratrum Prædicatorum emisit, judicaria methodo coram Ordinario, & Superiore Cænobii proponere cogitans, supplices S. M. Clementi XII. usque ab anno 1734. porrexit libellum, quo exponens, se ad controversam professionem vi, metuque a Constantino Patre, necnon a Jacobo germano Fratre natu majore fuisse compulsum, postulavit adversus quinquennium jam pridem transactum in integrum restitui: At, ejus precibus ad hunc Sacrum Confessum remissis, discutere modo oportet, num exoptata in integrum restitutio debeat impertiri. *Sess. 250. c. 19. de Reg.*

Ea, quæ in præsidium petitionis ab Oratore promotæ ex Processu jussibus Sac. Cong. confecto emergunt, per manus EE. VV. circumferentur; Ad rectam vero, maturamque deliberationem prætermitti non debet, antedictum Oratoris Patrem, a quo potissime asseritur incussus metus, formali subjectum examini plura deposuisse, quæ assertas violentias, & minas videntur excludere; Siquidem imprimis ita se explicuit,, Vedendolo così mal' „ incaminato (*scilicet filium suum Antonium*) li dissi, che dovesse „ prendere Stato, è l' insinuai lo Stato Religioso, ed in specie la „ Religione di S. Domenico, mentre avendo lo particolare divo„ zione alla Chiesa di Santa Maria delle Grazie, dove si ritrovano „ sepolti li miei Maggiori, & alla Chiesa di S. Maria della Rosa „ dello stesso Ordine quì in Milano, dove si ritrova sepolta mia „ Madre, ed un altro mio Figlio premorto, che doveva essere Re„ ligioso dello stesso Ordine li insinuai detta Religione dicendoli „ poi, che quando non avesse preso stato, è che avesse continuata „ mala vita colli compagni, non sarebbero mancati à me mezzi di „ castigarlo con farlo porre in qualchè castello.

Deindeque idem Costantinus ad interrogata respondens de tota rerum a se gestarum serie hæc affirmavit,, Puol essere benissimo, „ che in atto di collera come sogliono fare li Padri dando in „ qualche eccesso con li Figli lo minaciassi di farlo porre in qual„ chè castello, se non si faceva Religioso; ma essendo questo se„ guito molti anni sono, non mi posso ricordare de i termini pre„ cisi; Sò bene, che avendo un giorno preso qualche denaro, „ e temendo esso, che lo mortificassi con percosse, o altra spe„ cie di mortificazione, andò da un tal Padre Michele Agosti-

„ niano Scalzo nel Convento di S. Damiano di questa città à pre-
„ garlo, che s' interponesse presso di me perchè li perdonassi,
„ mentre avrebbe mutata vita, è che avrebbe preso stato; è che
„ siccome sapeva, che lo avevo genio alla Religione Domenica-
„ na si sarebbe fatto Religioso in essa Religione, è credo anche,
„ che lo stesso mio figlio per cominciare a trattare si servisse del-
„ lo stesso P. Michele, mentre esso trovò un P. Domenicano
„ credo fosse suo Parente, che prese l' assonto, perche cio seguis-
„ se, è doppo che Io sapendolo mi prevalsi del fu Signor Conte
„ Senatore Giulini affine d' avere persona, che conchiudesse con
„ li PP. l' affare, detto mio Figlio partì con il Padre parente di
„ detto Padre Michele, che si chiamava il Padre Somazzi; ma
„ che poi si facesse Religioso per le minaccie da me fattegli, Io
„ non posso dirlo.

Tandem vero ad tertium Capitul um sibi propositum hoc dedit responsum „ Io non sono andato con Lui, quando è andato in Reli-
„ gione, nemeno ero presente, quando fece la Professione,
„ mentre egli andò à Correggio col Padre Somazzi Domenicano
„ avendogli Io data la mia benedizione, senza che mi potessi ac-
„ corgere, che vi andasse spaventato dalle mie minaccie, che
„ poi esso avesse concepito nell' animo timore, per cui si fosse
„ indotto a farsi Religioso, Io non ero nel suo cuore, per vede-
„ re, che pensiero potesse avere, ne posso dire, che non vi
„ sarebbe andato, se io non gli avessi minacciato, mentre che
„ fuori di quello, che ho deposto di sopra, che l' avrei casliga-
„ to, se non avesse preso stato, senza pero obbligarlo più ad
„ una cosa, che all' altra, quantunque il mio genio fosse, che
„ si facesse Religioso Domenicano per li motivi che ho detti di
„ sopra, Io non mi ricordo di averlo messo in tale stato con le
„ minaccie di obbligarlo alla Religione, alla quale non vi sarebbe
„ andato, se non spaventato, ed intimorito dalle stesse minaccie.

Omnibus itaque perspectis pronunciandum est.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & Orator subjiciatur examini formali.

Sess. 24. c. 2. de ref.

VITERBIEN. Ad sedandas multiplices controversias inter Canonicos antiquiores Collegiatæ Ecclesiæ S. Andreæ in Terra Vetrallæ dudum erectæ, necnon alios, quos vocant Canonicos *secundæ*, *tertiæ*, *& quartæ erectionis* obortas, Episcopus Viterbiensis, cujus judicio earumdem contentionum definitio fuerat utrinque remissa, sub die 7. Maii 1738. decrevit, statuitque primò „ che per l' adempimento del Legato fatto dalla quondam
„ Olimpia Padovani stante la convenzione della medesima fatta
„ con il Signore Arciprete, che chiamò solamente per l' accet-
„ tazione li quattro Signori Canonici di prima erezione, debba
„ questo adempirsi dalli medesimi solamente, senza che gli altri
„ Signori Canonici siino obbligati ad intervenire alla Messa; *Se-*
„ *cundo*, che sotto nome di Capitolo debbano essere compresi
„ tutti

„ tutti indistintamente li Signori Canonici in tutti gl' atti, è in „ tutte le occasioni con la limitazione solamente, se le pie dispo- „ sizioni vogliono solo li Canonici di prima erezione, oppure si „ tratti di cosa appartenente alla cura, circa alla quale si dove- „ rà procedere nella maniera, che si è praticato per il passato in „ simili materie; *& tertio*, che con tale determinazione li „ Signori Canonici di seconda, terza, è quarta erezione non „ possano pretendere alcun jus, ò titolo sopra le preeminenze, „ Legati, rendite, che presentemente si godono dalli Signori „ Arciprete, e Canonici di prima erezione, ed all' incontro la „ suddetta dichiarazione fatta a favore de medesimi non dia alcun „ jus alli Canonici di prima erezione di pretendere obbligati gli „ altri à maggior contribuzione, è pagamento di quello, che „ hanno praticato finora, talmente che questa dichiarazione las- „ cia le cose nello stesso stato, nel quale si trovavano presente- „ mente, non intendendo, che queste dichiarazioni respettivamen- „ te fatte abbino d' aver loco nelli casi, che possino avvenire, „ nelli quali si debba procedere, come sarà di ragione.

Verum Decreto huic non acquiescentes memorati Canonici antiquiores nuncupati *primæ erectionis*, quum, citatis Canonicis secundæ, tertiæ, & quartæ Erectionis, obtinuerint jamdudum septem, quæ sequuntur, Dubia subscribi, rogant modo pro eorum decisione, ad quam nonnihil conferre poterunt, quæ in simili controversia, pluribus allatis Sacræ Congregationis Resolutionibus, adnotata fuerunt in Folio diei 5. Martii 1735. in *Nullius Terræ Pontiani Præcedentiæ, & Distributionum*.

Dignentur itaque Eminentissimi PP. respondere.

I. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis veniant sub nomine capituli, itaut una cum Archipresbytero, & Canonicis primæ erectionis unicum corpus constituant.*

II. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, & distributionum provenientium ab exercitio curæ animarum, & a Legatis piis tam Missarum, quam Anniversariorum relictorum a Testatoribus ante erectionem dictorum novorum Canonicorum, seu potius participare debeant de relictis tantum post novas erectiones*, & quatenus negative quoad primam partem.

III. *An iidem Canonici novi teneantur interesse Choro, dummodo impleantur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum Canonicos.*

IV. *An iidem Canonici novi participare debeant de Legato annuo relicto Capitulo ab Olimpia Padovani*, & quatenus negative.

V. *An teneantur interesse celebrationi Missæ solemnis, & aliarum functionum, quæ ab eadem testatrice demandantur.*

VI. *An, & ad quæ onera, & expensas apituli Cconcurrere debeant novi Canonici.*

VII. *An ab Archipresbytero, & a quibus Canonicis debeatur media annata in casu &c.*

Dilata, & Episcopus mandet præstari patientiam pro extractione Partitarum ad causam facientium ex libris capitularibus.

Sess. 4. c. 12. de Ref.

TERMULARUM. Animadvertens modernus Termularum Episcopus, Presbyteros a Clero tam receptitiæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Collis Nisii, quam alterius in Monte Nigro erectæ in aliorum consortium recipi, itidemque Stallo, ac possessione donari consueviſſe, nulla accedente ejusdem Episcopi authoritate, in Relatione Status Ecclesiæ sub annum 1732. ad præscriptum Const. S. M. Sixti V. S. huic Congr. transmissa, istius sententiam super memorata consuetudine exquisivit, accepitque responsum hujusmodi: *Non est, cur Collegia Canonicorum in Montibus Nigro, & Nisio fruſtrentur consuetudine cooptandi collegas suos iisdem præsertim inconsultis: Tibi vero licet interdicere, ne prius in possessionem cooptatos immittant, quam a te prævia disquisitione fuerint approbati.* Subinde vero idem Episcopus rescripti hujus authoritate fretus, quum anno 1739. per obitum unius ex Canonicis, sive Presbyteris consortialibus Ecclesiæ Collis Nisii, alterum eligi oporteret, vetuit iisdem Presbyteris, ne Sacerdoti in demortui locum sufficiendo possessionem, sua prius non habita approbatione, auderent tradere, indicta suspensionis a Divinis pœna, si ab iis quicquam contra ejusmodi præceptum contingeret attentari.

Cum autem adversus Decretum istud memorati Presbyteri appellationem ad Metropolitanum interjecerint, dedit hic literas, quas vocant inhibitoriales, Episcopo; sed quia interea temporis iidem Presbyteri possessionem cuidam Sacerdoti in locum alterius consortialis pridem defuncti ad Collegii sui consortium recens admisso tradidere, nulla Episcopi præhabita approbatione, fuerunt propterea tam eligentes, quam electus publico edicto suspensi a Divinis per Episcopum nunciati. E diverso hæc omnia tam Episcopo, quam a Clero veluti post suam inhibitionem vitiose gesta circumscribi jussit Metropolitanus, a cujus demum decreto quum ad hoc S. Tribunal provocaverit Episcopus, debet nunc tandem controversiæ finis imponi ab EE. PP., qui duo mox describenda Dubia inter Promotorem Fiscalem Episcopalis Curiæ, & Presbyteros consortiales concordata, rogantur decidere.

Binæ potissimum sunt rationes, quibus innixus contendit Episcopus, Sacerdotes consortio adscribendos a se prius approbari debere; altera scilicet, quod actualis animarum cura penes Archipresbyterum, quæ vero *habitualis* dicitur, apud ceteros resideat ejus Ecclesiæ Presbyteros consortiales, quippe qui decimas, aliaque emolumenta ad tres Ecclesias Parochiales olim spectantia percipiunt; Hujus autem habitualis animarum curæ ratione censet, ipsos Ordinarii approbatione indigere; altera autem, quod memorata Ecclesia S. Mariæ Majoris, veluti duabus, Archipresbyteri nempe, ac Primicerii dignitatibus constans, necnon sigillum, ac depositorium commune habens, vera, & propria sit Collegiata, ideoque nemo debeat ad Divina ibi peragenda admitti, nisi prius scientia, moribus, & cantus Gregoriani peritia idoneus fuerit ab Episcopo repertus: His præterea additur, quod sub annum 1692. ejus temporis Episcopus Ecclesiam istam visitans ob ampliores ejus reditus, quos invenit, numerum decem Presbyterorum ad duodenarium

rium adauxit, præcepitque, ut duo Sacerdotes infra biduum a Clero eligendi non prius in poſſeſſionem immitti poſſent, quam ipſe diſquireret, num ii pollerent qualitatibus a Synodo Diœceſana quoad Clericos receptitiis hiſce Collegiis adſcribendos nuper a ſe edita præſtitutis.

Contra vero Presbyteri conſortiales exponunt primo, quod, licet duodenarius ipſorum numerus ab Epiſcopo præfinitus per annos jam fere quinquaginta in ſua Eccleſia adeſſe conſueverit, hæc tamen receptitiæ naturam, & indolem non amiſit, minuſque inde colligi poteſt, eam eſſe Eccleſiam numeratam, cum ſatis in hunc finem non ſit certum clericorum numerum in ejuſmodi Eccleſiis aliquando conſtituere, niſi inſimul caveatur, alios ſupra eumdem numerum non eſſe in illis recipiendos, uti tradunt *Fermoſin. in cap. cum in Ferrarienſis q.1. n.10. de comit. Barboſ. de canonic. cap.3. num.1.*, & alii penes *Piton. diſcept.17.n.19.* Præſertim vero quum in hac ipſa Eccleſia S. Mariæ Collis Niſii ante annum 1692. juxta augmentum, ac decrementum ejus reditum modo augeri, modo ab Epiſcopo imminui ſoleret participantium numerus, quod manifeſtum Eccleſiæ non numeratæ indicium eſſe, perhibent *Fagnan. in cap.Dilecto 25. n.17. de præben. Lotter. de re benef. lib.1. quæſt.14. num.15.*, & alii relati *a Piton. diſcept. Eccleſ.17.num.15.*, & alii relati *a Piton. diſcept. Eccl.17.n.15.* Hinc autem cum putent præfati Presbyteri recte inferri, haſce redituum Eccleſiæ participationes Beneficia non eſſe, contendunt propterea, nullam Superioris confirmationem, vel approbationem requiri oportere, quippe quæ tantum ad veri Beneficii aſſecutionem ſit neceſſaria, juxta tradita per *Gonzal. ad reg.8. Cancell. Gloſs.19. n.11. Lavor. tom.1. tit.4. de elect. canon. cap.15. n.37. Barboſ. jur. Eccl. univ. lib.1. cap.19. n.39.*

Alterum, quod proferunt, momentum pro excludenda neceſſitate controverſæ approbationis Epiſcopi ſiſtit in conſuetudine, uti aſſerunt, immemorabili cooptandi Presbyteros, eoſque in poſſeſſionem immittendi, eodem Epiſcopo prorſus irrequiſito; Hanc autem conſuetudinem eo validiorem eſſe propugnant, quo certo certius conſtare authumant, eam fuiſſe in contradictorio judicio ſub annum 1690. ipſos inter, & Epiſcopum apud Metropolitanum inſtituto firmatam, iterumque in Statutis prædictæ Eccleſiæ ab eodem Metropolitano probatis ſub annum 1716. hiſce verbis repetitam -- *Eletto che ſarà il nuovo Prete, entra in Sacreſtia, dove ſi porrà la cotta, e gli ſi darà il poſſeſſo dal primo del Capitolo con aſſegnarli il ſuo Stallo del Coro*; Eidem vero conſuetudini ſuſtinent non obeſſe Decretum, quod Epiſcopus anno 1692. occaſione viſitationis latum eſſe commemorat, vel quia de illo ſatis non conſtet, vel quia demandatum executioni non fuerit, quum plures Teſtes Oppidi Collis Niſii ſe meminiſſe adfirment, non alias eo tempore fuiſſe partes Epiſcopi in electione Sacerdotum, quam tollendi diſſidii ob diviſa in æquales partes ſuffagia oborti, vel demum quia ſpernendum illud omnino ſit e conſpectu vetuſti adeo, receptique moris, nullam petendi ab Epiſcopo confirmationem. Omnibus itaque libratis, placeat EE.VV. declarare.

An

I. *An spectet ad Episcopum confirmatio electi, & imposterum eligendorum a consortialibus S. Mariæ Majoris Collis Nisii in casu &c.*

II. *An censuræ latæ per Episcopum sustineantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative.

Die Sabbathi 9. Septembris 1741.

Sess. 24. c. 12. de ref.

SINA MEDIÆ ANNATÆ, Cum in Cong. die 22. Julii proxime præteriti resolutum fuerit, Sacerdotem Thomam Marini Plebanum Parochialis Ecclesiæ S. M. Terræ Montis Carotti, Danielem Ridolfi, Florianum Carrotti, & Cesarem Angelini ejusdem Ecclesiæ Cappellanos, dictique Plebani Coadjutores, nec non Clericum Carolum Antonium Marini de quodam Beneficio Juris patronatus suæ Domus in eadem Ecclesia erecto provisum teneri dimidios fructus suorum Beneficiorum Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ persolvere, fuit subinde ipsorum nomine adversus hanc Resolutionem impetratum novæ Audientiæ Beneficium, sed iis posthac moras studentibus nectere, Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ ad finem liti imponendum urget pro decisione consueti Dubii.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius,

Sess. 24. c. 12. de ref.

MARTURANEN. DISMEMBRATIONIS. Conquerente Thoma Angotti Rectore Parochialis Ecclesiæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli Civitatis Scilliani Pediviliani de Dismembratione suæ Paræciæ per Episcopum facta ad preces Cleri, & Populi sparsim in Villa S. Thomæ, aliisque conterminis Pagis nuncupatis *Borvoroso*, *Colla*, *Vaccarizo*, *Pirillo*, & *Manelli* degentium, & de erectione in novam Parochialem Ecclesiæ S. M. Archangeli, oportuit in Cong. diei 24. Januar. 1739. discutere Dubium. *An Dismembratio Ecclesiæ Parochialis SS. Apostolorum Petri, & Pauli Sciliani Pediviliani, & erectio Ecclesiæ S. M. Archangeli in Parochialem sustineatur in casu &c.*, hujus tamen decisione dilata jussum fuit, scribi Episcopo pro meliori informatione juxta instructionem, quæ in eo versata est, ut idem Episcopus Sac. Cong. certiorem redderet, quænam quantitas proventuum, & emolumentorum Parocho dictæ veteris Parochialis sit remansura, qui reditus contigent novo Parocho, & demum quam summam idem novus Parochus tenebitur tradere oeconomo Curato in nova Ecclesia Parochiali juxta ejus decretum retinendo, quatenus erectio istius novæ Parochiæ sustineatur. At literis juxta hanc normam semel, iterumque Episcopo datis, quum tandem ille rescripserit, se nihil habere, quod priori suæ relationi adderet, necesse fuit committere Metropolitano, ut statum activum, & passivum dictæ Ecclesiæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli juxta enunciatam instructionem firmaret, facta eidem potestate Personam aliam sibi benevisam in hunc finem subdelegandi. Cum itaque

que Sac. Cong. nutibus ille obsequutus deputaverit Dominicum Scaglioni Vicarium foraneum, & Parochum Oppidi Carpansani, qui, inspectis Libris Defunctorum, Baptismorum, & Matrimoniorum, nec non notulis redituum, & onerum tam veteris, quam novæ Parochialis Ecclesiæ, ac tandem pluribus Testibus hac de re formali examini subjectis, Processiculum confecit, ex quo noviſſime ad Sac. Cong. transmiſſo hæc potiſſimum ad rem habentur.

Primo, quod reditus omnes veteris Parochialis spatio quatuor annorum percepti ab Œconomo, qui fuit, absente Parocho, deputatus, longe a sumptibus, & Debitis absorbentur, itaut dictus Œconomus creditor remaneat in ducatis 119.; Secundo, quod annuus reditus novæ Parochiæ, si attenditur notula ab Antonio Cardamone novo Parocho tradita, ad ducatos 46.; onera vero, & expensæ, inter quas computantur annui ducati 15. qui debentur Œconomo, seu Vicario ejusdem novæ Parochiæ persolvi, ad ducatos 44. ascendunt, adeoque duo tantum ducati novo superſint Parocho, si vero Testium depositioni deferatur, dictus annuus reditus ducatos 31. dumtaxat attingit, sicque onera, & sumptus annuum reditum in ducatis 13. excedunt.

Hæc sunt, quæ ex documentis in facto recens exhibitis pertinent ad Dubium controversæ Dismembrationis validitatem respiciens. Quia vero præfatus Antonius Cardamone in Rectorem novæ Parochialis Ecclesiæ jamdudum ab Episcopus electus, pendente hac lite exposuit tres Portiones curatas in Parochiali Ecclesia SS. Apostolorum Petri, & Pauli erectas reperiri, & earum unam veluti a duodecim annis vacantem obtinuit sibi ab Apostolica Sede conferri cum Decreto vel hanc eamdem Portionem, vel novam, quam obtinet, Parochialem dimittendi, si istius erectio valida judicetur, nova hinc inter ipsos Cardamone, & Thomam Angotti super executione literarum Apostolicarum a Cardamone expeditarum orta est controversia, cujus definitio quum fuit ad hanc Sac. Cong. rejecta ea sub lege, ut una cum Causa Dismembrationis de earumdem literarum executione ageretur, alterum propterea Dubium, ultra præmiſſum in anteacta Cong. propositum, debet hodie ab EE. PP. examinari.

Ratio, ob quam sæpedictus Thomas Angotti contendit, Literas ab Antonio Cardamone expeditas executioni demandandas non esse, in eo sistit, quod falso expositum ab illo fuerit, tres Portiones curatas in Parochiali Ecclesia SS. Apostolorum Petri & Pauli reperiri, & eorum alteram a duodecim annis vacare; Ipse enim propugnat, dictam Parochialem Ecclesiam semper collatam fuisse in titulum uni tantum Rectori, qui duos consuevit ad sui nutum amovibiles retinere Œconomos adjutores, & eumdemmet Antonium Cardamone sibi ait in hoc munere Coadjutoris ad plures annos inserviisse.

Adversus hæc quid Antonius reponat, non innotescit; Onus itaque erit EE. VV., resumpto Folio in Cong. die 24. Januarii 1739. distributo, inspectisque novis circumferendis juribus statuere.

An

I. *An Dismembratio Ecclesiæ Parochialis SS. Apostolorum Petri, & Pauli Scigliani Pediviliani, & erectio Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli in Parochialem sustineatur in casu &c.*

II. *An Literæ Apostolicæ sint exequendæ in casu &c.*

Negative ad utrumque, & amplius.

Sess. 24. c. 3. de ref.

CAMERINEN UTENSILIUM. In Pastorali visitatione sub finem anni 1737 habita perpendens Episcopus magnos sumptus, quos Sacrarium Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Oppidi Matelicæ pro subministrandis utensilibus ad quotidianam Missarum celebrationem necessariis obstrictum est sustinere, decrevit. *Che tutti li Rettori, Cappellani, ed altri Sacerdoti, che celebreranno nella detta Chiesa Collegiata per adempimento delli Legati perpetui, e ad tempus, paghino un bajocco per Messa da applicarsi per mantenimento delle Supellettili della Sagrestia, non eccettuando alcuno benche Canonico, anzi dichiarando, che questi tanto della Massa vecchia, quanto della Massa nova, o siano aggiunti, debbano onninamente pagare come sopra, non essendo però li Canonici medesimi compresi nel presente per la celebrazione delle Messe capitolari, ed altri obblighi annessi alli loro Canonicati.*

Detrectantibus autem Cappellanis, aliisque Sacerdotibus onere celebrandi Missas in dicta Ecclesia gravatis ejusmodi Decreto obtemperare, Capitulum e re sua duxit Sacrum hunc adire Consessum, in quo discussis sub die 28. Januarii proxime præteriti duobus Dubiis. I. *An Cappellani, & alii Sacerdotes etiam Canonici celebrantes in Ecclesia Collegiata S. Mariæ Terræ Matelicæ pro adimplendis oneribus Missarum propriis Cappellanis, vel sibi ipsis alio titulo, quam ratione Canonicatus incumbentibus teneantur contribuere Sacristiæ dictæ Ecclesiæ pro Sacris supellectilibus, & quatenus affirmative.* II. *Quænam taxa sit servanda in casu &c.*, EE. PP., dilata eorum decisione, jusserunt scribi Episcopo juxta instructionem, qua scilicet ei demandaretur, ut firmato statu tam activo, quam passivo Sacrarii, & computatis præsertim emolumentis eidem Sacrario provenientibus sive ex cera, sive ex funeribus, distinctam una cum utroque prædicto statu transmitteret relationem onerum, redituum, & antiquitatis Cappellaniarum, quæ in dicta Collegiata reperiuntur erectæ.

Literis juxta hanc mentem datis obsequens Episcopus Vicario suo Generali commisit, ut auditis Capitulo, & Cappellanis collitigantibus, inspectisque libris, in quibus reditus, & emolumenta omnia Sacrario obvenientia, necnon sumptus, & debita, quibus illud obnoxium reperitur, uterque status firmaretur; cumque id fuerit adimpletum, ex foliis ab eodem Episcopo huc transmissis, relatisque *in Sum. Capituli n.* 1. & 2. apparet, statum activum Sacrarii ad annua scuta 128. 95., passivum vero ad scuta 187. 35. ascendere. In alio autem Folio quod pariter transmisit Episcopus, & datur in eodem *Summ. Capituli n.* 7. Capellaniæ, Beneficia, & Legata Missarum quæ debent in dicta Collegiata

Eccle-

Ecclesia persolvi, una cum ipsorum reditibus distinctim recensentur, & ab illo colligitur, omnibus ferme Cappellanis, sive Beneficiatis emolumentum aliquod ultra annualem Missarum eleemosynarum superesse.

Cum itaque Capitulum novis hisce documentis innixum causæ hujus definitionem alacrius urgeat, ad magis comprobandam Sacrarii inopiam, plura in facto addit animadversione digna; primo, annua scuta ab Archipresbytero Bracci Capitulo relicta sub onere ea erogandi in *utilitatem Sacristiæ, sive ipsiusmet Ecclesiæ* - debeant in restaurationem Ecclesiæ ruinam minantis impendi, proindeque demi e statu activo Sacrarii; secundo, quod itidem nequeant in dicto Statu activo computari annua scuta 94., quæ ex funeribus, ac Baptismi administratione percipiuntur, eo quia ad Capitulum, & Canonicos pertineant, & inter ipsos consueverint distribui; tertio, quod e statu passivo delenda quidem sint scuta 25., quæ a Capitulo, non autem a Sacrario solvuntur in compensationem emolumentorum funeralium, & aliorum, quæ Parochus cedit Capitulo pro enunciatis annuis scutis 25., sed addi e contra debeant eidem statui passivo scuta triginta pro consumptione Sacræ Supellectilis necessaria; Ex his autem omnibus contendit Capitulum evinci, quod annuæ Sacrarii expensæ ipsius reditum in summa scut. 169. 45. certo certius excedant.

Quia vero memorati cappellani, & beneficiati ut se liberarent ab onere contribuendi pro Sacris Supellectilibus, nedum oppossuere Sacrarii opulentiam, sed longævam quoque, & immemorabilem consuetudinem, juxta quam affirmant, se nunquam enunciato oneri succubuisse, proinde præter ea, quæ in Folio die 17. Decembris 1740. circa primum Cappellanorum fundamentum adnotata sunt, abs re non est indicare, Sac. hanc Cong. in *Tudertina* sub diem ..... inter supplices Libellos proposita rescripsisse, Rectores Cappellarum in Cathedrali Ecclesia existentium teneri omnino utensilia solvere, tam etsi ipsis, eorumque Antecessoribus omnia necessaria pro Missarum celebratione fuissent a Capitulo ejusdem Cathedralis usque ab immemorabili tempore subministrata, ut in *lib. 72. decr. pag. 158.*

Omnibus itaque perpensis, onus erit EE. VV. respondere.

I. *An Cappellani, & alii Sacerdotes etiam Canonici celebrantes in Ecclesia Collegiata S. Mariæ Terræ Mathelicæ pro adimplendis oneribus Missarum propriis Cappellaniis, vel sibi ipsis alio titulo, quam ratione Canonicatus incumbentibus teneantur contribuere Sacristiæ dictæ Ecclesiæ pro sacris supellectilibus*, & quatenus affirmative.

II. *Quænam taxa sit servanda in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Servandam esse taxam juxta morem Regionis.

HISPALEN. DISPENSATIONIS. Franciſcus Tinocos, & Anna Maria della Carrera, & Saavedra mutuo capti amore ſub diem 16. Novembris 1737. ſecunda circiter noctis hora Matrimonium in Civitate Hiſpalis contraxerunt coram Teſtibus, & Sacerdote Aloyſio Maurillo, cui Vicarius Generalis ad preces ipſius Franciſci Tinoco licentiam tradiderat, ut eidem Matrimonio, omiſſis denunciationibus, adſiſteret; id vero ignorans Franciſcus della Carrera Annæ Mariæ Pater inſequenti die Hiſpali diſceſſit, filiamque ſecum duxit ad Civitatem Loræ Patriam ſuam intra fines ejuſdem Hiſpalenſis Diœceſis ſitam, ut d. Anna Maria paternis nutibus morem gerens aliàs cum Joachimo de Mancha iniit nuptias, novoque ſubinde viro per aliquot dies cohabitavit, donec, hujus Matrimonii notitia ad Vicarium Generalem delata, fuit ipſius juſſu a Joachimo ſejuncta, & die 18. Januarii 1738. in Monaſterium S. Michaelis Civitatis Hiſpalis, ubi adhuc cuſtoditur, collocata.

Hæc facti ſeries expoſita fuit in ſupplici Libello ſub eumdem annum 1738. ſan. mem. Clementi XII. porrecto nomine ſæpedictæ Annæ Mariæ demiſſe pro Apoſtolica diſpenſatione ſuper priori Matrimonio tamquam rato, & non conſummato exorantis, ut nimirum tam ipſa ſecundum Matrimonium cum Joachimo celebratum novo conſenſu queat convalidare, quam liberum ſit memorato Franciſco Tinoco ad alias nuptias tranſire. Cum autem ejuſmodi preces fuerint ad hanc S. Congregationem remiſſæ, ſcriptum eſt Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ut, audito Tinoco, proceſſum tam ſuper Matrimonio cum eo contracto, quam ſuper aſſerta ipſius non conſummatione conficeret, prætereaque, ut referens ſuper circumſtantiis Matrimonii cum Joachimo de Mancha peracti, ejuſdem Joachimi animum exploraret, num pro iſtius Matrimonii revalidatione novum conſenſum ſit præſtiturus, quatenus petita diſpenſatio impertiatur, & demum ut una cum tranſmiſſione proceſſus, ſuam EE. PP. aperiret ſententiam.

Sedulo mandatis eſt obſequutus Archiepiſcopus, cumque Proceſſum qui ex formali plurium Teſtium de non conſummatione primi Matrimonii deponentium examine conſtat, compilari curaverit, eum poſtremo cum ſuis tranſmiſit literis, in quibus hæc habuit: *Proceſſus juxta Curiæ iſtius ſtylum confectus eſt, ex quo certe comperi, præſcriptam Annam Mariam de la Carera factum ſincere narraſſe, & citra obreptionis, aut ſubreptionis vitium fideliter ſuis precibus expoſuiſſe, quas proinde rei conſonas, & veritati conformes judicavi. Præterea auditus Franciſcus Tinoco per judicialem confeſſionem perſpicue teſtatus eſt, Matrimonium, quod publice, & in facie Eccleſiæ juxta præſcriptum Tridentini per verba de præſenti cum prænarrata contraxerat, minime conſummaſſe, nec umquam cohabitaſſe cum ipſa; Itemque auditus Joachimus de Mancha præſertim ſuper ejus conſenſu pro revalidatione ſecundi Matrimonii, quod rite etiam, & juxta formam Eccleſiæ celebratum uterque conjux fatetur, illum libere præbuiſſe declarat, & inſuper addit, ſe denuo præſtare paratum eſſe, idque vehementer expoſcit.*

Ad

Ad hæc declaratione ejusdem Annæ Mariæ de la Carrera prædictæ valide confirmantur, roborantur, ac tandem omnino constant, & ostenduntur ex legitimis probationibus ab ipsa oblatis per idoneos, & concordes Testes, quibus fidem denegare non licet; Suam vero super petita dispensatione sententiam aperiens ita se explicuit: *Censeo præoptatam dispensationem maxime convenire, & ex rei contingentia necessariam fore, cum nulla alia via tot malis inde jam ortis valeant commode subvenire, conjuges priori Matrimonii graviter dissident inter se, & ad communem vitæ consuetudinem nulla ratione possunt adduci. Utriusque periclitatur continentia. Haud enim dubie de ingressu Religionis neuter cogitat. Emergunt discordiæ, & foventur inimicitiæ inter consanguineos, quorum familiæ probe nobiles, & plane illustres ad invicem sunt adversæ, & denique, quod publico magis officit, magna scandala timenda veniunt, quibus incommodis, & aliis quamplurimis, quæ ex scandalo oriri solent, facile mederemur, si a Sanctissimo Domino Nostro remissis precibus annueretur benigne.*

Jam vero non solum Anna Maria, sed etiam Francisco Tinoco, & Joachimo de Mancha preces suas pro enunciata dispensatione fundentibus, duo sunt ad hujus negocii expeditionem ponderanda: Primum, an satis perspicue tum ex jurata utriusque conjugis confessione, tum ex formali dictorum Testium examine, quod per extensum in Summario distribuendo transcribitur, primi Matrimonii non consummatio dici possit probata: Alterum vero, num causæ ab iisdem Testibus expositæ, & ab Archiepiscopo confirmatæ, quibus maximum addit pondus jam sequuta secundi Matrimonii consummatio, sufficienter urgentes, & ad impetrandam petitam dispensationem idoneæ debeant æstimari. Hoc itaque erit Judicium Eminentiarum VV., quæ rogantur respondere.

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato, & non consummato in casu &c., & ad effectum, de quo agitur &c.

Affirmative in casu, & ad effectum de quo agitur.

SENOGALLIEN. MISSÆ CONVENTUALIS. In Pastorali, Cathedralis Ecclesiæ visitatione, quam Episcopus sub die 10. Septembris 1739. obivit, quum repererit solos Canonicos, quos vocant Seniores, seu primæ erectionis, persolvere eleemosynam pro celebratione Missæ Conventualis, ejusdemque Missæ Sacrificium a capitularibus omnibus pro populo, nullum autem pro piis Benefactoribus applicari, sequens edidit Decretum -- *Capitulo Seniori, ad quod incumbit cura animarum, injunxit celebrationem Missæ pro populo singulis diebus festis de Præcepto; Missam vero Conventualem voluit die quolibet applicari pro benefactoribus, ac pro Collegio, illiusque manualem eleemosynam mandavit persolvi, tum a Dominis Canonicis dicti Capituli, tum & ab aliis Capituli* *Sess. 24. c. 4 de ref.*

pituli Lucatelli, nec non illis Canonicatuum Antaldi, & Luchi pro virili portione ſub pœnis &c.

Quia vero Decreto huic obtemperare renuerunt poſteriores iſti Canonici ſecundæ erectionis a Fundatorum cognomine nuncupati *Antaldi, Lucatelli, & Lucchi*, nedum contendentes onus celebrandi, & applicandi Miſſam Conventualem pro Benefactoribus ad antiquiores tantum Canonicos pertinere, verum etiam attentatam proclamantes ejuſdem Decreti executionem, pendente appellatione ipſorum nomine interpoſita, ab Epiſcopo præceptam, atque expletam, debet idcirco examen controverſiæ inter ipſos, Curiam Epiſcopalem, & Canonicos Seniores inde excitatæ ab hoc Sacro Tribunali, cui nuper ejus cognitio fuit delegata, in hodierna Congregatione aſſumi.

Rationum momenta, ob quæ memorati Canonici ſecundæ Erectionis putant, controverſum onus in ſolos Canonicos Seniores eſſe reiiciendum, ſe vero ab illo declarandos immunes, in his potiſſime verſantur; Primo, quod Miſſa Conventualis a Canonicis primæ erectionis, quorum Canonicatus fuerunt a Benefactoribus Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ fundati, atque dotati, celebrari, & applicari debeat, non autem a Canonicis ſecundæ, & ulterioris erectionis, quippe quia iſtorum Canonicatus a peculiaribus Teſtatoribus, & Benefactoribus ſubinde erecti, & diſtincta peculiarium bonorum dote proviſi non eo præſumantur conſilio inſtituti, ut antiquiores Canonici onere jampridem ſibi incumbente leventur; Secundo, quod annuus ſuorum Canonicatuum reditus ſit adeo tenuis, ut proinde aliorum quoque onerum reductio fuerit a Sacra Congregatione impetrata, ſecus vero Canonicatus primæ erectionis pingues admodum ſint ob notabilem decimarum, aliorumque emolumentorum quantitatem eiſdem privative addictam, adeoque omnis æquitas poſtulet, ipſos tantum controverſo oneri ſubiici; Tertio, quod Canonicatus *Lucatelli*, quum fuerint erecti ſub lege, ut ſinguli illorum poſſeſſores teneantur Miſſam quotidie pro Camillo Lucatelli fundatore, ejuſque conſanguineis celebrare, nequeant alio Miſſæ Conventualis onere gravari; Quarto, quod eleemoſyna pro controverſa Miſſæ Conventualis celebratione fuerit hactenus a Canonicis primæ erectionis perſoluta; Et quinto demum, quod nedum Eminentiſſimus Cardinalis Picus olim Epiſcopus Senogallien. in viſitatione ſub annum 1718. habita decreverit, onus Miſſæ Conventualis ſpectare ad Canonicos primæ erectionis, non autem ad Canonicos Lucatelli, qui *habent* (ſunt Decreti verba) *ſuum particularem benefactorem, pro quo habent tot Miſſas applicandas*, verum etiam ſubinde Sacra Congregatio, contendentibus iiſdem Canonicis primæ erectionis ſive ob redituum tenuitatem, ſive ob aſſertam contrariam conſuetudinem ſe ad hoc onus Miſſæ Conventualis non obſtringi, die 17. Decembris 1723. reſcripſit: *Dentur, & ſerventur Decreta*, quibus nimirum ſæpe declaratum eſt, Canonicos ad Miſſæ Conventualis applicationem omnino teneri.

At

At adversus hæc Canonici primæ erectionis opponunt, Missam Conventualem a singulis Canonicis, & Capitularibus, sive primæ, sive secundæ, & ulterioris erectionis existant, posthabita quacumque etiam immemorabili contraria consuetudine, debere celebrari, illiusque Sacrificium in Benefactorum suffragationem applicari, secundum ea, quæ late tradit cum aliis *Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. tom.2. lib.3. tit.4. in animadverf. n.6. & tom.3. addit.9. num.14.*, nec non juxta iteratas Sacræ Congregationis resolutiones in *Camerinen. 28. Junii*, & 19. *Julii* 1705. *in Balneoregen. Missæ Parochialis*, & *Conventualis* 19. *Augusti* 1713. *ad I. Dubium.*, & *in Pientina Remissionis onerum*, ubi discusso Dubio -- I. *An Capitulares secundæ erectionis Collegiatæ Sanctissimæ Trinitatis Terræ Senalongæ teneantur diebus Dominicis*, & *Festis de præcepto ad applicationem Missæ Conventualis pro Benefactoribus -- die 17. Februarii* 1731. rescriptum fuit -- *Affirmative*; idque ajunt procedere, etiam si Canonicus teneatur eadem die Missam Parochialem ratione curæ animarum, cujus exercitium suo Canonicatui sit adnexum, vel aliam Missam ex peculiari onere in fundatione sui Canonicatus impositio celebrare, isto quippe casu Canonicus debet Missam Conventualem celebrare, & alium Presbyterum, qui Missam pro Populo, vel Fundatore sui Canonicatus celebret, deputare, juxta alia ejusdem Sacræ Congregationis Rescripta edita in *Forosempronien. 7. Augusti* 1683. *in Feretrana 25. Septembris* 1694. & *in Camerinen. 28. Julii* 1704.

Episcopus in prolixa relatione super hoc negocio transmissa sub diem 12. Maii superioris anni tum decretum suum ab injustitia, tum imperatam expletamque ejus executionem ab impicta attentatorum labe vindicare sategit; Nunc vero, tota disputatione utriusque mox describendi Dubii Canonicis inter se decertantibus relicta, unum præstolatur Supremi hujus Senatus oraculum, quo diuturna Capituli Cathedralis suæ jurgia tandem compescantur. Placeat EE. PP. respondere.

I. *An Decretum Episcopi tam quoad applicationem Missæ Conventualis quotidianæ pro Benefactoribus*, & *Collegio*, *quam quoad contributionem pro eleemosyna ejusdem Missæ sit exequendum in casu &c.*

II. *An constet de attentatis*, *itaut sint purganda*, & *a quo sint purganda in casu &c.*

Iterum proponatur.

LITEREN. CONCORDIÆ. Contendente Nicolao de Angelis Archipresbytero Collegiatæ Ecclesiæ sub invocatione S. Mariæ in Oppido Graniani erectæ, sibi jus esse conferendi Ecclesiastica omnia beneficia tam in memorato Oppido, quam in ejus Districtu existentia, graves, ac diuturnæ ipsum inter, & Literensem Episcopum exarserunt lites, ad quas dirimendas inita fuit sub annum 1732. concordia, in qua idem Archipresbyter sub reser- *Sess.24. c.2. de ref.*

reſervatione Apoſtolici beneplaciti renunciavit, ceſſitque Epiſcopo -- *Il jus, e privilegio di conferire tutti li Beneficj, così ſemplici, come curati eretti, e che in avvenire ſi erigeſſero tanto di collazione libera, quanto de jurepatronatus ſiſtentino, e fulgentino in qualſivoglia altra Chieſa di detto Territorio, e Riſtretto di Gragnano præter, ed eccetto però delli ſei, o ſiano ſette Beneficj ſemplici ſi ſtentino dentro, & ſubtetto della detta Chieſa Arcipretale di S. Maria a Caſtello, quali reſtano, e debbano reſtare a beneficio di eſſo Sig. Arciprete preſente, e ſucceſſori con il jus di conferirli &c.* ea inter cæteras adjecta lege -- *che gl' atti neceſſarj ſoliti farſi nelle cauſe di collazione de' Beneficj riſpetto a detti ſei, o ſette Beneficj debbano farſi da Miniſtri ſubalterni, ſeu Maſtro di atti, che ſono della curia veſcovile, e li decreti ſoliti, e neceſſarj farſi in detta inſtituzione, e collazione di detti ſei, o ſette Beneficj, o di altri, che forſe ſi erigeſſero in detta Chieſa Arcipretale ſino alla ſpedizione delle Bolle, debbano ſottoſcriverſi per validità di eſſi dal ſolo Arciprete, privative quoad alios in ogni faturo tempo, anche in tempo di Sede Vacante, e nel governo de' Vicarj capitolari, col titolo però di Vicario Generale perpetuo nato ad hunc actum tantum, e così dal detto Arciprete preſente, e ſucceſſori futuri ſi debba ſottoſcrivere la ſentenza diffinitiva, e ſpedizione di lettere inſtituzionali, e ſuo poſſeſſo inclusive, quali atti tutti ſi debbano firmare dadetto Arciprete, e ſuoi ſucceſſori, come Vicario Generale perpetuo fatto, ſeu nato ad hunc actum tantum, ancorchè li detti Arcipreti pro tempore non foſſero Dottori di Legge, o Licenziati in jure, nel qual caſo debba eſſere il Conſultore di detto Arciprete il Veſcovo pro tempore di detta Città di Lettere, ed in tempo di Sede Vacante il Vicario Capitolare di detta Città di Lettere.*

In compenſationem vero, & remunerationem iſtius ceſſionis Epiſcopus una cum Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ renunciavit Archipresbytero, ejuſque ſucceſſoribus -- *La Collegiata, ed inſtituzione di tutti li ſudetti tredici Canonicati eretti, e ſe forſi altri ſe ne erigeſſero in futurum di libera collazione, vel de Jurepatronatus in detta Collegiata, quanti vacheranno in perpetuum, & in futurum in eſſa Chieſa Collegiata Arcipretale in tutti quelli meſi, che appartengono ad eſſo Illuſtriſſimo Monſignor Veſcovo, e ſuoi ſucceſſori, anche in tempo di Sede Vacante, ancorchè dalla Santa Sede ſi diſpenſaſſe, e ſe ne impetraſſe l'alternativa di conferire li detti Canonicati di detta Collegiata un meſe sì, e un'altro nò, la medeſima collazione ſpetti, e debba ſpettare ad eſſo Signore Arciprete, e ſuoi ſucceſſori in perpetuum aſſolutamente, & privative quoad alios*; ut autem certa methodus reſpiciens quoque acta in collationibus dictorum Canonicatuum explenda ſtatueretur, ita ſubinde in eadem concordia cautum eſt -- *E come che nelle collazioni di detti Canonicati ne' meſi ſpettanti all' Ordinario, ed in ſuo luogo al detto Signore Arciprete ſtante la preſente ceſſione ſi dovranno fare molti atti neceſſarj, come ſono Editti, ed altri, li medeſimi ſi debbano fare nella Curia Veſcovile di detta Città di Lettere firmati tutti dal detto Arciprete come Vicario nato per-*

perpetuo ad hunc actum tantum privative, quoad alios, con che la Bolla della proviſta di detti Canonicati ſi debba ſtendere col titolo di Monſignor Veſcovo ſopra, ed in tempo di Sede Vacante del Vicario Capitolare, e poi quello proprio di eſſo Arciprete Vicario Generale perpetuo nato, e darſi anche dal detto Arciprete il poſſeſſo delli detti Canonicati con eſigerſi quegl' emolumenti, e dritti, che de jure ſi devono, e ſono ſoliti darſi a' Vicarj Generali in tali atti di poſſeſſo, con che però il giuramento, e la profeſſione della fede da farſi così dalli detti Canonici dopo preſo il poſſeſſo delli detti Canonicati, come dalli detti Beneficiati, quella ſi debba fare nelle mani dell' Illuſtriſſimo Monſignore Veſcovo pro tempore, ed in tempo di Sede Vacante del Vicario di detta Città di Lettere.

At quia memoratus Archipresbyter, vix e vivis erepto Epiſcopo, cœpit hanc tranſactionem, tamquam vi, metuque ſibi extortam impugnare, ac judiciario contra ejus executionem proteſtari, & e diverſo pro ejuſdem concordiæ obſervantia modernus Epiſcopus plurimum urgebat, novam oportuit ſub annum 1734. inire tranſactionem, quæ prævиis ſuffragio clar. mem. Cardinalis de Porzia, nec non Sac. hujus Conſeſſus conſilio fuit ſubinde a ſan. mem. Clemente XII. per Literas in forma Brevis expeditas approbata, atque confirmata. In hac autem poſteriori tranſactione, in qua de cætero præcedens fuit confirmata, pacta quædam ibi appoſita hunc in modum declarata fuere; primo nempe, quod ſæpedictus Archipresbyter non tamquam Vicarius Generalis natus Epiſcopi, quemadmodum in priori concordia cautum fuerat, ſed, uti Ordinarius collator, poſſit ſupradictos Canonicatus, & Beneficia ſimplicia ſub tecto dictæ Collegiatæ exiſtentia libere conferre, atque proviſos in poſſeſſionem immittere, dummodo ii, quibus debet collatio fieri, atteſtationem Epiſcopi exhibeant, & de iſta fiat mentio in Bullis collationum; ſecundo, quod idem Archipresbyter uti poſſit quovis Actuario pro explendis actis collationum, ita tamen, ut tam Archipreſbyter, quam Actuarius juriſdictioni Epiſcopi in gradu appellationis ſubſint; tertio, quod, ſi Archipresbyter non eſſet Doctor, poſſit Doctorem Eccleſiaſticum ſibi beneviſum aſſumere; & quarto demum, quod, deficiente Archipresbytero, in illius locum ſuffectus intelligatur Canonicus Decanus dictæ Collegiatæ, ac iiſdem, quibus Archipresbyter, debeat facultatibus potiri.

Hiſce ita compoſitis, quum Archipresbyteratum Graniani ex dimiſſione per Nicolaum de Angelis facta aſſecutus poſtea fuerit Julius de Angelis ejus Fratris Filius, putans novus iſte Archipresbyter, ſe dictæ concordiæ legibus minime teneri, occaſione, qua vacavit ſimplex Beneficium de jurepatronatus laicorum ſub titulo S. Mariæ Ægyptiacæ in Eccleſia S. Agnelli præfati Oppidi erectum, juſſit ad valvas Collegiatæ, & Archipresbyteralis Eccleſiæ affigi Edictum, in quo poſt recenſitas veteres lites, & concordias ſuper illis cum Epiſcopo initas citavit, monuitque omnes, *qui ſua putaverint intereſſe, ſive jus habere in Beneficio præ-*

prædicto prætendentes &c. ad comparendum coram se in Palatio suæ Archipresbyteralis residentiæ, ad exhibendum, producendumque præsentationes forsan a legitimis Patronis factas, *sive acta aliqua per Episcopalem Curiam attentata &c.*, & ad dicendum, quare per ipsum procedi non debeat ad institutionem, ac prout latius ex copia ejusdem Edicti dati in Summario Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis Literensis *n.*9.

Graviter hinc itaque læsam authumante jurisdictionem suam Episcopo, novæ obortæ sunt controversiæ, utque iis tandem finis imponatur, nomine Promotoris Fiscalis, validitatem, & justitiam sæpedictæ concordiæ propugnantis, postulatur circumscribi Edictum ab Archipresbytero promulgatum, ac declarari non aliàs imposterum ad collationes Beneficiorum esse procedendum, quam juxta formam ejusdem transactionis a san. mem. Clemente XII. proindeque confirmatæ, urgetur decisio trium Dubiorum, quæ Sapientissimo EE. VV. judicio subjiciuntur.

I. *An transactio inita anno* 1734., *& Beneplacito Apostolico munita sustineatur.*

II. *An Edictum publicatum per Archipresbyterum Terræ Graniani sit circumscribendum, seu potius in qua parte sustineatur in casu &c.*

III. *An, & quomodo sit procedendum in collationibus Beneficiorum in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus:

Sess.25. c.9. de ref.

VALVEN. PAROCHIALIS. Conquerente penes Sacrum hunc Consessum Populo Civitatis Pentimæ, quod tres ex Canonicis, quibus constat Capitulum Cathedralis Ecclesiæ ibi erectæ, residentiam suæ Ecclesiæ deserentes moram in Castro Hillaris quinque milliariis a dicta Civitate Pentimæ dissito traherent, ibique veluti Parochi actuales animarum cnram Capitulo adnexam in Parochiali Ecclesia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis per turnum exercerent, proposita fuerunt tria hæc Dubia. I. *An tres illi Canonici Ecclesiæ Cathedralis Valven., qui modo vacant in Castro Hyllaris pro exercitio curæ animarum, revocandi sint ad residentiam in dicta Cathedrali*, & quatenus affirmative. II. *An dicti Canonici residendo in dicta Cathedrali, participare debeant de distributionibus quotidianis, Legatis piis, Anniversariis, aliisque emolumentis certis, & incertis, prout alii Canonici.* III. *An imposterum pro exercitio curæ animarum in dicto Castro Hyllaris deputandus sit Parochus perpetuus ab Ordinario, servata forma Concilii, & an ei dandi sint coadjutores in casu &c.*, quibus Eminentissimi Patres sub diem 25. Januarii 1738. rescripserunt. *Ad I. & II. Affirmative. Ad III. Episcopus procedat, prout de jure ad formam Concilii, & interim provideat de Œconomo expensis cujus de jure*, deindeque causa ad novam trutinam revocata sub diem 20. Decembris ejusdem anni 1738. *in decisis* perstiterunt, *ut in lib.*88. *Decr. pag.*

In

In hujus Resolutionis executionem memoratos Canonicos ad residentiam in Cathedrali præstandam revocavit Episcopus, decrevitque præterea, eos Choro, Divinisque intereſſentes Officiis quotidianas distributiones, paremque aliorum emolumentorum ratam debere percipere; at quia super electione Parochi inter præfatum Capitulum, & Universitatem Castri Hyllaris orta est controversia, idcirco, donec contentio ista ad Sacrum hunc Senatum delata dirimatur, Œconomum, qui interea temporis curam animarum exerceat, sumptibus cujus de Jure ad formam enunciati rescripti deputavit.

Quæstio inter memoratos Capitulum, & Universitatem excitata in eo sistit, quod Capitulum contendit, dictam Parochialem Ecclesiam membrum, atque Granciam esse suæ Cathedralis, proindeque sibi competere jus nominandi Vicarium, qui, prævia Ordinarii approbatione, eique ad præscriptum Constitutionis S. Pii V. *la* 47. assignata congrua amovibilis ad ejusdem Capituli nutum animarum curam exerceat; Universitas vero propugnat, Parochialem istam numquam fuisse Cathedrali subjective unitam, minusque super ea patronatum Capitulo unquam ratione ulla quæsitum, adeoque ejusdem Parochialis collationem libere spectare ad Episcopum, omnesque ejus fructus a Parocho in concursu de more eligendo debere percipi.

Auditus super hac contentione Episcopus, jussusque ad preces Universitatis præfigere terminum Capitulo ad deducenda jura sua in Sac. Congreg. post expositam facti seriem supra descripta hæc habet -- *Instat (nimirum Canonicus a Capitulo deputatus) me certiores reddere EE.PP., Ecclesiam Parochialem Castri Hyllaris fuisse, & esse a tempore, cujus non extat memoria, de Grancia, & membro capituli, prout resultare præsumit ex documentis in actis hujus Episcopalis Curiæ sisten. Civitatis, Sacerdotum, & Cleri Pentimæ, ex confessione Partis sub die* 19. *Septembris* 1722. *ad istam Sacram Congregationem denominantis Parochialem Ecclesiam, de qua agitur, Granciam, & membrum Cathedralis S. Pelini; Item ex concordatis initis inter Episcopum Zimbeccari, & universitates Pentimæ, ac Terræ Victoriti, sicque ex SS. Visitationibus* 20. *Junii* 1673. *Vincentii Donzelli, &* 28. *Novembris* 1618. *Cæsaris de Fetio bon. mem. Prædecessorum. Itidem ex Icone S. Pelini sita in Altari dictæ Ecclesiæ Parochialis, & ex consimili, quod supra baculum defert unum ex Procuratoribus Sodalitatis Sanctissimi Sacramenti inibi erectæ. Insuper ex accessu quampluries antiquitus facto per multos Capituli Canonicos ad eamdem Ecclesiam in Festo B. M. V. Assumptionis pro sacris peragendis, idque probare intendit ex actibus capitularibus. Ulterius est in prætenso capitulum, quod cura animarum præfati Oppidi quandoque fuerit exercita a Vicariis per se ipsum deputatis, hocque colligit ex fide civitatis Cleri, & Sacerdotum Pentimæ, necnon ex relata Bulla laudati Episcopi Zambeccari; aliisque vero temporibus, ait, exercitam a RR. Canonicis per turnum, quod colligit, nedum ex narratis fidibus, sed etiam ex antedicto appretio Status Galliani. Tan-*

dem asserit, tres illos Canonicos, qui exercuere præfatam curam, fuisse per Summos Pontifices provisos de Canonicatibus, non autem de ipsa cura, & justificare authumat cum quamplurimis Bullis in personis quond. D. Joannis Bernardini Odozisii, D. Dominici Paschalis, & D. Josephi Antonii Odorisii, D. Petri Marchionda, & D. Angeli Clementi, respective, & quatenus Communitas Castri Hilaris prætenderet RR. DD. Cæsarem Ciuffinni, Nicolaum Barbati, & Joannem Baptistam Viscione ultimo loco ad Canonicatus assumptos intra easdem Bullas provisos reperiri simul de cura, idem capitulum in actu eorumdem possessionis semper fuit per acta publica protestatum contra expressionem curæ in Bullis contentam, ut hæc, & alia justificabit in ista S. Congregatione.

Universitas vero, cujus nomine urgetur causæ decisio, præter vulgatam Canonici Juris censuram, juxta quam beneficii unio, præsertim subjectiva, non præsumitur, sed instrumento, Bullæ, aut signis univocis concludenter probanda est, hisce potissimum argumentis arbitratur prætensam unionem sufficienter excludi; primo scilicet, quod in pluribus actis fuerit expressum, dictam Parochialem per obitum vacasse; secundo, quod eadem Parochialis tanquam vacans in titulum fuerit collata; & tertio, quod omnes fructus, & proventus Parochialis assignati semper fuerint in congruam eorum, qui ibi animarum curam exercuerunt, nullaque appareat eorum portio Capitulo reservata; hæc enim omnia subjectivæ unioni adversantur, secundum ea, quæ notarunt *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. num. 104. Garz. de benef. lib. 12. cap. 2. num. 12. & seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 7.*, & late firmavit *Rot. in Novarien. Parochialis apud Piton. de contr. patron. alleg. 5. n. 26. & seqq.*

Episcopus sententiam suam non aperit; de simili autem controversia, quod attinet ad juris articulum, actum fuit in folio diei 30. Martii 1736. in causa *Portugallien. Parochialis*. Perpensis itaque etiam iis, quæ fusius præsertim in facto a collitigantibus facile deducentur, grave non erit EE. PP. pronunciare.

I. *An Ecclesia Parochialis Castri Hyllaris sit liberæ collationis, seu potius eadem Ecclesia spectet ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Valven. Jure unionis, Granciæ, vel Jurispatronatus in casu &c.* & quatenus affirmative ad secundam partem.

II. *An ad exercitium ejusdem curæ sit admittendus Vicarius, seu Parochus perpetuus deputatus a Capitulo cum approbatione Ordinarii; seu potius eadem Ecclesia sit conferenda per concursum in casu &c.* & quatenus affirmative ad primam partem.

III. *An, & quæ congrua sit a Capitulo assignanda Vicario, seu Parocho perpetuo in casu &c.*

Sess. 24. c. 18. de ref.

VALENTINA CAPPELLANIARUM. Augustinus Ximeno Canonicus Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Theclæ Civitatis nuncupatæ *de Xativa* in Testamento, quod anno 1693. condidit, relicto primum Josepho Ximeno Nepoti annuo credito librarum 65. ea sub lege, quod idem reditus post obitum Josephi

ſephi deberet ad ſuam hæreditatem reverti, injunctoque Administratoribus ejuſdem hæreditatis a ſe deputatis præcepto vendendi omnia mobilia, eorumque pretium in tot cenſibus, ſeu bonis ſtabilibus inveſtiendi, ſex, aut plura Beneficia, ſeu Cappellanias ex toto ſuo aſſe hæreditario fundari juſſit ad Altare Majus dictæ Collegiatæ, conſtituto unicuique ex dictis Beneficiis, ſeu Cappellaniis (quorum juſpatronatus memorato Joſepho Ximeno, ejuſque deſcendentibus reliquit) annuo reditu librarum 65. ſub hiſce tamen oneribus, & conditionibus.

Primo ſcilicet, quod poſſeſſores dictorum Beneficiorum ultra decem Miſſas ſingulis annis ab unoquoque celebrandas „ Abbiano „ obbligo (ſunt Teſtamenti verba) d' aſſiſtere ogni giorno in „ detta Chieſa di S. Tecla veſtiti con abbiti di Coro per la mattina „ dalle otto ore ſino alle dieci, e mezza, e le Domeniche, „ e Feſte, e li giorni, che vi ſarà la Predica, finchè ſia finita la „ Meſſa maggiore per confeſſare, ed amminiſtrare la Santa „ Communione tutti li giorni alle Perſone, che averanno divozione di frequentare li Sagramenti, ò vero à quelli, che concorrano in detta Chieſa à cercare la ſua conſolazione, ammonendo, è pregando detti Beneficiati, procurino dare tutta la „ conſolazione à dette Perſone, ſpecialmente à quelle viveranno dentro à detta Parrochia, così in ſalute, quanto in infermità, viſitando l' ammalati, ed aſſiſtendoli, quanto richiedeſſe il biſogno per loro conſolazione con tutto amore, è perchè il ſopradetto, è queſto Capitolo non vi ſia omiſſione alcuna, gli aſſegnino tre ſoldi ogni giorno à detti Beneficiati, che „ aſſiſteranno in dette ore in detta Chieſa per detto effetto, ed „ impiego, li quali ſi pagheranno ad ogn' un dè Beneficiati dal „ Collettore, che avrà guadagnato ogni Sabbato, li quali tre „ ſoldi al giorno fanno la ſomma di lire 65. di dotazione di ogn' „ un di detti Benefizi, e perchè detti Benefiziati godino qualche „ ripoſo, e conſolazione, voglio, ed è mia volontà, che godino due meſi di ſolazzo, ſenza che perciò perdino porzione „ di detti trè ſoldi ogni giorno nella detta Chieſa, con condizione però, che non manchinò tutti in detto tempo finchè ve ne „ ſiano quattro almeno, che aſſiſtano à dette ore, è s' impieghino in detta funzione.

Secundò, quod iidem Beneficiati, ſeu Cappellani „ ogni ſettima„ na tenghino di parte il Veſpro, due giorni Accademia di morale, proponendo un caſo, è dicendole nella Sagreſtia, ò Coro di detta Chieſa, e perchè procurino di far profitto, ed avanzarſi negli ſtudi, voglio, e diſpongo, che due, e non piu di „ detti Benefiziati, che ſaranno dottorati nell' arti, Dottori in „ Sacra Teologia, ſe vorranno impiegarſi in leggere materia di „ Theologia, ò Logica, ò Teologia, ò Filoſofia, guadagnino „ in queſto impiego li ſoldi ſopradetti ogni giorno coll' obligo „ ſolo di aſſiſtere in detta Chieſa di S. Tecla à confeſſare li giorni „ di Feſta, e ſolo quello, che leggerà Teologia una di dette ore „ trà la ſettimana, la quale lettura, ò ſia lezione di Filoſofia,

„ ò Sagra Teologia ſia nello ſtudio generale della preſente Città „ di Xativa à tutti li Studenti, che voranno eſſer verſati di ſcen- „ ze . Parimente è di mia volontà , e così diſpongo , che ſe due, „ e non più dè detti Benefiziati ſi voranno impiegare in ſar la „ Miſſione tanto per ſe medeſimi , quanto accompagnando li „ PP. della Cong. di S. Filippo Neri di Valenza , o del Collegio „ di S. Pio V. ò. altri PP., e Predicatori ſimili godano di detta „ porzione quotidiana di tre ſoldi tutti li giorni , che anderan- „ no in detto impiego .

Tertio , quod ii , quibus dicta Beneficia conferentur „ ſiano perſo- „ ne virtuoſe , ed eſemplari , e di tale ſcienza , che , ſe allora „ concorreſſero ad un Benefizio Curato , ſiano abili per ottener- „ lo , e perchè di ciò così voglio , e diſpongo , che qualſiſia , che „ deve eſſer proviſto in detti Benefizi , debba prima eſſer eſami- „ nato dalli RR. PP. Propoſito , ed altro Padre di detta Cong. „ di S. Filippo Neri , e da detti portare il certificato col ſig illo di „ detta S. Caſa , e Cong. , e ſottoſcritta dalli RR. PP. , che e abi- „ le per ottenere qualſivoglia Benefizio Curato , è prego detti „ RR. PP. lo faccino per amor di Dio , e per il zelo grande , che „ in detti PP. di detta Caſa ho ſempre ſperimentato ſin dalla loro „ fondazione in procurare , che li Miniſtri de Sagramenti ſiano „ perſone benemerite , ed eſemplari .

Quarto „ che li Deſcendenti di Giuſeppe Ximeno Nipote mio per „ linea maſcolina , e non altri non biſognino detta approvazio- „ ne dalli RR. PP. Propoſito , ed altro Padre della Cong. di S. Fi- „ lippo Neri per eſſer preſentati , ed ottenere detti Benefizi ; an- „ zi voglio , e diſpongo , che poſſino eſſer preſentati , e ſi devo- „ no conferire detti Benefizi d' età d' anni ſette , e doppo la mor- „ te di detto Giuſeppe mio Nipote , uno de ſuoi Figli ò deſcen- „ denti per linea maſcolina poſſa avere , ed ottenere due di detti „ Benefici ſimul ſenza diſpenza veruna di ſuperiore , e godere in- „ tieramente di tutte le ſudetta ſeſſantacinque lire della dotazio- „ ne di ciaſcheduno di detti Benefizi, che delli due ſaranno cento e „ trenta lire ſenz' altro obligo , che celebrare le dieci Meſſe per „ ciaſchedun Benefizio ; e ſe più Deſcendenti di detto Giuſeppe „ Ximeno per linea maſcolina di detto Giuſeppe Ximeno vi ſa- „ ranno , che vogliano eſſere Eccleſiaſtici , poſſano di detta età „ di anni ſette , e ſenza detta approvazione ottenere uno di det- „ ti Benefizi ciaſcheduno di quelli , e non due . Eſſendo mia vo- „ lontà , che ſolamente uno poſſa all' iſteſſo tempo ottenere due „ Benefici , e morto queſto , o rinunciando , poſſa l' altro poſ- „ ſederli , e goderli ſucceſſivamente come ſia delli Deſcendenti „ per linea maſcolina di detto Giuſeppe Ximeno , e non d' altra „ maniera , nè altro di miei Parenti .

Quinto „ che qualſiſia di D. Beneficiati, che averà qualſiſia altro Be- „ neficio in qualſiſia Chieſa, o qualſiſia Prebenda, che ſia titolo per „ ordinarſi , o pure abbia obligo incompatibile con l' obbligo , „ chè quì metto a detti Benefici , che ipſo facto vachi detto Be- „ nefizio per me fondato , o per l' amminiſtratore de miei Beni ,

„ ed

„ ed Eredità, e quanto prima si proveda in altro, volendo però,
„ che nel contenuto in questo Capitolo non si comprendano li
„ descendenti di detto Giuseppe Ximeno mio Nipote per linea
„ mascolina perchè &c.

Sextò demum „ che il residuo, e rendita delli detti Benefici tanto
„ per vacanza, come per altro qualsivoglia difetto non riceverà
„ il Beneficiato, non si riparta tra gl' altri Beneficiati, se non che
„ si debba depositare per investire, ed accrescere l' entrata delli
„ sudetti Benefizi, & jus administrationis Beneficii, ché si fon-
„ derà delle 65. lire d' entrata, che in questo Testamento hò da-
„ to ragione legato vitalizio a detto Giuseppe Ximeno mio Ni-
„ pote, e medesimamente se li miei Beni, & Eredità non fosse-
„ ro sufficienti per fondare detti sei Benefici, e Cappellanie, vo-
„ glio, & ordino, che si tardi la fondazione, sintanto, che del-
„ la rendita si faccia una sufficiente entrata per tutta la spesa della
„ fondazione, ed amortizazione, oltre il sodisfare li Legati da
„ me lasciati, includendosi nel numero delli sei Benefici, o Cap-
„ pellanie, quello che si deve fondare doppo la morte del sudet-
„ to Giuseppe Ximeno mio Nipote.

Biennio a Testatoris obitu elapso, ipsius hæreditatis Administratores instetere coram Ordinario Valentino pro erectione trium ex dictis Cappellanis, quarum tamen annuum reditum in libris 65. à Testatore præscriptum quum exposuerint adeò tenuem esse, ut difficilè reperiri posset, qui vellet ad eas adspirare, & adnexa subire onera, die 24. Martii 1699. ab eodem Ordinario Valentino sententiam obtinuerunt, qua facta ipsis fuit potestas erigendi tres Cappellanias, unam scilicet cum annuo reditu librarum 65. pro Descendentibus Josephi Ximeno, duas verò pro extraneis cum reditu librarum centum pro qualibet, ita tamen, ut unusquisque istarum Cappellaniarum Possessor teneretur Missas 35. annuatim celebrare, & in Testatoris suffragationem applicare; Prætereaque iidem Administratores anno 1702. sub obtentu, quod nequidem annuus reditus librarum 100. pro congrua Cappellanorum sustentatione sufficeret, quodque proinde ratione tenuitatis dicti reditus Cappellani passim, nimiumque frequenter dictas Cappellanias dimitterent, alteram impetrarunt sententiam, qua reditus earumdem Cappellaniarum ad annuas libras 150., exceptis tamen illis a Descendentibus præfati Josephi Ximeno obtinendis, quibus centum dumtaxat libræ sunt assignatæ, fuit adauctus -

Ad normam postremæ hujus sententiæ quinque ex dictis sex Cappellaniis fuerunt fundatæ sub recensitis oneribus a Testatore præscriptis, nullaque super earum erectione usque ad novissima tempora oborta fuit controversia; Nunc verò Vincentius Melià modernus Patronus, ac Petrus, & Christophorus ejus Germani Fratres a Josepho Ximeno descendentes, ac trium ex dictis quinque Cappellaniis possessores authumantes, Testatoris voluntatem nimium ex enunciatis Sententiis, sæpedito Josepho Ximeno non citato, editis læsam, atque immutatam fuisse, postulat ab hoc

Sacro

Sacro Conſeſſu declarari, eaſdem ſententias non ſuſtineri, fructuſque hæreditarios in ſumma librarum biſcentum circiter ſuperextantes in commune beneficium cujuſque ex dictis Cappellaniis diſtribui debere, ita quidem, ut tam ipſi Fratres de Melià, quam cæteri futuri Cappellani a Joſepho Ximeno deſcendentes eorumdem fructuum augmento fruantur, licet ipſi ea non ſubeant onera, quæ Cappellanis extraneis incumbunt.

Ad hæc iidem Fratres de Melià licet fateantur, tot bona in Hæreditate Canonici Ximeno hodie extare, ut ea ſufficere poſſent pro fundo ſextæ Cappellaniæ, ſubdunt tamen, eam hodie non eſſe erigendam, ſed magis expedire ſextam fructuum partem, quæ in ipſius erectionem deberet cedere, in celebrationem tot Miſſarum ad rationem eleemoſynæ manualis pro anima Teſtatoris erogare, donec poſſit, ſublato quodam adhuc vigente obſtaculo, ad pacificam ejuſdem ſextæ Cappellaniæ fundationem procedi.

Vicarius Generalis poſtremæ ſententiæ validitatem, atque juſtitiam late propugnat in relatione, quæ circumfertur; Adminiſtratores hæreditatis congruo tempore excitati nihil hactenus deduxere: Perpenſis igitur juribus nomine Fratrum de Melià exponendis, rogantur EE. PP. quatuor, quæ ſequuntur, dubia decidere.

I. *An ſuſtineantur ſententiæ, ſeu proviſiones Curiæ Archiepiſcopalis Valentiæ latæ tam ſuper augmento annui reditus aſſignato Cappellaniis poſſidendis a reſidentibus in Eccleſia S. Theciæ, quam ſuper deſtinatione Cappellaniarum, & aſſignatione redituum pro deſcendentibus a Joſepho Ximeno eidem reſidentiæ non incumbentibus in caſu &c.*, & quatenus negative.

II. *An ſuperextantes reditus bonorum hæreditatis Canonici Auguſtini Ximeno cedere debeant in ſtipendium dd. Cappellaniarum, deductis tamen prius omnibus, & æquali portione redituum ſextæ Cappellaniæ erigendæ*, Ea quatenus affirmative.

III. *An dicto augmento æqualiter frui debeant Vincentius, Petrus, & Chriſtophorus Fratres de Melià moderni Cappellani ſeu Beneficiati, & alii futuri deſcendentes a Joſepho Ximeno, quamvis non reſideant in dicta Eccleſia, nec ſubeant onera per Fundatorem impoſita cæteris Beneficiatis in caſu &c.*

IV. *An, & quomodo ſit providendum quoad ſextam Cappellaniam in caſu &c.*

Seſs. 24. c. 14. de ref.

SPOLETANA JURIS QUÆSTUANDI. Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii in Terra Hiſpelli erectæ conſuevit alicui Perſonæ committere, ut cum Ordinarii licentia eleemoſynas in dicta Terra quæritaret; ex collectis vero eleemoſynis curavit quolibet anno Feſtum S. Antonii Abbatis in quadam Eccleſia eidem Sancto dicata, ſuæque, ut ajunt, Collegiatæ Grancia celebrari; At quia ſub annum 1739. quidam Felix Creſcimbeni nomine Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Antonii Viennenſis in Hoſpitio Civitatis Fulginei degentium cæpit eleemoſynas pro eodem Hoſpitio etiam in Territorio Hiſpelli Diæceſis

Spo-

Spoletanæ perquirere, contenditque, se manutenendum esse in possessione eas etiam in futurum colligendi, licet in ea Diœcesi nullum reperiatur Monasterium, aut Hospitium, quod ad dictum Ordinem S. Antonii Abbatis pertineat, & licentiam ab Episcopo Spoletano nedum non obtinuerit, sed imo ejusmodi quæstuatio fuerit ei interdicta, orta hinc est occasio discutiendi tria Dubia, quæ ad calcem Restrictus describentur.

Summus Pontifex Gregorius XIII. in Constitutione incipiente *Romani* la 73. *Bullar. nov. tom.*2. Abbati Monasterii S. Antonii Viennensis, Præceptoribus, Administratoribus, aliisque Religiosis Hospitalium dicti Monasterii indulsit „ ut petita, & obten- „ ta ab Ordinariis Locorum annis singulis in scriptis licentia, „ quam ipsi Ordinarii omnino gratis dare debeant, eleemo- synas, & quæcumque charitatis subsidia per personas honestæ vitæ ad id ab ipso Abbate, seu aliis dictæ Religionis Superioribus pro tempore deputatas pro usu ejus Hospitalis S. Antonii, in quo „ Hospitalitas actu exercetur, simulque existit intra fines illius Ci- „ vitatis, vel Diœcesis, in qua eleemosynæ perquiruntur, aut „ ejusmodi est, in quo curari soleant pauperes omnes eo morbo „ laborantes, qui ex tota illa Diœcesi adducuntur, perquirere, „ & colligere, illaque recipere, & levare libere, & licite va- „ leant, dummodo hujusmodi eleemosynæ convertantur dum- „ taxat in usum pauperum infirmorum, & ministrorum deser- „ vientium Hospitalibus.

Juxta hanc itaque Apostolicam Constitutionem inter cætera, quæ requiruntur, ut quæstuationes a Religiosis Ordinis S. Antonii Viennensis, vel alterius rite, valideque fiant, oportet Religiosos in ea Diœcesi, per quam eleemosynas colligunt, Hospitale habere, ibique hospitalitatem actu exercere, prætereaque debent iidem Religiosi licentiam ab Ordinario in hunc finem petere, ac impetrare, ut communiter advertunt Canonistæ *Fagnan. in cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. n.*21., & alii adducti per *Nicol. in Flosc. verb. quæstor. n.*1. *Monacell. formular. legal. tom.*4. *in supplem. ad* 3. *tom. num.*127. *& seq. fol. mihi* 107., & consonant Resolutiones S. Congreg. in *Theanen.*, in qua sub die 30. Aprilis 1678. censuit a Commissariis Abbatis S. Antonii Viennensis non posse quæstuari nisi ad formam Sacri Concilii Tridentini *cap. sess.*21. *de ref.*, & Bullæ san. mem. Gregorii XIII. incipien. *Romani*, & in *Cajacen.*, ubi die 20. Augusti 1683. rescripsit: *Danda, & observanda esse decreta*, & signanter in mox allegata *Theanen.*, ut in *lib.*33. *decr. pag.*202.

Quid autem adversùs hæc opponant Canonici Regulares S. Antonii Viennensis, & præsertim memoratus Felix Crescimbeni colligendis ipsorum nomine eleemosynis Minister deputatus, hactenus compertum non est: Jura verò sua ut S. Congregationi volentes deferre, queant, opportunis fuere, legitimisque monitionibus lacessiti; Onus itaque erit EE. VV. pronunciare.

I. *An liceat PP. S. Antonii Viennensis, eorumque Præsentatis Commissariis, Quæstoribus, Affictuariis, Patentatis, eorumque-*

rumque Miniſtris, ſeù Officialibus quæſtuare in Terra, & Territorio Hiſpelli, aliiſque Locis Diœceſis Spoletanæ : Et quatenùs affirmativè.

II. *An id fieri poſſit abſque licentia Ordinarii Civitatis Spoleti.*

III. *An ſit locus reſtitutionis eleemoſynarum, aliarumque oblationum perceptarum poſt præceptum Reverendiſſimi Epiſcopi in caſu &c.*

Die Sabbathi 23. Septembris 1741.

IN Folio poſtremæ Congregationis ſub diem 9. currentis Menſis habitæ, quatuor, quæ ſequentur, Cauſæ indeciſæ remanſerunt. Eo itaque reſumpto, rogantur Eminentiſſimi PP. reſpondere.

Seſſ. 24. c. 2. de ref.

LITEREN. CONCORDIÆ.

I. *An tranſactio inita anno* 1734., *& Beneplacito Apoſtolico munita ſuſtineatur in caſu &c.*

II. *An Edictum publicatum per Archipresbyterum Terræ Graniani ſit circumſcribendum, ſeu potius in qua parte ſuſtineatur in caſu &c.*

III. *An, & quomodo ſit procedendum in collationibus Beneficiorum in caſu &c.*

Prævia circumſcriptione Edicti Archipresbyteri, ſervandam eſſe concordiam anni 1734:

Seſs. 25. c. 9. de Ref.

VALVEN. PAROCHIALIS.

I. *An Eccleſia Parochialis Caſtri Hylaris ſit liberæ collationis, ſeù potiùs eadem Eccleſia ſpectet ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Valven. Jure unionis, Granciæ, vel Juriſpatronatus in caſu &c.*, & quatenus affirmativè ad primam partem.

II. *An ad exercitium ejuſdem Curæ ſit admittendus Vicarius, ſeù Parochus perpetuus deputatus à Capitulo cum approbatione Ordinarii; ſeù potiùs eadem Eccleſia ſit conferenda per concurſum in caſu &c.* & quatenus affirmativè ad primam partem.

III. *An, & quæ congrua ſit a Capitulo aſſignanda Vicario, ſeu Parocho perpetuo in caſu &c.*

Ad I. affirmativè ad primam, & negative ad ſecundam partem. Ad II. & III. proviſum in primo, & amplius.

VA-

VALENTINA CAPPELLANIARUM.

Sess.22. c.9. de reg.

I. *An sustineantur sententiæ, seu Provisiones Curiæ Archiepiscopalis Valentiæ latæ tam super augmento annui reditus assignato Cappellaniis possidendis a residentibus in Ecclesia S. Theclæ, quam super destinatione Cappellaniarum, & assignatione redituum pru Descendentibus a Josepho Ximeno eidem residentiæ non incumbentibus in casu &c.* Et quatenus negative.

II. *An superextantes reditus Bonorum hæreditatis Canonici Augustini Ximeno cedere debeant in stipendium dd. Cappellaniarum, deductis tamen prius oneribus, & æquali portione redituum sextæ Cappellaniæ erigendæ.* Et quatenus affirmative.

III. *An dicto augmento æqualiter frui debeant Vincentius, Petrus, & Christophorus Fratres de Melià moderni Cappellani, seu Beneficiati, & alii futuri descendentes a Josepho Ximeno, quamvis non resideant in dicta Ecclesia, nec subeant onera per Fundatorem imposita cæteris Beneficiatis in casu &c.*

IV. *An, & quomodo sit providendum quoad sextam Cappellaniam in casu &c.*

Iterum proponatur.

SPOLETANA JURIS QUÆSTUANDI.

Sess. 24. c.21. de ref.

I. *An liceat PP. S. Antonii Viennesis, eorumque Præsentatis, commissariis, Quæstoribus, Affictuariis, Patentatis, aliisque ipsorum Ministris, seu Officialibus quæstuare in Terra, & Territorio Hispelli, cæterisque Locis Diœcesis Spoletanæ;* Et quatenus affirmative.

II. *An id fieri possit absque licentia Ordinarii Civitatis Spoleti.*

III. *An sit locus restitutioni eleemosinarum, aliarumque oblationum perceptarum post præceptum Reverendissimi Episcopi in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. provisum in I. Ad III. affirmative.

Sess.22. Decr. de obser. & evit. in celebr. Miss.

PISTORIEN. CELEBRATIONIS MISSARUM. Exponens Philippus Maria Scarfantoni Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Pistorien, inter cætera Canonicali suæ Præbendæ adnexa onera illud enumerari, quo obstringitur „ celebrare unam Missam quaˮ „ libet die alterius hebdomadæ in Ecclesia monialium S. Nicoˮ „ lai, aut pro celebratione Missæ hujusmodi scuta decem deˮ „ Mense Julii persolvere dicto Monasterio „ juxta verba Literarum Apostolicarum S. M. Clementis VIII., quæ in confirmationem fundationis, seu erectionis illius Canonicatus prodiere, postulavit ab hoc Supremo Consessu declarari, liberum sibi esse annua scuta decem loco celebrationis dictarum Missarum memorato Monasterio tribuere, Moniales vero non posse pecunias hactenus ab ipso solutas, atque depositas, neque alias in posterum solvendas in privatos Monasteriis usus impendere, sed totas pro Missarum celebratione fore insumendas: At quia e diverso

authumabant Moniales, licere sibi præfatam summam scutorum decem in Monasterii usus erogare, neque se ullo Missarum onere gravari; ut quæstio ista, cujus decisionem ab hoc Supremo Consessu Partes inter se dissidentes absque aliquo in juribus circumferendis impendio exoptabant, aliquando dissolveretur, necesse fuit, causam fuse describere in folio distributo pro Congregatione diei 16. Maii 1739., ac EE. PP. decidenda proponere tria hæc Dubia „ I. An Canonicus Scarsantoni per solutionem „ scutorum decem liberetur ab onere Missarum, de quibus agi„ tur, vel potius teneatur summam majorem, & quam Mona„ sterio S. Nicolai persolvere? & quatenus affirmative ad pri„ mam partem. II. An moniales dicti Monasterii possint dicta „ scuta decem in privatos Monasterii usus insumere, vel potius „ Missas, & in quo numero celebrari facere teneantur in casu &c. „ III. An, & quomodo sit providendum quoad pecunias depositas, & an Canonicus Scarfantoni quidam ultra illas pro tem„ pore præterito præstare teneatur in casu &c., quorum resolutione dilata, jussum fuit sub diem 4. Julii ejusdem anni, ut scriberetur Episcopo juxta instructionem, in eo nempe versatam quod ab ipso diligenter inquireretur, qui mos fuerit tam à Possessoribus enunciati Canonicatus, quam a Monialibus circa controversam Missarum celebrationem anteacto vetustiori tempore servatus,

Opportunis itaque datis ad Episcopum literis, paruit ille, retulitque, Hieronymum de Salvaticis primum Possessorem dicti Canonicatus post Fundatorem (qui hujusmodi oneri se non subjecerat) de anno 1611, incepisse persolvere loco celebrationis Missarum scuta decem Monasterio, & continuasse usque ad annum 1644. nempe usque ad ejus obitum. Quid vero de illis fecerint Moniales, ex ipsarum libris dignosci non potuisse, eo quia pecunias cum aliis Monasterii redditibus immiscuerunt, absque eo quod ulla unquam in dictis libris partita exitus adnotata appareat pro celebratione earumdem Missarum, de qua neque constat ex libris vulgo Vacchette Missarum. A prædicto autem anno 1644. nullam haberi notitiam, quod ab aliis Successoribus in Canonicatu satisfactum fuerit vel oneri celebrationis Missarum, vel solutioni scutorum decem.

Hæc scripserat Episcopus sub diem 12. Augusti superioris anni; Novissime vero Canonicus Scarfantonii, & Moniales e re sua vicissim fore ducentes, quæstionem omnem amice dirimere, inter se convenerunt, ut ex decem annuis scutis tam hactenus depositis, quam deinceps deponendis medietas erogetur in celebrationem Missarum, altera vero medietas libere cedat commodo Monasterii; Cumque impræsentiarum communi nomine præfati Transigentes concordiam istam Apostolico Beneplacito muniri efflagitent, tribus propterea dubiis sub annum 1739. propositis, quartum juxta ipsorum preces adjungitur, ut EE. PP., omnibus perpensis, inspectisque potissimum iis, quæ in Folio prædictæ

dictæ diei 16. Maii 1739. fuerunt expoſita, hodiernæ Oratorum petitioni ſit necne annuendum, ſapientiſſimo, quo ſolent, oraculo pronunciare dignentur.

I. *An Canonicus Scarfantoni per ſolutionem ſcutorum decem liberetur ab onere Miſſarum, de quibus agitur, vel potius teneatur ſummam majorem, & quam Monaſterio S. Nicolai perſolvere,* & quatenus affirmative quoad primam partem;

II. *An Moniales dicti Monaſterii poſſint dicta ſcuta decem in privatos Monaſterii uſus inſumere, vel potius Miſſas, & in quo numero celebrari facere teneantur in caſu &c.*

III. *An, & quomodo ſit providendum quoad pecunias depoſitas, & an Canonicus Scarfantoni quidquam ultra illas pro tempore præterito præſtare teneatur in caſu &c.*

IV. *An concordia, de qua agitur, ſit approbanda in caſu &c.*

Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam in ſumma correſpondente ſtipendio Miſſarum celebrandarum qualibet die alterius hebdomadæ ad rationem eleemoſynæ manualis. Ad II. negative ad primam partem, & in reliquis ut in primo. Ad III. pecunias depoſitas eſſe erogandas in celebrationem tot Miſſarum ad rationem eleemoſynæ manualis, & in reliquis negative ex gratia. Ad IV. negative.

PENNEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Joannes Romanelli ab Aquila primas ſub annum 1728. ſuas expoſuit preces Sacræ Congregationi Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitæ invalidam poſtulans declarari Religioſam Profeſſionem, quam die 31. Maii 1727. in Conventu Fr. Minor. ſtrictioris Obſervantiæ Civitatis Pennen. emiſerat. Eadem verò Sacra Congregatio, accepta tandem relatione Epiſcopi pluries expetita, viſiſque Actis ſuper dictæ Profeſſionis nullitate confectis, & ab eodem Epiſcopo tranſmiſſis ſub diem 1. Januarii 1735 ipſimet Epiſcopo Aquilano literas dedit, quibus demandatum eſt, ut in cauſa iſta, quum à die emiſſæ Profeſſionis nondum elapſum eſſet quinquennium, ad formam Tridentini Concilii procederet. *Seſſ. 25. c. 15. & 19. de reg.*

At quia poſt hæc Orator deſtitit à cauſæ proſecutione, ſolumque ineunte anno 1736. ſupplicem ſan. mem. Clementi XII. porrexit libellum, quo exponens, Profeſſionem ſuam duplici nomine irritam eſſe, altero nimirum, quod vi, metuque ſibi à Fratre Franciſco ab Aquila, tunc temporis Provinciali illatis ad eam emittendam fuerit compulſus; altero autem, quod ipſo probationis anno è Conventu aufugiens animo illuc amplius non revertendi Novitiatum interrupit, beneficium reſtitutionis in integrum adversùs jam exactum quinquennium imploravit, ut in formali judicio poſſet jura ſua experiri, remiſſis proinde ad hanc Sac. Congregationem ejus precibus, habitoque nuper una cum Epiſcopi Pennenſis relatione noviſſimo Proceſſu ejuſdem Sacræ Congregationis juſſu confecto, decidendum modo eſt Dubium, quod in calce præſentis Reſtrictus apponetur.

De fuga Oratoris è memorato Conventu summo mane, abjecto religioso habitu, resumptoque seculari, vix post mensem à die inchoati Novitiatus arrepta plures in formali suo examine deposuerunt Testes, à quibus præterea refertur, eumdem Oratorem nonnisi abductum vi, & minis Religiosorum, qui fugientem intercepere, ad claustra rediisse, ut ex *Summ. nu.4. litt.B. num.8. litt.A., & B., & num.11. litt. A.*; Ejusmodi autem fugam, ex qua interruptus fuerit probationis annus, satis esse ad irritandum actum subsecutæ Professionis, contendit Orator, tum ex Decreto Sacri Concilii Tridentini *Sess.25. cap.15. de Regular.*, juxta doctrinam *Suarez*, quam secuta est *Rot. dec.200. num.27., & seqq. par.10. recen.*, tum & præsertim ex Statutis Generalibus Ordinis *cap.* 20. §. 5. *num.* 6., udi decernitur -- „ Annum Novitiatus, qui completus esse debet, aliàs Profes- „ sio nulla est, ità continuum esse debere, decernimus, ut, „ si Novitius quavis de causa, sive cum habitu, sive sine habi- „ tu exierit de Conventu, & postea redierit, non computetur „ ei tempus, quo ante in probatione steterat, sed denuo pro- „ bationis annum incipiat: Si verò sine rationabili causa exierit, „ ad Religionis habitum amplius admitti non possit, -- quemadmodum loquens in specie de recessu Novitii à Conventu cum dimissione habitus, & animo non redeundi probat *Rotarius in Theolog. moral. Regul. lib.2. cap.4. de continuatione anni probationis num.4.*

Violentiæ verò, quibus idem Orator coactus fuit postsùs invitus religiosum statum assumere, ex his potissimè, quæ præfati Testes fermè unanimes deposuere, colliguntur; Primò nimirùm -- „ che detto Padre Provinciale di quel tempo Frà Francesco „ dell'Aquila volesse in ogni conto far seguire la Professione di „ detto Padre Giovanni, acciò la robba, e tutta la di lui ere- „ dità andasse in potere di un suo Nipote, che tiene per Mo- „ glie una Sorella di detto Padre Giovanni --; Secundò, quod idem Orator tam ante ingressum in Religionem, quàm decurrente probationis anno coram Novitiis, aliisque Religiosis sæpiùs protestatus fuerit, se nolle Religiosam Professionem emittere, plurieſque a Magistro Novitiorum habitum suum secularem poposcerit, ut domum suam reverti posset: Tertiò, quod, adventante Novitiatus fine, fuerit opera, & arte Fratris Candidi ab Aquila Superioris Conventus inebriatus, & subindè ad bonorum renunciationem, quam antea semel, bis, ac tertiò explere renuerat, dolosè inductus; Quartò, quod à Novitiorum Magistro ad Ecclesiam, & Altare minis, colaphis, aliisque id genus violentiis traductus, ut una cum quibusdam aliis Novitiis professionem emitteret, primùm in medio Ecclesiæ sistens palam ibi sit protestatus se nolle Religiosum esse, deindeque ter à Fr. Michaele Angelo à Mutignano Cotta, Stola, & Pluviali induto interrogatus, num vellet consuetis votis se mancipare, nullum dederit responsum, nisi quod ità demùm in hæc proruperit verba -- *Volete, che dica di sì, lo dirò, ma la*

mai

mia Professione non intendo farla, ne ho mai avuta questa intenzione; -- Sextò, quod, absoluta ea sic perperam volitæ Professionis functione -- „ fu inteso un gran mormorio de' Religiosi „ con dire tutti, che il Novizio Frà Giovanni si dovesse ri- „ mandare a sua Casa, stante che non aveva professato, *quod-* „ *que Religiosi omnes*, perchè sapevano, che questo non aveva „ professato, non volevano darli i loro voti inclusivi, ma le „ minaccie del P. Provinciale, del Guardiano, e del Maestro „ de'Novizj, come le promesse indussero ogn'uno à dare il voto: Et septimò demum, quod Religiosis post eamdem functionem Sacrarium ingressis, seque cum Oratore de Professione emissa gratulari affectantibus, constans ipse omnibus responderit -- *Io non ho fatta Professione, ne mai ho avuto tal volontà*.

Subinde, quod non acquieverit Orator, omnemque, ubi primùm potuit, moverit lapidem ut libertatem à Religionis jugo, cui nunquam sese intendit subiicere, tandem aliquando assequeretur, putat ipse perspicuò comprobari, tum ex enunciatis recursibus pluries ad S. C. Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam habitis, tum ex assiduis suis conquestionibus ob metum Fratris Francisci Alferii dudum Provincialis in judiciaria palestra ad hanc usque diem non promotis, tum ex precibus jam à quinquennio Summo Pontifici porrectis, tum demum etiam ex eo, quod, Sacros licèt in Religione susceperit Ordines, nullum iamen in ea munus, quod solet à Professis exerceri, unquam obierit.

Religio ejus instantiæ non contradicit; Orator autem, qui nuperrimè formali subjectus examini coram Eminentissimo Urbis Vicario prædicta omnia confirmavit, demissè postulat ab EE. VV. rescribi.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmativè, & ad mentem.

CÆSENATEN. REDUCTIONIS MISSARUM. In publico Instrumento sub annum 1618. exarato clar. mem. Cardinalis Tonti tunc temporis Cæsenatensis Episcopus perpetuam fundavit, erexitque Cappellaniam, hisce potissimùm adjectis oneribus. Primò, quod Cappellanus in Oratorio S. Petri *de Bulgarnò* Missam singulis Dominicis diebus, aliisque festis de præcepto ibi designatis celebret; Secundò, -- quod celebret duas Missas „ qualibet hebdomada in perpetuum in Cathedrali Ecclesia ad „ Altare, ubi prius stabat Imago B. V. videlicet in die Martis „ Missam Angelorum, & in die Veneris Missam de Passione „ Domini. *Tertio*, quod in Festo S. Andreæ quolibet anno in „ perpetuum teneatur facere Officium, celebrari faciendo in „ dicto Oratorio S. Petri de Bulgarnò tot Missas, quot sunt in „ Congregatione, sub qua degit dictum Oratorium cum solita „ eleemosyna; *Et quarto demum*, quod quolibet anno in per- „ petuum teneatur Missam celebrare in eadem Cathedrali in „ Festo

Sess. 22. De cre. de Observ. & evit. in celebr. Miss.

„ Festo S. Michaelis Angeli, & in Festo S. Chrisogoni, & in
„ Festo S. Annæ teneatur decantare, vel decantari facere unam
„ Missam solemnem in honorem Festivitatis dictæ S. Annæ,
„ nec non teneatur similem Missam decantari facere in die, qua
„ sit Festivitas Angeli Custodis.

Deinde vero in dotem ejusdem Cappellaniæ constituit,„ unum per-
„ petuum (sunt enunciati Instrumenti verba) annuum censum
„ scutorum decem, & octo cum dimidio ad rationem solido-
„ rum octuaginta quatuor pro singulo scuto de moneta usuali,
„ & currenti in hac Civitate Cæsenæ, quem imponit, & creat
„ super tota ejus possessione nuncupat. di Favirano Territorii
„ Cæsenaten. Tornaturarum centum, & sex in circa, & prout
„ in Instrumento dicti Census celebrando, & in calce præsen-
„ tis fundationis, & dotationis registrando, reservato sibi fa-
„ cultate, & eidem Illustrissimæ D. Cassandræ, & suis Descen-
„ dentibus illum affrancandi, dummodo pro dicta dote assi-
„ gnentur tot Bona stabilia in Terrenis fructiferis consistentia,
„ quæ sint secura, & reddant in perpetuum singulo anno reddi-
„ tum annuum dictorum scutorum decem, & octo cum dimi-
„ dio, detractis oneribus, & expensis &c., & infra; Pro cu-
„ jus quidem fundationis, ac dotationis perfectione, & cau-
„ tione &c. fecit, constituit, & imposuit unum annuum censum
„ scutorum decem, & octo cum dimidio ad rationem solido-
„ rum octuaginta quatuor pro singulo scuto de moneta usuali, &
„ currenti in hac Civitate Cæsenæ persolven.. ut infrà dicitur,
„ quem censum &c. assignavit, dedit, & concessit dictis Cap-
„ pellæ, seu Beneficio Ecclesiastico perpetuo simplici &c. pro
„ ejus dote in perpetuum &c.

In executionem ejusmodi fundationis diù fuerunt à Cappellanis celebratæ Missæ, aliaque onera integrè adimpleta, accepto nimirum à Ministro Collegii Nazareni de Urbe, quod hæres fuit ex asse Cardinalis Tonti, annuo stipendio scutorum 18. 50.; sed quia summa hæc juxtà veterem valorem ab eodem Cardinali in solidis octuaginta quatuor pro singulo scuto designatum non excedit summam scutorum 14. 10. monetæ Romanæ nunc currentis, & alioquin manualis Missarum eleemosyna olim præscripta ad rationem unius caroleni pro qualibet Missa, successu temporis ad julium unum excrevit, idcirco Sebastianus Martinelli istius Cappellaniæ Rector exponens memoratam summam injunctis Missarum oneribus non respondere, sub diem 10. Junii 1679. obtinuit ab hac Sac. Congregatione Ordinario Cæsenatensi committi -- *ut veris existentibus narratis, demptis prius oneribus Cameralibus, ac expensis pro rebus necessariis, prædictum onus missarum juxta proportionatam reddituum quantitatem ad ratam eleemosynæ manualis, more regionis inspecto, pro suo arbitrio, & conscientia moderetur, atque reducat, ita tamen ut, si quando augeatur redditus, augeatur etiam proportionabiliter numerus ipse Missarum, quod præsertim in actu visitationis erit inspiciendum.* Cui quidem rescripto obsequens Ordinarius Cæsenatensis mandavit

davit, præfatum Sebastianum -- *imposterum celebrare, seu celebrari facere qualibet hebdomada in Ecclesia Cathedrali Cæsenæ ad Altare S. Annæ Missam unam qualibet hebdomada tantum, & in Oratorio SS. Matri, & Andreæ Bulgarnò celebrare per sex menses cujuslibet anni ad libitum Missam in quolibet die festivo de præcepto, prout etiam in omnibus Dominicis intra sex menses; Ita pariter celebrare, seu celebrari facere duas Missas cantatas*, in reliquis vero *eumdem Sebastianum ab oneribus celebrandi Missas liberavit*.

At ejusmodi reductionem ad hæc usque novissima tempora servatam quum nuperrime veluti a Sebastiano Martinelli subreptitie extortam apud hanc S. Congregationem accusaverit Pater Nicolaus a S. Theresia Ordinis Scholarum Piarum Collegii Nazareni Minister, in qniens nimirum falso fuisse expositum, quod quatuordecim tantum scuta currentis monetæ percipiantur a Cappellano, dum præter illa, quæ Collegium Nazarenum persolvit, alia scuta tria singulis annis libera retrahuntur ex parvo quodam Prædio, & Domuncula Ecclesiæ adnexa, subdensque præterea, quod, ubi etiam locus fuisset alicui Missarum reductioni, earum tantum numerus, quæ in Cathedrali Ecclesia celebrantur, debuisset imminui, firmis remanentibus illis, quæ diebus Dominicis, aliisque festis de præcepto dicendæ sunt in Oratorio rurali S. Petri de Bulgarnò, quippe quas ibi celebrari provide jusserit piissimus Fundator consulturus pauperibus Incolis illius Villæ alias in discrimine positis sæpe sæpius non audiendi Missam, impetratum est Episcopo Cæsenatensi, ut hac de re EE. PP. instrueret, suamque, audito Rectore Cappellaniæ, aperiret sententiam.

Jussa fecit Episcopus; suis quippe in literis ad S. Congreg. datis sub diem 28. Januarii superioris anni confirmans facti seriem hactenus expositam, referensque pluries audivisse tam modernum Cappellaniæ Rectorem, quam memoratum Collegii Nazareni Ministrum, quorum etiam jura quædam coram se deducta transmisit, hunc animi sui sensum esse declarav it; Primo scilicet, quod Rector præfatus emancipari posset ab onere celebrandi per se ipsum, quo eum Fundator gravavit; Secundo, quod Missæ, quas idem Fundator diebus Festis in Oratorio S. Petri de Bulgarnò celebrari præcepit, ibidem omnes absque ulla diminutione persolvantur, sic postulante commodo Rusticorum illius Villæ, qui secus utpote ab Ecclesia Parochiali distantes non semel Sacrificio Missæ carerent, absoluto tamen Rectore ab Officio, quod die festo S. Andreæ deberet in eodem Oratorio expleri, quippe quod summam scutorum trium absorberet; Et tertio demum, quod Missæ in Cathedrali celebrandæ ad unam tantum pro qualibet hebdomada reducantur, liberato Cappellano ab aliis oneribus in eadem Cathedrali tam in Missis solemnibus, & cantatis, quam lectis utcumque persolvendis.

His acceptis EE. PP. sententiæ Episcopi inhærentes, eidem commiserunt die 19. Novembris mox dicti anni 1740., ut, firmo rema-

remanente onere celebrationis Missæ singulis diebus festis de præcepto per Cappellanum adimplendo, sive per se, sive per alium in Oratorio Villæ Bulgarnò, reliquas Missas ad unam tantum singulis hebdomadis in Cathedrali Ecclesia, diebus ab ipso Episcopo præscribendis celebrandam reduceret, cæteris deletis oneribus; Cumque juxta hanc normam Cæsenatensis Antistes sub diem 29. Decembris ejusdem superioris anni novam reductionem edixerit, statim adversus illam reclamavit hodiernus Cappellaniæ Rector Sanctes Bigucci, ad cujus propterea petitionem Dubium mox describendum EE. VV. proponitur.

Duo scilicet comprobanda assumit præfatus Cappellaniæ Rector, alterum, quod Missæ omnes tam in Cathedrali, quam in sæpedicto Oratorio Villæ de Bulgarnò, aliaque onera a Cardinali Fundatore præscripta debeant integre adimpleri, quodque in hunc finem Collegium Nazarenum teneatur ex bonis hæreditariis ejusdem Cardinalis stipendium Cappellano usque ad annua scuta 33. & obulos 60. supplere; Alterum vero, quod, si petito huic supplemento locum non esse judicetur, recedendum minime sit a veteri Missarum reductione sub ann. 1679. peracta, totque annorum spatio observata. Inquit enim stipendium, quod a Collegio Nazareno persolvitur, in annuis tantum scutis 14., & ob. 10. consistere, onera vero ascendere ad annua scuta 15., & ob. 40.; adeoque, si, ut ipse contendit, manualis eleemosyna Missarum quadraginta trium, quæ juxta dictam veterem reductionem celebrandæ sunt in Oratorio de Bulgarnò quinque milliaribus a Civitate Cæsenæ diffito ad rationem juliorum duorum pro qualibet Missa taxetur, nihil penitus liberi emolumenti Cappellano superfit, quin potius mercedem superet onus. Novissima autem reductio nimium. ut idem Cappellanus subjungit, sibi inferat gravamen, dum juxta illam Missæ 86. celebrari deberent in sæpedicto Oratorio, earum vero eleemosyna, retento themate, quod ad rationem duorum juliorum pro qualibet Missa taxanda sit, ad annua scuta 17., & ob. 20. ascenderet, quibus si addantur alia scuta quinque, & obuli 20. debita pro Missis 52. in Cathedrali celebrandis, jam plene compertum fiat, onera juxta recentem hanc reductionem Cappellano imposita longe excedere summam sc. 14. 10. quæ a Collegio Nazareno persolvitur.

Hæc est summa eorum, quæ profert Cappellanus, cumque nova jura, quæ contra istos Cappellani conatus intendit obiicere Minister Collegii Nazareni, nondum allata fuerint, onus erit EE. VV. habitis non tantum ob oculos resolutionibus Sac. hujus Congregationis per extensum relatis a *Fargna de Jurepatr. part. 2. can. 27. cas. 20.*, quam perpensis circumstantiis in facto occurrentibus, & illa signanter ad rem potissime ponderanda, quod agitur de fundatione, & dotatione Beneficii expleta per actum, uti vocant inter vivos a pio æque, ac docto Cardinali, qui certam summam Beneficiato solvendam præfinivit, sapientissime statuere,

An

An, & quæ reductio ſuſtineatur, ſeu potius an, & quomodo ſit providendum in caſu &c.

Celebrandas eſſe omnes Miſſas in Oratorio Villæ de Bulgarnò, deletis prorſus cæteris oneribus.

MELPHICTEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. Conquerente apud Sacrum hunc Conſeſſum Mauro Joſepho Gadaleta Canonico Theologo Cathedralis Eccleſiæ Melphicten., quod duo ſimplicia Beneficia ſub menſem Decembris 1737. per obitum Clerici Nicolai Gizzarone vacata annuum reditum ducatorum viginti non excedentia Theologali Præbendæ non fuerint ab Epiſcopo unita, ut exindè annuus ejuſdem Præbendæ reditus ad Ducatos quadraginta quinque tantum aſcendens, taxæ ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ in Conſtitutione ſa: mem. Benedicti XIII. incipiente *Paſtoralis Officii* præſcriptæ propiùs accederet, ac una ſimul contendente proviſionem eorumdem Beneficiorum; quorum alterum a dicto Epiſcopo collatum fuit Presbytero Franciſco Jacobo de Dato Menſæ Epiſcopalis Præfecto, ſeu Œconomo, alterum verò Diacono Antonio de Tritio ſuo Cancellario, non ſuſtineri, oportuit proponere Dubium-- „ An duo ſimplicia beneficia ultimò vacata per obitum Nicolai „ Gizzarone debuerint, ac debeant per Ordinarium uniri Præ„ bendæ Theologali, ſive potius ſuſtineatur illorum collatio ab „ Ordinario facta favore Franciſci Jacobi de Dato, & Antonii „ Tritio in caſu &c., *cui die* 3. *Decembris* 1740. *reſponſum fuit*-- „ Suſtineri collationem quoad Beneficium collatum Franciſco „ Jacobo de Dato, & in reliquis, dilata, & coadjuventur pro„ bationes. *Seſſ. 5. c. 1. de ref.*

Reſolutioni huic acquieſcens Canonicus Gadaleta de Beneficio collato Franciſco Jacobo de Dato ampliùs non diſputat, ſuam tamen urgens poſtulationem quoad illud, quo proviſus fuit Antonius Tritius, putat ſibi annuendum eſſe ſuper petita ejuſdem Beneficii unione Præbendæ Theologali, quippe quia tenuitas redituum ipſius Præbendæ ſatis comprobata ſit ex duabus, quas hodie profert, atteſtationibus, altera ſcilicet Œconomorum, & Cancellarii Capituli dictæ Cathedralis, qui, inſpectis libris Capitularibus, ductoque reditum calculo, affirmant, quemlibet ex Canonicis annuam ſummam ducatorum 38., & obulorum 98. percipere, & altera Sindicorum tam Magiſtratus, quam Capituli deponentium, penſionem Domus, quam Canonicus Morinus del Veſcovo Præbendæ Theologali reliquit, annuos ducatos 18. non excedere. Hinc enim ait, compertum fieri, totos Præbendæ ſuæ reditus, computatis etiam Miſſarum eleemoſynis, neque attingere ſummam ducatorem 57. monetæ Regni, adeoque viginti, & ultra ducatos adhuc deſiderari ad conſtituendam ſummam, quæ valori ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ in memorata Conſtitutione Benedictina præfinito reſpondeat. Num quidquam contra novas haſce probationes intendat opponere

Tritius, hactenus ignotum est. Resumpto itaque folio diei 29. Novembris anni 1740. partes erunt Eminentissimorum Patruum decidere.

An collatio simplicis Beneficii ab Ordinario facta Antonio Tritio sustineatur, sive potius idem Beneficium debeat Præbendæ Theologali uniri in casu &c.

Dilata ad primam post Aquas.

Sess. 22. dec. de Obser. & Evit. in celeb. Missa.

REGIEN. CAPPELLANIÆ. In Testamentariis tabulis Anno 1709. conditis Franciscus Bezzecchi, relictis Barbaræ uxori, & Isabellæ sorori alimentis, hæredem ex asse ad sc. 1853. ascendente scripsit Jacobum Filium, eique in pupillari ætate, vel semper, & quandocumqoe absque prole decedenti Venerabile Oratorium S. Sebastiani Civitatis Corrigii substituit, injuncto onere -- di far celebrare una Messa quotidiana in perpetuo, „ e fino durerà il Mondo in detta Chiesa per l'anima di esso Te„ statore, e suoi Defonti, ed impiegare il sopravanzo dell'en„ trate in beneficio dell'Ospedale degl'Infermi annesso a detto „ Oratorio.

Non longè pridem ab obitu memorati Francisci Testatoris decessit prædicta ejus Soror Isabella, & ipsa quoque condito Testamento, quo usumfructum suæ hæreditatis summam sc. 669. 72. attingentis Josepho, & Beatrici Bezzecchi, necnon Barbaræ dicti Francisci Uxori, donec viverent, Legati jure reliquit, hæredem vero instituit præfatum Jacobum Francisci Bezzecchi Filium, cui sine Filiis obeunti substituit Franciscum Giannotti, ejusque hæredes sub onere tamen ipsis injuncto, ut in casu purificatæ substitutionis obstricti essent--farli celebrare tante Mes„ se, quante potranno far celebrare col valore della sua Eredità „ in suffragio dell'anima sua, e suoi Defonti, poichè in tal ca„ so vuole, che tutto l'intiero valore de beni sii erogato in farli „ celebrare tante Messe.

Sub annum verò 1716. præfatus Joseph Bezzecchi alter ex Hæredibus usufructuariis mox dictæ Isabellæ pariter cum Testamento decessit, suique Patrimonii ad scuta 804. 69. ascendentis hæredem scripsit sæpedictum Jacobum Bezzecchi, ampla facta illi potestate hæreditaria sua Bona alienandi, at in casu, quo idem Jacobus sine Filiis obiret, ita cavit -- allora, ed in tal caso, e „ mentre non avesse alienato li Beni di detta Eredità, che vo„ lendoli alienare li lascia tutta, e libera la facoltà, ed auto„ rità d'alienarli, in tal caso detto Signor Testatore ha sostitui„ to, e sostituisce volgarmente &c. il Signor Canonico Fran„ cesco Pungileoni, aggravandolo però con Beni di detta Ere„ dità scudi 200. al Signor Capretti, e del residuo di detta Ere„ dità far celebrare tante Messe, quante potranno, in suffragio „ dell'Anima di esso Testatore, e suoi Defonti.

E' vivis demum erepto absque Filiis toties memorato Jacobo proprietario dictorum omnium Testatorum hærede, nulloque jam

amplius

amplius ex omnibus ſupradictis Legatariis ſuperſtite, Præſides Oratorii, & Confraternitatis S. Sebaſtiani ad hæreditatem Franciſci vocatæ (quum Canonicus Pungileoni in hæreditate Joſephi Bezzecchi ſubſtitutus totum hæreditarium patrimonium Familiæ Bezzecchi, quod indiviſum ſemper fuerat à ſupradictis Franciſco, Iſabella, & Joſepho poſſeſſum, eidem Confraternitati cum oneribus adnexis renunciaverit) ſupplicem Summo Pontifice porrexerunt libellum Sacræ huic Congregationi à Sanctitate Sua remiſſum, quo exponentes grave detrimentum hæreditariis Bonis obventurum, ſi ea debeant per Peritos dividi, & ſubindè alienari, ut ex ipſorum pretio tot celebrentur Miſſæ, humillimè rogant pro facultate erigendi perpetuam Cappellaniam cum onere Miſſæ quotidianæ, quæ complexive, ut dicitur, in omnium dictorum Teſtatorum ſuffragationem in Oratorio Hoſpitali adnexo perſolvantur. Juxtà has itaque preces decidendum proponitur Dubium, quod infra deſcribetur.

Præter ea, quæ nomine Præſidum dicti Oratorii, & Confraternitatis ad aſſequendam gratiam, quam poſtulant, adferentur, non abs re eſt adnotare, ,quod aliquando Sacra hæc Congregatio cenſuit, inſtitutionem Cappellaniæ ſubrogandam eſſe Miſſarum celebrationi, quam Teſtator ex pretio Bonorum ſtatim juſſerat expleri. Hanc ſcilicet ſententiam amplexa eſt *in Bononien. Legati Miſſarum* 12. *Januarii* 1704. *lib.* 54. *Decr. pag.* 3., & prius in *Olinden.* 3. *Martii* 1703., in qua præſertim cum conſtitiſſet hæreditatem Teſtatoris, ſupra quam ille crediderat, pinguem æſtimationem ſcutorum octoginta millium æquare, viſum utique fuit conſilium omninò providum abſtinere à venditione Bonorum, quam Teſtator fieri jufferat, & annuos eorumdem Bonorum fructus in tot Miſſas, quæ perpetuò celebrarentur, impendere, *ut in lib.* 53. *Decret. pag.* 96.

Sic pariter noviſſimè *in Peruſina, ſeu Civitatis Plebis Cappellaniæ*, poſtulante Roccho Pavoncello, ut ex hæreditaris Bonis à Joanne Andrea Fantauto relictis ſub lege, quod, obeunte abſque Filiis Conſtantia de Pavoncelli Uxore, eorum pretium in tot Miſſarum celebrationem erogaretur, perpetua Cappellania erigi poſſet, utque jus nominandi Cappellanum ſibi, ſuiſque deſcendentibus adjudicaretur, EE. PP. cum pretium dictorum Bonorum attingeret ſummam ſcutorum 2246., & Emptor haud facilè poſſet inveniri, ideoque eadem Bona longè viliori pretio vendenda forent, propoſitis hiſce Dubiis -- I. *An ſit locus erectionis Cappellaniæ in caſu &c.*, & quatenus affirmativè -- II. *An jus nominandi Cappellanum ſit reſervandum favore Proximiorum hæredis Teſtatoris in caſu &c.*, die 27. Junii 1733. in hæc verba reſcripſerunt -- Epiſcopus procedat ad erectionem Cappellaniæ im-
„ poſito Cappellanis onere celebrandi juxtà mentem Andreæ
„ Fantauti tot Miſſas, quot celebrari poſſunt ex fructibus Bono-
„ rum ad rationem manualis, detractis utenſilibus, & Cappel-
„ lania remaneat liberæ collationis, ſed pro prima vice ex gra-
„ tia ab Epiſcopo conferatur Fratri Conſtantiæ Pavoncellæ --,
ut in lib. 83. *Decretor. pag.* 292.

At in *Januen. seu Savonen. Erectionis Cappellaniarum* , cum petita fuerit facultas fundandi octo Cappellanias ex summa scutorum 9000., quæ juxta Testatoris voluntatem debebat in eleemosynam pro Missis nonaginta millibus erogari, die 19. Aug. 1720., proposito hoc Dubio -- *An sit locus petitæ commutationi , & respectivè erectioni Cappellaniarum* , -- prodiit Rescriptum -- *Negativè , & servandam esse voluntatem Testatoris* -- , ut in *lib.*70. *Decr. pag.*323. : itidemque in *Pisauren. Commutationis Legatorum*, licèt hæreditaria Bona à duobus Testatoribus relicta , ut ex eorum pretio Missæ celebrarentur , magna ex parte consisterent in censibus , nec Emptor inveniretur , nihilominus S. Congregatio die 17. Junii 1713., & 23. Junii 1714. existimavit , locum non esse commutationi voluntatis , nec fore erigendas , ut postulabatur , Cappellanias , sed addidit , celebrandas esse Missas ad normam eleemosynæ manualis ex fructibus , & in eventum restitutionis Capitalium , ea esse pariter eroganda in Missarum celebrationem , juxtà eamdem normam eleemosynæ manualis , ut in *lib.*63. *Decr. pag.*250., *& lib.*64. *pag.*252.

Num verò ex suprà relatis Testamentorum particulis satis appareat expressa , & enixa Testatorum voluntas , quod memorata hæreditaria Bona vendantur , eorumque pretium statim in tot Missarum celebrationem erogetur , atque eadem Bona , quæ , ut supra enunciatum est , ad valorem non adeo insignem ascendunt , detrimentum , quod Præsides dicti Oratorii , & Confraternitatis asserunt , sint subitura , si nunc pro dictarum Missarum celebratione alienentur , itaut eorumdem Testatorum animabus magis expediat perpetuæ Cappellaniæ erectio , ponderandum erit ab Eminentiis VV., quarum sapientissimo judicio sequens subiicitur Dubium .

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia commutationis voluntatum, & erectionis Cappellaniæ in casu &c.

Affirmativè quoad Bona hæreditaria Josephi Bezzecchi tantùm.

Die Sabbathi 18. Novembris 1741.

*Sess.*5. *c.*1. *de ref.*

MELPHICTEN. PRÆBENDÆ THEOLOGALIS . Decisio hujus Causæ descriptæ in Folio diei 23. Septembris proxime præteriti ad hodiernam Cong. dilata fuit . Eodem itaque resumpto Folio , dignentur hodie EE. VV. rescribere .

An collatio simplicis Beneficii ab Ordinario facta Antonio Tritio sustineatur , sive potius idem Beneficium debeat Præbendæ Theologali uniri in casu &c.

Collationem sustineri .

MES-

MESSANEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Principissa Anna Spadafora, & Rizzo in Testamento sub annum 1643. condito Principem Antonium Spadafora virum suum scripsit ex asse hæredem, deindeque cavit, *quod ab hora ejus mortis in antea celebraretur, & celebrari debeat in Ecclesia, seu Conventu, prout, & ubi d. D. Antonio placuerit, quotidie Missas una in perpetuum, & in infinitum pro ejus anima, & peccatorum suorum remissione; quapropter sit, & esse debeat ad electionem d. D. Antonii ejus Viri, & in Ecclesia per eam pro dicta celebratione Missæ unius quotidie in perpetuum nominanda Patronatus Laicorum fundare Beneficium, aut dictæ Ecclesiæ, seu Conventui pro dicto effectu assignare super bonis, & effectibus prædictæ hæreditatis annualem redditum, & proventum unciarum duodecim pec. ad arbitrium, & beneplacitum voluntatis dicti D. Antonii ejus Viri, & non aliter, nec alio modo.* *Sess. 24. c. 4. de ref.*

Postmodum Honuphrius Spadafora Princeps Mezzarà in Testamento sub annum 1718. condito alias quatuor Missas singulis diebus celebrari præcepit, constituta unicuique ex hisce Missis quotidianis eleemosyna in unciis duodecim monetæ Siculæ; in Codicillis autem subinde exaratis, confirmata ejusmodi testamentaria dispositione, in Cappellanum, qui unam ex dictis quatuor Missis celebrare deberet, designavit Dominicum Fabes, uti Rectorem Ecclesiæ S. Joachimi Civitatis Messanæ, ejusque in eodem Rectoris munere successores: alteram vero Missam voluit a Josepho Gargena, donec viveret, celebrari, eo autem defuncto, jus eligendi, & nominandi Cappellanum, qui Missæ istius oneri satisfaceret, quemadmodum etiam eos, a quibus aliæ binæ Missæ quotidianæ celebrarentur, Annæ Spadafora juniori hæredi suæ reliquit, deindeque ad principem Spadafora, ejusque successores præcepit deferri, ita tamen ut ad alteram ex dictis Cappellaniis præsentari deberet Sacerdos Michael de Amico, si ad sacros ordines promoveretur.

Postremo memorata Principissa Anna Spadafora junior in testamentariis tabulis anno 1722. conscriptis, nominato ad Cappellaniam a Principissa Anna sen. fundatam Sacerdote Jo: Bulgarini, ita disposuit „ Item voglio, ed espresse ordino, che seguita la „ mia morte si abbia da fondare un Beneficio de Jurepatronatus „ Laicorum di una Messa quotidiana da celebrarsi nell' Altare di „ S. Francesco Saverio dentro la Chiesa della Casa Professa de „ PP. Gesuiti alla ragione di once 18. l' anno, e once tre da pa- „ garsi alla detta Casa Professa per Ostie, Vino, e candele per „ la celebrazione della quale Messa quotidiana alla ragione su- „ detta in virtù della presente nominai, e nomino per primo „ Cappellano il Sacerdote D. Bernardo Honorato sua vita duran- „ te, doppo la morte del quale l' elezione sia, ed aspetti al su- „ detto mio Erede universale, quali oncie 18. l' anno, e oncie 3. „ per Ostie, Vino, e Candele come sopra l' abbia da pagare det- „ to mio Erede sopra il cumulo, e beni miei Ereditari, ma che „ morto detto mio primo Cappellano D. Honorato instituito „ come

„ come ſopra, voglio, che detta elemoſina per la celebrazione
„ di detta Meſſa quotidiana ſia, e s' intenda diſcalata alla ragione
„ di oncie 17. l' anno, ſtante che così è la mia volontà, *& Infra*
„ Item voglio, che ſeguita la mia morte abbia il mio Erede uni-
„ verſale da fondare altra Meſſa quotidiana de Jurepatronatus
„ Laicorum da celebrarſi dentro la Chieſa di S. Gioacchino da un
„ Sacerdote ben viſto al P. Don. Domenico Fabi alla ragione di
„ once 12. l' anno.

Teſtamentariæ iſtæ diſpoſitiones, juxta quas ſeptem Miſſæ quotidianæ debent perpetuo celebrari, fuerunt hactenus adimpletæ; noviſſime autem Princeps Dori Guttierez Spadafora, qui in dicta Teſtatorum hæreditates ſucceſſit, quique jus obtinet nominandi ſex ex dictis ſeptem Cappellanis, ſupplicem S. M. Clementi XII. porrexit libellum, quo exponens ſe plurimùm exoptare, ut in Terra Spadafora Collegium Monialium de S. Maria nuncupatum, juxta Regulas, & inſtitutum ab Eminentiſſimo Cardinali Corradino præſcriptum fundetur, Sanctitatem Suam demiſſe rogavit,
„ acciò ſi degnaſſe applicare quattro delle ſudette Meſſe perpe-
„ tue all' erezione dell' accenato utiliſſimo Collegio di Maria,
„ ſervando l' importo annuale di dette quattro Meſſe per ſoſteni-
„ mento di quelle Religioſe di detto collegio, e di più, che le
„ altre Meſſe ſi trasferiſſero dalle Chieſe di Meſſina, ove attual-
„ mente ſi celebrano, alle Chieſe del mentovato ſuo Feudo, be-
„ nignamente concedendo la Santità Voſtra la facoltà all' Orato-
„ re di elegere li Cappellani per la celebrazione di dette tre Meſ-
„ ſe, quando li Cappellani eletti dalli Teſtatori non voleſſero
„ portarſi in detto Feudo per celebrarle, *ita ſubdens* Queſte gra-
„ zie non ſarebboro di verun nocumento alle Chieſe di Meſſina,
„ perche in quelle vi ſono altre innumerabili Meſſe per utile
„ del Popolo, e ſarebboro di grandiſſimo giovamento del Feudo
„ dell' Oratore, con l' incremento, che ſi farebbe di altri tre
„ Sacerdoti. Ejuſmodi autem precibus ad Sacrum hunc Conſeſ-
ſum rejectis, diſcutiendum modo eſt Dubium, quod ad calcem Reſtrictus deſcribetur.

Archiepiſcopus, qui juſſus fuit Sac. Cong., auditis Cappellanis, inſtructam reddere, ſuamque aperire ſententiam, veritati aſſerit conſentire ab Oratore expoſita, Rectores vero Cappellaniarum a ſe auditos, nihil præter emolumenti jacturam, quam ægre ferunt, ſcitu dignum, aut rationabile quod præſtet impedimentum, adduxiſſe „ Unde *ſunt ejus verba*, cum ex una parte Recto-
„ res prædicti ad titulum harum Cappellaniarum ordinati minime
„ fuerint, & ex alia non eſt, cui non pateat, peringentis utilita-
„ tis fore animabus illis Collegium de Sancta Maria, juxta Regu-
„ las Eminentiſſimi de Corradino, poſſe cenſeo EE. VV. prædi-
„ dictis precibus benigne annuere, tam quoad aſſignationem red-
„ dituum quatuor Miſſarum favore Collegii, quam quoad tranſ-
„ lationem aliarum trium Miſſarum ab Oratore petitam; Civitas
„ namque hæc abundat Miſſis; ſpectandum vero, quod erectio
„ Collegii ab Ordinarii prudenti arbtrio dependeat, & quod
„ erectum ejuſdem juriſdictioni ſubdatur. Hiſce

Hiſce acceptis, reſcriptum fuit Archiepiſcopo, ut congruum præfatis Cappellaniarum Rectoribus præfigeret terminum ad deducenda jura ſua in Sac. Cong., quo vix adimpleto ſupplex eorumdem Rectorum nomine exhibitus fuit libellus, in quo EE. PP. ponderandum proponitur; Primò, quod ipſi fuerunt a Teſtatore nominati, atque in enunciatis Cappellaniis canonice inſtituti; Secundo, quod Feudum, ad quod Princeps Spadafora vellet eaſdem Cappellanias transferri, per triginta mille, & ultra paſſus diſſitum eſt a Civitate Meſſanenſi, quod quadraginta tantum domibus conſtat, quodque ob aeris intemperiem eſt admodum inſalubre, itaut eo in loco numquam proſpere ſuccedere queat meditata Collegii erectio; Tertio, quod aliqui ex iiſdem Rectoribus titulo oneroſo Cappellaniam ſunt aſſecuti, nimirum ob familiaria ſervitia defuncto Principi de Mezzarà diu præſtita; Et quarto demum, quod ſicuti petitæ tranſlationi adverſatur Fundatorum voluntas, ita non alio forte conſilio a moderno Principe Spadafora illa poſtuletur, niſi ut Cappellani ſuo in Feudo habitare coacti, plura ibi debeant a Fundatoribus non præſcripta onera ſuſtinere. Omnibus itaque hinc inde latius facile exornandis æquo animo perpenſis, non dedigentur EE. VV. reſpondere.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro applicatione eleemoſynæ quatuor Miſſarum favore Collegii erigendi, & translatione trium aliarum Miſſaruum ad Eccleſiam Parochialem novi Oppidi Spadafora in caſu &c.

Negative,

BISINIANEN. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Biſinianenſis conſtat ex quadraginta Sacerdotibus, quorum aliqui Dignitates, plures Canonici, quidam Parochi, & reliqui ſimplices Presbyteri *Participantes* nuncupantur, ſub annum 1720. providum eſſe conſilium duxit, communem bonorum omnium, ac fructuum Maſſam, cujus cura, & adminiſtratio antea conſueverat binis Procuratoribus ex cætu Capitularium quolibet anno ſelectis tradi, in quadraginta diſtinctas, ac ſeparatas portiones dividere, ſuamque unicuique Capitulari aſſignare; At anno 1728., nonnullis ex iiſdem Capitularibus de propria portione longe aliis Portionibus inferiore conquerentibus, convocatum fuit Capitulum, & juxta ſententiam majoris in eo præſentium partis capta fuit reſolutio conferendi iterum in Maſſam communem Portiones omnes, quæ denuo deberent impoſterum per binos Procuratores Capitulares adminiſtrari. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Non arriſit aliquibus ex dicto Capitularium collegio pinguiorem forte portionem poſſidentibus recentior hæc reſolutio, a cujus proinde executione, ob appellationem, quam iidem interiecerunt, oportuit ſuperſedere uſque ad annum 1740., quo unus ſupra viginti ex prædictis quadraginta Capitularibus in eamdem reſolutionem convenientes novo quodam Decreto iterum ſtatuerunt, ut enunciatæ Portiones in Maſſam communem conferrentur,

tur. Verumtamen quia reliqui adhuc obſiſtunt, & vetus hæc controverſia non potuit amice componi, ſupremum imploratur Sac. hujus Cong. judicium, quo bina mox deſcribenda Dubia decidantur.

Capitulares, qui contendunt, Bona Capituli fore communi nomine adminiſtranda, omneſque eorum fructus ex æquo diſtribuendos, nituntur potiſſimum præfatæ Reſolutioni captæ ſub annum 1728. quam validam, juſtamque ex his rationum momentis propugnant: Primo ſcilicet, quod eadem Reſolutio a majori Capitularium parte fuerit capta cum interventu, & aſſiſtentia Decani Martini Provicarii; ſecundo, quod eam ſubinde approbaverit Epiſcopus, pluresque alii Capitulares ratam habuerint; tertio, quod conformis illa ſit veteri hujus Eccleſiæ conſuetudini ad annum uſque 1720. pacifice ſervatæ; Et quarto demum, quia per eam juſtitiæ conſulitur, dum læſio plurium Capitularium ex manifeſta redituum inæqualitate proveniens ſubmovetur.

Epiſcopus hac de re juſſus Sac. Congr. inſtruere, dum litem inter ſuos Capitulares obortam nonniſi prævio maturo examine jurium utrinque adducendorum definiri poſſe arbitratur, id unum monet, parum momenti conſtitui poſſe in noviſſima, quam vocant, concluſione Capitulari anni 1740., veluti abſque interventu ſui Vicarii Generalis, & Parte contradicente edita. Ii vero Capitulares, qui propoſitam Bonorum Capituli adminiſtrationem communi nomine faciendam reſpuunt, jura ſua nondum attulere; Onus itaqae erit EE. VV. definire.

I. *An Bona Capituli ſint communi nomine adminiſtranda, itaut omnes eorum fructus & proventus poni debeant in communi Maſſa;* Et quatenus negative.

II. *An, & quomodo ſint dividenda inter Participantes in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.

POTENTINA ADMISSIONIS AD PARTICIPATIONEM. Januarius Cominelli adſcriptus ſub annum 1734. ſervitio receptitiæ Eccleſiæ SS. Trinitatis Civitatis Potentiæ, ex cujus Statuto, ac veteri conſuetudine nullus Presbyter ad integram participationem Maſſæ communis, niſi poſtquam per novennium eidem Eccleſiæ inſervierit, ac impetrata prius tam Epiſcopi, quam Capitularium licentia admittitur, quum Neapolim ſe contuliſſet anno 1735., ibique juxta plures, quas ipſe profert, atteſtationes, Theologiæ morali, & dogmaticæ, nec non utrique addiſcendo juri dediſſet operam, ſtudio quoque Cantus Gregoriani incumbens, tandem anno 1739. obtinuit ab Archipresbytero, & Capitularibus in Sacrario dictæ Eccleſiæ congregatis ad fructuum participationem, perinde ac ſi præſens fuiſſet, ſub hiſce verbis admitti „ Oggi che ſono li 2. Agoſto 1739. radunati noi „ infraſcritti Arciprete, e Capitolari dentro la Sacriſtia della no„ ſtra Chieſa ad ſonum Campanelli, ut moris eſt, e letta la peti„ zione del Sacerdote Gennaro Cominelli aſcritto al ſervizio di det-

„ detta Chiesa nell' anno 1734., e portatosi in Novembre 1735.
„ dell' seguente anno per ordinarsi Sacerdote, e poi trattenutosi
„ in detta Città per servir Monsignor Illustrissimo, a chi avendo
„ sin' a questo tempo servito, cerca li sia bonificato il servizio,
„ il Capitolo avendo esaminata, e discussa maturamente detta
„ petizione, e conoscendola giusta, e ragionevole, e sostenuta
„ dalla massima legale, *qui Episcopo servit, Ecclesiæ servit*, otte-
„ nuto il consenso, assenso, e beneplacito di Monsignor Illu-
„ strissimo ha conchiuso, e determinato *nemine discrepante*, che
„ detto Sacerdote si debba considerare, come se fosse stato pre-
„ sente a servire la Chiesa, che gode il suo loco come sta regi-
„ strato nella Tabella dopo il Sacerdote Antonio Cortese, e la
„ participazione de frutti, ritirato sarà, come li gode, e go-
„ derà il Sacerdote Cortese. E perchè la stagione corrente non
„ permette viaggiare senza pericolo della Vita, benignamente
„ se l' accorda la facoltà di potersi ripatriare per proseguire il
„ servizio per tutto il mese di Novembre; Qual mese elasso,
„ e non ripatriato, detta grazia non se l' intenda concessa, ne
„ bonificato il servizio suddetto.

Verum quia nonnulli ex Capitularibus postmodum obstiterunt, ne dicto Sacerdoti Cominelli fructus petiti traderentur, tum ex quo enunciata Capituli resolutio nullitate laboret, veluti edita sub illos dies, quibus Capitularia Comitia haberi non solent, tum quia frivolo, inanique subnixa legatur titulo, nimirum servitio extra Diœcesim Episcopo præstito, tum demum quia ipsamet postulatæ admissionis gratia evanuerit ob reditum in Patriam a Sacerdote Cominelli ultra præfinitum sibi tempus protractum, idem Sacerdos Supremum hunc adiit Consessum demisse postulans juberi Capitulo, ut sibi Portionis suæ fructus tradantur.

Petitionem suam non alio quidem nomine satagit ille modo sustentare, quam ob ampliſſima Privilegia, quibus Clerici, & Beneficiati studentes in publicis Universitatibus fuerunt a Summis Pontificibus donati, & signanter ab Innocent. IV. *in cap. 2. de Privileg. in 6.*, & a Bonifac. VIII. in suis Constitut 9. & 10., sibique putat, eo libentius controversam fructuum participationem fore decernendam, quia præter luculenta Magistrorum de studiis, quibus diligenter incubuit, testimonia, exhibet non solum licentiam, quam sub die 13. Octob. anni 1735. ab Episcopo est assecutus vacandi studiis in Civitate Neapolis sub conditione fruendi interea Privilegiis a S. Tridentina Synodo Studentibus concessis, verum etiam effusam ejusdem Episcopi relationem sub datum die 24. Januarii 1739., qua veluti optima indole, & ingenio præditus diligentem æquæ, ac utilem dudiis operam navasse asserebatur.

Capitulares, qui Oratori adversantur, nondum jura sua attulere; Ipsis tamen annuentibus subscripta sunt duo hæc Dubia, quorum definitio ab EE. VV. hodie poscitur.

1. *An asserta admissio Sacerdotis Januarii Cominelli ad locum parti-*

cipationis vigore resolutionis Capitularis factæ de mense Augusto 1739. *una cum subsecuta possessione copta sub diem* 3. *Februarii* 1740. *sustineatur* : Et quatenus affirmative .

II. *An , & a qua die , & in qua summa debeantur fructus , & distributiones in casu &c.*

Dilata ad sequentem .

Sess. 22. *c.* 6. *de ref.*

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI. Marchio Vincentius Justiniani in suo Testamento præcepit , ut scuta centies mille ex hæreditario asse in tot locis Montium investirentur , utque ex eorum annuis fructibus spatio quadraginta annorum conficeretur cumulus , seu , ut ajunt , multiplicum , quo expleto ,, La ,, metà, e scudi cento di piu di tutta la somma , alla quale ascenderanno li frutti di detto moltiplico , sia investita , e si impieghi in Luoghi de monti Camerali , o altre entrate , come sopra , e questa investitura si vada continuando di far in ciaschun ,, anno in perpetuo con crescere , & ingrandir l' impiego , secondo che annualmente sempre dovrà crescere la detta somma de frutti del moltiplico , e conseguentemente la metà con ,, li scudi cento di piu dovrà andar crescendo in augmento del ,, sudetto moltiplico &c. Per l' altra metà restante con scudi cento meno della somma , alla quale ascenderanno li frutti , e ,, proventi del detto moltiplico voglio che sia dispensato dalla ,, Congregazione , e Governatori della Famiglia Giustiniana di ,, Genova nel modo seguente , cioè la terza parte della metà ,, con scudi cento meno sia spesa in benefizio , ed onore della Serenissima Republica di Genova &c. L' altre due terze parti ,, della metà de frutti , e scudi cento di meno di tutto il detto ,, moltiplico , ed investiture sudette voglio , che siano libere ,, delle Famiglie Giustiniani di Genova, e che la Congregatione, ,, e Governatori di essa ne possano disporre in quelle congiunture , ed occasioni , che in conscienza loro giudicheranno essere , e risultare di maggior benefizio , onore della Famiglia ,, Giustiniana , e usar carità con le persone bisognose di essa , e ,, solo ricordarò, che sarà cosa degna , e di gran carità rimettere ,, ogn' anno alla Città di Scio da distribuirsi da Persona fidata da ,, deputarsi dalla Congregazione , e Governatori della Famiglia Giustiniana in Genova scudi cento a povere Persone della ,, Famiglia Giustiniana dimoranti nella Città di Scio &c. e lo dico solo per ricordo , rimettendomi alla prudenza delli Signori di detta Congregazione della Famiglia Giustiniani , li quali ,, secondo la varietà de tempi , e la necessità delle varie occasioni si potranno governare , e risolvere in sovvenire alle Persone piu bisognose della Famiglia , & altro , che parerà a proposito .

De hujusmodi legato contigit diverso marte disceptari ; Ab anno quippe 1704. usque ad annum 1719. Sacra hæc Congregatio fuit in sensu , quod Justiniani Chienses ad illius participationem forent admit-

admittendi, dummodo ſua de deſcendentia a Juſtinianis Civitatis Januenſis, ac de paupertate docerent; Contra vero Rotæ Auditorium cenſuit, Juſtinianos Chienſes non poſſe in puncto juris, & citra ſubſidium gratiæ quidquam ex dicto legato participare: Quo circa ad tolendam hanc opinionum ſciſſuram S. M. Clemens XI. particularem deputavit Congregationem, quæ ſub diem 13. Septembris 1720. definivit „ Juſtinianos Chienſes non „ commorantes in Inſula Chienſi, & probantes ſuam deſcendentiã „ a Famil. Juſtinianorum Januæ, mediante deſcriptione, vel propria, „ vel alicujus ex progenitoribus in libro aureo Reipublicę eſſe ad- „ mittendos ad participationem legati Marchionis Vincentii.

Reſolutioni huic, ſententiæque juxta illam ſubinde expeditæ, ad cujus tramites hodie proceditur, innixi Franciſcus, Auguſtinus, & Monialis Maria Altomira in ſeculo Joanna Juſtiniani poſtularunt noviſſime a Gubernatoribus Familiæ Juſtinianæ, & Adminiſtratoribus ſupradicti multiplici congruam ſibi aliquam ſummam ex eodem multiplico ſubminiſtrari; At repulſam paſſi ad Sacrum hunc confugere Conſeſſum, eique ad obtinendum, quod implorant ſubſidium, plura hodie exhibent documenta, quibus putant, deſcendentiam ſuam ex Familia Juſtiniana Civitatis Januenſis, aperte comprobari, & quidem ex eo potiſſime, quod ipſorum Avus, & Proavus in Libro Aureo Reipublicæ fuerint deſcripti, ſubindeque ad controverſi Legati participationem admiſſi. De gravi vero ſua, qua laborant, inopia, controverſiam credunt movendam non eſſe, addùntque præterea officere ſibi minime debere moram, quam trahunt in Inſula *Tabarca*, quippe quia ab hoc legato juxta mentem Teſtatoris excludi nequeant, quotquot deſcendentiam ſuam ex Familia Juſtiniana Januenſi oſtendunt, tametſi extra Civitatem Januæ commorentur.

Jura, quibus Gubernatores Familiæ Juſtinianæ Januenſis hujus Legati Adminiſtratores repulſam a ſe datam intendunt vindicare, nondum allata ſunt; Onus itaque erit EE. VV. ſtatuere.

An, & quæ ſumma ſubminiſtranda ſit ex legato Marchionis Vincentii Juſtiniani in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. In Conſtitutionibus Ordinis Minorum Conventualium, quæ *Urbanæ* inſcribuntur, ſub tit. 8. de examine eorum, qui Religioſo illi Inſtituto nomen dare cupiunt, ita ſancitum habetur. „ Impedimenta vero ad Religionem aditum præcludentia, ac de „ quibus diligentiſſime Recipiendos omnes examinandos eſſe „ ſtatuimus, hæc ſunt, Primo Hæretici. II. Morbo contagioſo, „ vel obſcæno, aut caduco laborantes &c. Quilibet igitur ad- „ mittendus, de his conditionibus examinetur; Proteſteturque „ ei Superior, quod ſi quopiam ex antedictis defectibus ſit ob- „ noxius, ſtatim ac innotuerit, a Religione eiicietur; ejus „ enim mens eſt tam ad receptionem, quam ad probationem, „ vel *Sess. 25. c. 9. de regul.*

„ vel Professionem eorum, qui tales fuerint, nullum præstare con-
„ sensum. Si autem compertum fuerit, præfatos ordinis superio-
„ res, ad quos receptio ad Religionem spectat, malitiose scientes,
„ ac volentes hujusmodi impedimentis notatos ad Ordinem re-
„ cepisse, ipso facto excommunicationem incurrant; Hi vero,
„ qui sic recepti fuerint, ab Ordine tanquam indigni eiiciantur.

Ejusmodi fretus lege Fr. Philippus *del Sole*, qui in sæculo Joannes nuncupabatur, jampridem cæpit contendere solemnem Professionem, quam sub annum 1709. in Conventu S. Laurentii d. Ordinis Min. Conventualium Neapolis misit, invalidam esse, quippe quia eo tempore, & quum Religioni nomen dedit, Epileptico morbo, quo ab ineunte ætate cæperat laborare, adhuc afflictaretur; ut vero scopum sibi propositum assequi posset, elapso nondum quinquennio, adiit prius Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam, quæ, ut ipse inquit, *attentis narratis, & audito Procuratore Generali, mandavit, quod Superiores procedant, servatis servandis juxta tenorem Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Urbanorum*; Deinde vero sub annum 1726., & sic jam dudum transacto quinquennio supplicavit S. M. Benedicto XIII., ut sibi beneficium restitutionis in integrum impertiretur; At eius precibus ad Sacrum hunc Consessum remissis, confectoque subinde ejusdem jussu in Archiepiscopali Curia Neapolitana Processu, cum posthac ille fuerit una cum relatione cl. me. Cardinalis Pignatelli sub annum 1729: huc transmissus, semel, iterumque, diebus scilicet 3. Septembris 1729., & 14. Novembris 1733. imperatum est, Causam in Folio describi; Quod tandem hodie ad preces Oratoris non longe pridem expositas efficitur.

Nonnulli ex Testibus in memorato Processu examinatis deponunt, Oratorem ab infantia usque, ac etiam paulo ante ingressum in Religionem epileptico morbo fuisse sæpius correptum; alii testantur eumdem toto tempore suæ permanentiæ in Religione ad hanc usque diem protractæ, duobus dumtaxat exceptis annis, prædicto morbo fuisse vessatum; Orator vero, quum pene idipsum in formali suo examine asseruisset, interrogatus, qua de causa tandù distulerit assertam suæ Professionis invaliditatem judiciarie proponere, in hæc verba respondit, La causa, per la
„ quale io ho tanto tempo differito di far dichiarare nulla detta
„ mia Professione è stata Perchè mi sono lusingato di potermi
„ liberare da detta abbituale indisposizione; ma come che a
„ Dio non ha piaciuto, mi vedo costretto attualmente anche per
„ scrupolo di mia coscienza di liberare detta Religione dal dis-
„ pendio, per alimentare un soggetto inutile. Hoc autem Oratoris examen, animadvertere oportet, receptum fuisse sub diem 14. Julii 1727. adeoque licet ille postea non destiterit instantiam suam identidem prosequi, satis tamen compertum non est, cur ab anno 1733., quo enunciatum prodiit rescriptum, aliud ferme integrum septem annorum intervallum nulla iterata postulatione dilabi permiserit.

Cæte-

Cæterum ubi ex hoc diuturno silentio causa Oratoris deterior facta non fuerit, tria adhuc ad rectam ejusdem Causæ decisionem videntur in facto notanda. Primo nempe, quod Orator ipse in suo examine recepto sub dictam diem 24. Julii 1727. quamquam se a primis usque infantiæ diebus epileptico morbo vexari cæpisse differit, non explicavit tamen præcise tempus postremum, quo ante suum ingressum in Religionem eodem morbo fuerit correptus, & alioquin confessus est a tempore dicti sui ingressus in Religionem secuti anno 1709. usque ad annum 1712. nimirum per biennium, & ultrà nulla affectum fuisse illius morbi molestia, ut ex Processu fol. 19. Secundò, quod Religio, tametsi petitioni Oratoris neque olim contradixerit, neque impresentiarum adversetur, nunquam tamen sive pro ejus dimissione ab Ordine instituit, sive preces suas, ut Oratoris petitioni annueretur, adjunxit, & tertio demum, quod Orator, non obstante morbo, quo se a primis infantiæ annis continuo affectum fuisse asserit, sacros Ordines, ac etiam Presbyteratum in Religione susceperit, quum alioquin Epileptici juxta apertam juris censuram sint irregulares *ex text. in can. Communiter* 3. *Can. Clerici* 4. *dist.* 35. *can. in tuis* 7. *quæst.* 1. *& in cap. Cum iter de elect.*

Ad hæc ponderanda quoque sunt, quæ occasione similium petitionum late deducta fuerunt in foliis dierum 6. & 27. Julii 1737. & 4. Julii 1736. in Causis Capritana, & Januen. Restitutionis in integrum, ubi indicantur resolutiones tam ab hoc supremo Senatu, quam a Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium negociis præposita in casibus valde affinibus alias editæ. Omnibus igitur perpensis placeat EE. VV. pronunciare.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative.

VITERBIEN. Ut plura, quæ inter Fratres Ordinis Prædicatorum Conventus Civitatis Centumcellarum, cui annexa est Ecclesia Parochialis S. Mariæ, ac inter Sodales Confraternitatis Orationis, & mortis oborta jampridem fuerant dissidia super jura associandi, & tumulandi Cadavera, ac super emolumentis occasione Funerum percipiendis, penitus sedarentur, inita fuit sub annum 1703. concordia, qua inter cætera constabilitum est „ che sia lecito alla predetta Confraternità della morte a te- „ nore del privilegio concessole dall' Eminentissimo Signore „ Cardinale S. Croce Vescovo di Viterbo per suo decreto, e res- „ critto fatto li 25. Maggio 1702. di seppellire tutti li cadaveri „ di quelli, che si averanno eletta la sepoltura in detta Chiesa, „ con che spetti al Parocho di far l' Esequie Funerali sopra il ca- „ davere, ma se invitato ricusasse di farlo, sia lecito in tal caso „ al Cappellano di essa Confraternita, e Chiesa della Morte di „ poterle fare, ne possa il Parocho mandar altri in sua vece, „ purchè non fosse infermo, o assente da Civita Vechia, *& infra,* „ che quando il Parocho non venisse personalmente a celebrare, „ possa

Sess. 23. c. 13. de ref.

„ poſſa farlo il Cappellano di eſſa Chieſa della Morte, alla quale „ ſpettino le ſudette limoſine ſenza che il Paroco abbia azzio- „ ne alcuna.

Tranſactio iſthæc diu fuit obſervata, donec inſtauratis veteribus, noviſque etiam excitatis controverſiis, ac earum cognitione ad Vicarium Generalem Viterbienſem delata, ſententiam is protulit anno 1739, in decem capita diviſam, qua declaravit.

Primo „ ſupradictos Confratres manutenendos fore, & eſſe in poſſeſſione, vel quaſi proceſſionaliter incedendi, & deferendi Sacram Imaginem Beatæ Mariæ ſeptem Dolorum extra ambitum propriæ Eccleſiæ, ejuſque R. D. Cappellanum tam in ipſa, quam in aliis Proceſſionibus geſtandi Cottam, ſive ſuperpelliceum, & ſtolam, ac faciendi actus ad hunc effectum fieri ſolitos abſque licentia R. P. Curati, prout manuteneri voluit, & mandavit, reſervatis juribus eidem R. P. Curato in alio pleniori judicio.

Secundo „ non poſſe R. P. Curatum mittere Vice Curatum ad aſ- „ ſocianda Cadavera eligentium ſepulturam in præfata Eccleſia „ Confaternitatis, neque ae explendum officium funebre ſuper „ illis, niſi ipſo Curato infirmo, vel abſente ex legitima cauſa „ a Civitate, ita ſi idem P. Curatus, vel Vice-Curatus in ſupra- „ dictis duobus caſibus infirmitatis, & abſentiæ invitatus recu- „ ſaverit, vel expectatus per ſemihoram non intervenerit, poſ- „ ſint omnia peragi per R. Cappellanum prædictæ Confraterni- „ tatis ad formam capitis primicitatæ concordiæ, quam ita eſſe „ intelligendam declaravit.

Tertio „ teneri Confratres, quatenus invitentur, attenta non con- „ troverſa conſuetudine accedere ad Proceſſionem Sanctiſſimi „ Roſarii, quæ fit tam prima Dominica cujuslibet Menſis, quam „ in ſolemnitate Sanctiſſimi Roſarii, excepto caſu legitimi im- „ pedimenti.

Quarto „ quoad expoſitiones Sanctiſſimi Sacramenti teneri Con- „ fratres tradere notulam ad formam cap. VI. præfatæ con- „ cordiæ.

Quinto „ in caſibus infirmitatis, & abſentiæ P. Curati, ut ſupra, „ quibus intervenit Vice-Curatus, deberi eidem eleemoſinam „ juliorum trium, uti ſolveretur prædicto R. P. Curato. ſi in- „ terveniret, ſive Miſſa cantetur cum Miniſtris, ſive ſine Mi- „ niſtris, & RR. Cappellanos ejuſdem Confraternitatis poſſe aſ- „ ſiſtere, & inſervire in officio Diaconi, & Subdiaconi, decla- „ rando ita intelligendum, & obſervandum eſſe cap. VII. con- „ cordiæ ad tollendas lites.

Sexto „ quoad portionem, & diſtributionem Ceræ ſervari omnino „ Cap. VI. ſupradictæ concordiæ, voluit tamen, & mandavit „ Miſſam ſolemnem cantari una hora ante meridiem, & ipſa „ cantata, & abſolutione ſecuta conſignari R. P. Curato portio- „ nem Ceræ juxta ſolitum.

Septimo „ teneri Confratres ad levanda Corpora interfectorum, „ ſeu derelictorum in Campeſtria, vel Navibus juxta inſtitutum „ una cum Curato, ſeu Vice-Curato in ſupradictis duobus caſi-

bus

„ bus tantum, quatenus invitatus, & expectatus per ſemihoram
„ intervenire velit, ſin minus licere eiſdem Confratribus illa le-
„ vare, & aſportare ad Eccleſiam ipſis beneviſam, ibique tu-
„ mulare ad formam privilegiorum abſque interventu ejuſ-
„ dem P. Curati, vel Vice-Curati reſpective, & e contra in caſu
„ levationis tam ſupradictorum Cadaverum, quam aliorum,
„ præſertim pauperum demortuorum in ipſa Civitate, ſi Pro-
„ viſor Mortuorum dictæ Societatis certioratus, & Confratres
„ per tres horæ quadrantes expectati non accedant, licere, &
„ licitum eſſe eidem R. P. Parocho convocare aliam Societatem
„ ad prædictum effectum.

Octavo „ non licere Societati apponere parvum vexillum, vulgo
„ *Stendardino* in capite Feretri, ubi adeſt Cadaver preſente
„ Cruce Parochiali.

Nono „ poſſe Cappellanum ſupradictæ Societatis cum Stola, &
„ Superpelliceo, ſive Cotta in propria, & in aliis Eccleſiis poſt
„ peractam abſolutionem funebrem a R. P. Curato, & poſt ejus
„ diſceſſum Preces, & Orationes dicere ſuper Cadaver, juxta in-
„ ſtitutum, non autem in Eccleſia Parochiali, niſi de Curati
„ conſenſu.

Decimo „ quoad reſtitutionem Ceræ prætenſam per ſupradictum
„ P. Curatum pro tumulatione Cadaveris quondam Alexandræ
„ Riccii deducat ſua jura formiter; in reliquis mandavit ſervari
„ ſæpedictam concordiam juxta ejus ſeriem conventam.

Quia vero, ſententiæ iſti non acquieſcentes Fratres Ordinis Prædicatorum Sacrum hunc adiere Confeſſum, ac duodecim ab eo diſcutienda Dubia obtinuerunt ſubſcribi, Præſidens memoratæ Confraternitatis ſtudio imponendi quamprimum diſcordiis omnibus finem, rogant EE. PP. decidere.

I. *An confratres Orationis, & Mortis Civitatis Vetulæ quomodolibet intimati intereſſe teneantur Proceſſionibus Sanctiſſimi Roſarii tam in prima Dominica cujuſlibet Menſis, quam in prima Dominica Octobris.*

II. *An liceat dictæ Confraternitati Orationis & Mortis levare Cadavera quomodolibet Mortuorum, ſive in Civitate, ſive in Navibus, ſive in Campeſtriis irrequiſito Parocho.*

III. *An Confratres ejuſdem Confraternitatis requiſiti a Parocho, ut eum aſſocient ad levandum, & deferendum aliquod ex ſupradictis Cadaveribus, accedere, & illum aſſociare teneantur &c., & in caſu renunciationis.*

IV. *An Parochus poſſit invitare unam ex aliis Confraternitatibus?*

V. *An liceat eiſdem Confraternitatibus Vexillum apponere in capite Pheretri præſente Cruce Parochi, ſeu potius illud dimittere debeant in ingreſſu, & in angulo Eccleſiæ?*

VI. *An liceat Cappellanis Confraternitatum dictæ Civitatis tam in Proceſſionibus per eam peragendis, quam in aſſociatione Cadaverum tumulandorum tam in eorum Eccleſiis, quam in Parochiali deferre Stolam præſentibus Parocho, vel Vice-Parocho?*

VII. *An Parochus poſſit ſubrogare Vice Parochum in aſſociatione Cadave-*

daverum tumulandorum sive intra, sive extra Parochialem, & quatenus affirmative.

VIII. *An ipso quomodolibet impedito, faciendum sit funus supra dictis Cadaveribus a Vice Parocho cum solita paticipatione emolumentorum.*

IX. *An sit observanda transactio approbata a clar. mem. Card. S. Cruce*, & quatenus affirmative.

X. *An in casu etiam alterius impedimenti Parochi præter expressa in primo Capitulo servanda sit eadem dispositio, & debeat Parochus rationem reddere Confraternitati Orationis, & Mortis de suo impedimento.*

XI. *An liceat eidem Confraternitati dirigere, & peragere Processionem Beatæ Virginis Septem Dolorum extra ambitum ejusdem Ecclesiæ, & liceat ejus Cappellano benedicere Populum irrequisito Parocho, cum ipse intervenire nolit.*

XII. *An saltem requiratur ejus licentia in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 12. de ref.

BRUNDUSINA PARTICIPATIONIS. In Statutis Collegiatæ Ecclesiæ in Terra Messapiæ longe pridem erectæ sancitum habetur, quod „ postquam redactæ fuerint portiones ad numerum „ præfixum quadraginta, unusquisque intrare debet secundum „ antianitatem, ideſt ille qui prius servitium Ecclesiæ perfece„ rit, & sic Diaconus antiquior intrabit in portionem vacan„ tem, locum Diaconi obtinebit Subdiaconus antiquior, lo„ cum Subdiaconi antiquior clericus, qui servitium præfixum „ perfecerit; Verum concurrens aliquis Graduatus in Theologia, „ Jure Canonico, vel morali, peracto servitio præferatur alio „ antiano, qui tamen perfecerint servitium, in Apostolico autem Brevi S. M. Clementis X., quo eadem statuta fuerunt confirmata, ita cavetur „ Et postquam redactæ fuerint dictæ portio„ nes ad dictum numerum, illi qui initiati forent Sacris Ordini„ bus, expectarent locum, dum vacavisset portio per mortem „ alicujus participantis habita tamen ratione, quod si inter dd. Ini„ tiatos essent Doctores, vel Theologi, illi deberent præferri „ aliis, licet essent primi, & deberent conficere servitium an„ norum sex.

Huic innixus sanctioni Presbyter Antonius Randini veluti privilegio Baccalaureatus a Fratribus Ordinis Prædicatorum Civitatis Lyciensis decoratus contendit se ceteris Presbyteris supranumerariis memoratæ Collegiatæ, tametsi diuturnius servitium isti præstiterint, sintque alioquin magis emeriti, præferendum fore in assecutione Portionis, quæ sub mensem Septembris superioris anni vacavit, cumque litis inde obortæ cognitio fuerit ad Sacrum hunc Senatum delata, convenere Partes collitigantes, ut dubium mox describendum sapientissimo EE. PP. judicio subjiciatur.

Binæ sunt Causæ hujus inspectionis, altera scilicet, num Privilegium

gium Baccalaureatus a Collegio dictorum Fratrum Ordinis Prædicatorum ex viduarum constitutionum, quibus S. M. Benedictus XIII. potestatem fecit Fratribus dicti Ordinis conferendi non solum Religiosis, sed etiam studentibus sæcularibus lauream Doctoralem, seu Magistralem, Præsentaturam, licentiam, & Baccalaureatum, Sacerdoti Randino tributum, satis ei in finem propositum suffragetur, quum alias Sacra hæc Congregatio inhærens menti Tridentinorum PP. *sess.23. cap.18. & sess.24.c.8. 16., & 18.* Constitutioni S. Pii V. *la 60. in Bullar. Rom. tom.2.*, necnon Decreto pridem edito di 22. *Julii 1673.* pro assequendis muneribus Ecclesiasticis, ac Beneficiis, quibus adnexum sit onus assumendi doctoratum, seu licentiaturam, eos tantum ex hisce gradibus declaraverit esse attendendos, qui fuerint a publica universitate collati, ut luculenter expositum fuit in encyclicis literis ab eadem Sacra Congregatione sub die 28. Septembris 1726. ad Ordinarios datis, altera vero, num ad obtinendam controversam prælationem gradus Baccalaureatus sufficiat, sive potius requiratur laurea doctoralis, quia licet in enunciato hujus Ecclesiæ statuto cautum sit, quod „ concurrens aliquis graduatus in „ Theologia, Jure Canonico, vel morali, peracto servitio, „ præferatur alii Antiano, qui perfecerit servitium, adeo ut appellatione *Graduati* includi posse videatur etiam ille, qui gradu Baccalaureatus donatus est, ex traditis per *Reiffenstuel. in jus can. lib.5. tit.5. de Magist. num.4., & 5., & Mandos. ad Reg.10. Cancell. num.5.*; attamen, cum in Apostolico Brevi S. M. Clementis X. præfati statuti confirmatorio expressum fuerit, quod *si inter Initiatos essent Doctores, vel Theologi, illi deberent præferri aliis, licet essent primi*, potest utique in quæstionem venire, num nomine Doctoris, seu Theologi comprehendatur is, qui inferiori Baccalaureatus dumtaxat gradu sit insignitus.

Dignentur itaque EE. VV. hisce ponderatis una cum relatione Episcopi alias ejusmodi controversias dudum excitatas recensentis decidere.

An Privilegium Baccalaureatus obtentum in Collegio PP. Ordinis Prædicatorum Civitatis Lycien. ab Antonio Randino sufficiat pro obtinenda prælatione in casu &c.

Dilata.

RECANATEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Inter cætera, quæ Junipera Gineuri in Testamento sub annum 1576. condito disposuit, hæc sunt „ Item ordino, e voglio, che fra „ due anni doppo la morte mia si comprino cento scudi di rendita attuale perpetua in tanti Censi, o Monti perpetui, con cin„ quanta de quali voglio, che siano maritate ogn' anno dal' in„ frascritti Eredi miei due povere Vergini, dando scudi cinquan„ ta per una, e per le prime, e quando saranno in tempo di ma„ ritarsi, ordino, e voglio che si maritino la figlia di Stefano „ da Camerino gia mio Fattore, e Agata figliuola di Elisabetta „ gia *Sess.24. c.8. de ref.*

„ gia mia ſerva, Violante figlia di Julia gia ſerva del quondam „ Antonio Roſato mio figlio, Catarina, e Ludovica figliole del „ quondam Barnabeo da Foligno, e Margherita, e Lucrezia „ figlie di Venera ſerva gia di Barbara mia figlia.

Juxta hanc Juniperæ diſpoſitionem diu, ut aſſeritur, diſtributæ ſunt dotes: At noviſſime Joannes Baptiſta Cancellotti Septempedanus, nec non Franciſca, & Margarita Sorores de Beccolis Eugubinæ, qui ſibi jus aſſerunt nominandi una cum familia de Centoflorenis Recinetenſi Puellas ad dicta ſubſidia dotalia, ſupplicem Sacro huic Conſeſſui porrexerunt libellum, quo exponentes Epiſcopalem Curiam Recineti paucis ab hinc annis cæpiſſe contendere, quod enunciatæ Dotes vel nequeant ſingulis annis ob ſubſecutum redituum decrementum diſtribui, vel Puellis Recinetenſibus tantum abſque conſenſu, & approbatione familiarum de Beccolis, & Cancellotti ad ſolam nominationem illorum de Centoflorenis ſint aſſignandæ, plura tum in dictam Epiſcopalem Curiam, tum adverſus memoratam familiam de Centoflorenis poſtularunt. Primo ſcilicet, ut declaretur, liberum ſibi eſſe, ſive inſpecta Teſtatricis mente, ſive ex diuturna quæ præceſſit, conſuetudine, Puellas etiam exteras ad memorata ſubſidia nominare; Secundo, quod ſicuti illi de Centoflorenis non longe pridem plures Puellas ad dicta ſubſidia privative ad familiam de Beccolis, & Cancellotti nominarunt, ita familiæ iſtæ privative ad eoſdem de Centoflorenis totidem Puellas poſſint in futurum nominare; Tertio, quod dotes, ad quas Puellæ jam fuerunt nominatæ, non obſtante aſſerta redituum diminutione, debeant in ſumma ſcutorum 25. pro qualibet perſolvi, neque ſuſpendenda ſit imposterum annua Dotium diſtributio, ſed juxta reditus expleri continuo debeat; Et quarto demum, quod rata cenſus proveniens ex capitali a memorata Teſtatrice relicto, & penes hæredes Petri de Melchioris depoſita, non debeat diutius cum fructuum jactura, & ipſius etiam Capitalis diſcrimine ſic retineri, ſed in alium cenſum a Patronis ſit inveſtienda.

Juſſus Epiſcopus hac ſuper re Sac. Congr. inſtruere, ſubindeque etiam familiam de Centeflorenis ad jura ſua deducenda excitare, tranſmiſſo folio, ubi lato calamo facti ſeries exponitur, in Epiſtola ad EE. PP. data, hæc potiſſime in ſui vindicationem habet „ Verum, ac ineluctabile propemodum eſt, ſcilicet nun- „ quam neque per me, neque per Deceſſores meos recurrenti um „ jura lædi minime voluiſſe, ut exponi videtur in precibus, imo „ verius in eiſdem gratis aſſeritur: Sed, quoad ſuſpenſionem „ nominationis Puellarum ad dotes aſſequendas, uſque dum, „ quæ ante nominatæ fuere, promiſſum ſibi obtineant, effectiva „ ſolutione, ſubſidium, hoc de mandato Sac. Cong. Epiſcopo- „ rum, & Regularium factum eſt, & quoad Recinetenſium „ præleCtionem Puellarum, excluſis extraneis, hoc longiſſi mo „ quidem annorum ſpatio, meorum tempore Deceſſorum, qui- „ buſdam etiam e Patronis id & prætenſo jure, expoſcentibus hoc „ eſt familia de Centoflorenis, Nobilibus Recinetenſibus, cum

„ aliis

„ aliis ad jus nominandi vocatis, obſervatum inveni. Quod ve-
„ ro independenter, & proprio jure, & arbitratu Epiſcopalis
„ Curia, veluti contra jus Patronorum, piæ diſponentis volun-
„ tatem, exequi ſtudeant, hoc a veritate alienum omnino di-
„ gnoſcitur, cum non niſi jam nominatis, temporiſque ratione
„ ſervata, fuerint talibus Puellis, de fructibus Capitalis ad hu-
„ jus pii operis implementum, præciſe exiſtentis ab eadem Curia
exſoluta ſubſidia.

Hæc Epiſcopus; Familia vero de Centoflorenis quamquam ſub conſueta termini præfixione jamdudum monita nihil hactenus expoſuit. Inſtantibus itaque præfatis Joanne Baptiſta Cancellotti, & Sororibus de Beccolis, non dedignentur EE. PP., quatenus ex ſolis juribus per iſtos Oratores deductis rem ſatis exploratam, & ab hoc Supremo Senatu in omnibus propoſitarum quæſtionum capitibus definiendam djiudicent, quatuor hæc Dubia decidere.

I. *An Patroni de Cancellottis, de Beccolis, & de Centoflorenis teneantur privative nominare Puellas Recanatenſes ad dotes relictas a Junipera Gineuri, vel potius poſſint ad illas nominare etiam Puellas exteras?*

II. *An familiæ de Cancellottis, & de Beccolis poſſint impoſterum nominare excluſive ad familiam de Centoflorenis totidem Puellæ ad dictas dotes, quot in præteritum illa privative nominavit?*

III. *An, quomodo, & in qua quantitate ſit facienda quolibet anno ſolutio dictarum Dotium Puellis jam nominatis, ſtante diminutione fructuum, ſeu redituum Capitalis a dicta Junipera deſtinati.*

IV. *An, & a quo ſit faciendum Inveſtimentum ratæ d. Capitalis adhuc non inveſtiti in caſu &c.*

Dilata.

Die Sabbathi 2. Decembris 1741.

AD preces alterius ex Partibus collitigantibus oportuit in ſuperiori Congregatione habita die 18. proxime elapſi menſis hodierno conſeſſui reſervare decisionem ſex Cauſarum, quarum Dubia mox deſcribentur. Placeat igitur Eminentiſſimis PP. reſumpto Folio tunc diſtributo, conſueta, qua præſtant, ſapientia reſpondere.

BISINIANEN. *Seſs. 24. c. 20. de ref.*

I. *An bona Capituli ſint communi nomine adminiſtranda, itaut omnes eorum fructus, & proventus poni debebant in communi Maſſa,* & quatenus negative.

II. *An, & quomodo ſint dividenda inter participantes in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Proviſum in primo.

Sess. 24. c. 12. de ref.

POTENTINA ADMISSIONIS AD PARTICIPATIONEM.

I. *An asserta admissio Sacerdotis Januarii Cominelli ad locum participationis vigore resolutionis Capitularis facta de mense Augusto* 1739. *una cum subsecuta possessione capta sub diem* 3. *Februarii* 1740. *sustineatur*, & quatenus affirmative.

II. *An, & a qua die, & in qua summa debeantur fructus, & distributiones in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.

Sess. 22. c. 6. de ref.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI.

An, & quæ summa subministranda sit ex legato Marchionis Vincentii Justiniani in casu &c.

Ex hactenus deductis negative, & amplius.

Sess. 23. c. 13. de ref.

VITERBIEN.

I. *An confratres Orationis, & Mortis Civitatis Vetulæ quomodolibet intimati intereſſe teneantur Processionibus Sanctissimi Rosarii tam in prima Dominica cujuslibet Mensis, quam in prima Dominica Octobris.*

II. *An liceat dictæ Confraternitati Orationis, & Mortis levare Cadavera quomodolibet Mortuorum, sive in Civitate, sive in Navibus, sive in Campestriis, irrequisito Parocho.*

III. *An Confratres ejusdem Confraternitatis requisiti a Parocho, ut eum associent ad levandum, & deferendum aliquod ex supradictis Cadaveribus, accedere, & illum associare teneantur &c., & in casu renunciationis.*

IV. *An Parochus possit invitare unam ex aliis Confraternitatibus.*

V. *An liceat eisdem Confraternitatibus Vexillum apponere in capite Pheretri præsente Cruce Parochi, seu potius illud dimittere debeant in ingressu, & in angulo Ecclesiæ?*

VI. *An liceat Cappellanis Confraternitatum dictæ Civitatis tam in Processionibus per eam peragendis quam in associatione Cadaverum tumulandorum tam in eorum Ecclesiis, quam in Parochiali deferre Stolam præsentibus Parocho, vel Vice-Parocho?*

VII. *An Parochus possit subrogare Vice-Parochum in associatione Cadaverum tumulandorum sive intra, sive extra Parochialem*, & quatenus affirmative.

VIII. *An ipso quomodolibet impedito, faciendum sit funus supra dictis Cadaveribus a Vice Parocho cum solita perceptione emolumentorum.*

IX. *An sit observanda transactio approbata a clar. mem. Card. S. Cruce*, & quatenus affirmative.

X. *An in casu etiam alterius impedimenti Parochi præter expressa in primo Capitulo servanda sit eadem dispositio, & debeat Parochus*

chus rationem reddere Confraternitati Orationis, & Mortis de ſuo impedimento.

XI. *An liceat eidem Confraternitati dirigere, & peragere Proceſſionem Beatæ Virginis Septem Dolorum extra ambitum ejuſdem Eccleſiæ, & liceat ejus Cappellano benedicere Populum irrequiſito Parocho, cum ipſe intervenire nolit.*

XII. *An ſaltem requiratur ejus licentia in caſu &c.*

XIII. *An benedictio Populo impertienda cum Auguſtiſſimo Sacramento occaſione illius expoſitionum faciendarum in Eccleſia dictæ Confraternitatis, volente Parocho, danda ſit per ipſum, ſive potius per Cappellanum dictæ Confraternitatis in caſu &c.*

Ad aliam.

BRUNDUSINA PARTICIPATIONIS.

An privilegium Baccalaureatus obtentum in Collegio PP. Ordinis Prædicatorum Civitatis Lycien. ab Antonio Randino ſufficiat pro obtinenda prælatione in caſu &c. Seſſ. 24. c. 12. de ref.

Negative.

RECANATEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM.

Seſſ. 22. c. 6. de ref.

I. *An Patroni de Cancellottis, de Beccolis, & de Centoflorenis teneantur privative nominare puellas Recanatenſes ad dotes relictas a Junipera Gineuri, vel potius poſſint ad illas nominare etiam puellas exteras?*

II. *An familia de Cancellottis, & de Beccolis poſſint impoſterum nominare excluſive ad familiam de Centoflorenis totidem puellas ad dictas dotes, quot in præteritum eadem familia de Centoflorenis privative nominavit?*

III. *An, quomodo, & in qua quantitate ſit facienda quolibet anno ſolutio dictarum dotium puellis jam nominatis, ſtante diminutione fructuum, ſeu redituum Capitalis a dicta Junipera deſtinati?*

IV. *An, & a quo ſit faciendum inveſtimentum ratæ dictæ Capitalis adhuc non inveſtiti in caſu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam, in reliquis ad Epiſcopum, qui procedat prout de jure.

POSNANIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Seſſ. 25. c. 19. de Reg.

Fr. Angelus a S. Joanne Baptiſta, qui in ſæculo Joannes Kokitniki vocabatur, in ſupplici libello ſub annum 1735. S. M. Clementi XII. porrecto expoſuit, ſe inter Carmelitas Strictioris Obſervantiæ variis quorumdam Religioſorum blanditiis, atque pollicitationibus allectum Religioſum habitum ſuſcepiſſe, deindeque ſolemnia nuncupaſſe Vota die 13. Septembris 1722., quum ſextum

ſextum ſupra decimum ætatis ſuæ annum nondum expleſſet, & quamvis adverſus ea poſthac in Capitulo reclamare non deſierit, nunquam vero fuiſſe exauditum, ſed ad plures Conventus peragrare Superiorum juſſu coactum, tandem ad Carmelitas antiquæ obſervantiæ veluti laxioris inſtituti fuiſſe amandatum, a quibus cum impetrare nequiverit, ut retineretur, debuit poſtremo in Conventu Ordinis S. Auguſtini Varſaviæ concedere, ubi Religioſo Carmelitarum habitu inceſſit indutus, donec illo penitus conſumpto, ut convenientius apud eoſdem Religioſos Auguſtinianos degeret, clerici ſæcularis veſtem aſſumpſit, jugiter detulit.

Hac autem rerum ſerie enarrata, ut de nullitate profeſſionis ſuæ dicere poſſet, beneficium reſtitutionis in integrum adverſus lapſum quinquennii petiit ſibi a Sanctitate Sua concedi. Ejus itaque precibus ad hanc S. Congregationem rejectis, cum ſemel, iterumque oportuerit literas dare Poſnanienſi Epiſcopo, ut, audito Superiore locali, Proceſſum ſervatis ſervandis conficeret, facta illi quoque poteſtate alium in eumdem finem ſubdelegandi, utens ille tandem facultate ſibi impertita id negocii commiſit Antiſtiti Plocenſi, a quo cum Proceſſus, citatis, auditiſque Superioribus Conventuum Poſnanienſis, & Oborienſis, in quibus Orator religioſum ſuſcepit habitum, ſuamque votorum formulam concepit, fuerit nuper abſolutus, & ad Supremum hunc Senatum tranſmiſſus, reliquum nunc eſt, ut diſcutiatur Dubium, quod inferius deſcribetur.

Conſtat ex memorato Proceſſu, dubitationem primo fuiſſe excitatam ſuper Oratoris ætate; Quum enim a Procuratore Religionis literæ quædam teſtimoniales ex libro Parochiali Matricis Eccleſiæ Strigonienſis fuiſſent extractæ, atque in actu Profeſſionis exhibitæ, quæ referebant Oratorem in lucem editum anno 1705. die 6. Aprilis, aliæ vero Literæ Teſtimoniales, abraſis aliquot ſyllabis, lineiſque obliteratis, enunciarent illius nativitatem eadem die 6. Aprilis, ſed anno 1706. ſecutam, & e diverſo in originali Baptiſmatum libro adnotata diceretur nativitas anno 1707. die 6. Aprilis, Epiſcopus ſuſpectas habens præfatas binas literas Teſtimoniales juſſit dictum Baptiſmatis librum ad ſe deferri, mandavitque Vicario ſuo Generali, ut de hujus rei veritate etiam per Teſtes inquireret. In præfato autem libro per Parochum obſignato, ſibique per fidelem portitorem remiſſo ait Epiſcopus ſe perſpicue vidiſſe ad diem Baptiſmatis Oratoris adnotatum annum 1707., & diem 6. Aprilis; Subjecti vero formali examini tam Joannes Oratoris Pater, quam alii quatuor ejus conſanguinei teſtati ſunt illum medium quintum decimum ætatis ſuæ agentem annum Religioſo habitu fuiſſe indutum, deindeque in medio decimoſexto anno, ſcilicet eo nondum abſoluto, ſolemnem emiſiſſe profeſſionem, addentes præterea non recto, ſinceroque Regularis vitæ amplexandæ ſtudio, ſed pluribus Religioſorum in Patria degentium illecebris, & lenociniis irretitum ad eorum clauſtra convolaſſe.

Alii itidem Teſtes ejuſdem Ordinis Religioſi deponunt, vel ſtatim poſt emiſſam Profeſſionem, vel paucos poſt annos declaratam ſibi ab Oratore fuiſſe voluntatem reclamandi, ea expreſſa cauſa, quod animum a Religioſo ſtatu alienum ſemper habuerit, unuſque ex illis hæc ait ab Oratore circa annum 1726; audiviſſe: *Ego in Religione veſtra non perſeverabo, & hac intentione ad P. Provincialem eo, ut coram eo contra meam profeſſionem reclamem, ſiquidem tunc quum eamdem emiſeram, annos ad profitendum competentes non habueram.* Ut autem magis probet Orator ſe in priſtina reclamandi voluntate ſemper hactenus perſeveraſſe, teſtimonium exhibet Prioris Conventus Varſavienſis Ordinis S. Auguſtini adfirmantis Fratrem Angelinum poſt denegatam ſibi receptionem a Priore, & Conventu PP. Carmelitarum Calceatorum, fuiſſe ſub menſem Maii 1732. ex commendatione Nuncii Apoſtolici in memorato Auguſtinianorum Conventu receptum, ubi toto tempore, quo Varſaviæ commoratus eſt, cum omni modeſtia degens optimum ſui ſpecimen dedit.

Ad Cauſæ deciſionem triplex videtur potiſſimum occurrere animadverſio: prima, num Oratori, quem formali examini ſubjectum haud fuiſſe apparet, poteſtas ſit proponendi invaliditatem ſuæ Profeſſionis, antequam reſumpto Religioſo habitu, ad clauſtra ſui Ordinis revertatur; Secunda, num ex indicata originalis Baptiſmatum libri particula, atque ex productis ejus Genitoris, aliorumque conſanguineorum atteſtationibus, ſatis conſtet ipſum fuiſſe ætatis ad profitendum minus idoneæ, quum ſolemnibus ſeſe votis obſtrinxit: Parentes enim de Filiorum ætate teſtimonium perhibentes, quamvis de cætero in re præſertim gravi pro iis fidem non faciant, haud levem tamen præſumptionem, & adminiculum etiam in filii commodum facere, per *Text. in l. etiam matris 16. ff. de probat.* docet *Gloſs. ibidem in verbo profeſſio*, *Menoch. præſump. 51. num. 11. 21. & 25. lib. 2. Rot. deciſ. 279. n. 54. par. 9. tom. rec.*; Familiares autem, & conſanguineos ad probandam ætatem recte admitti, poſt *Bart. in l. de ætate num. 7. ff. de minor.* tradunt *Menoch. d. præſumpt. 51. num. 42. Odd. de reſtit. q. 37. num. 35. & num. 65. & 66. Rot. deciſ. 737. num. 1. & 779. num. 9. par. 3. & dec. 14. num. 8. par. 9. tom. 1. rec.* Tertia denique, an ex iis, quæ ſuperius ex teſtium dictis adnotata ſunt de voluntate reclamandi ab Oratore patefacta, ſatis excluſa cenſenda ſit quæcumque tacita ratificatio profeſſionis, & una ſimul an veroſimilis in eo reddatur tunc temporis defectus ætatis ſuæ ignorantia, qua utique concurrente profeſſionem irritam eſſe, & ex tacita ratificatione haud quaquam convalidari, reſpondit Sacra Congregatio *in Neapolitana reſtitutionis in integrum 10. Aprilis 1723. in Larinen. reſtitutionis in integrum 11. Januarii 1727. lib. 77. decret. pag. 2., & in Ulyſſiponen. Occidentalis reſtitutionis in integrum 27. Junii 1733.*

His itaque inſpectis una cum Relatione Plocenſis Epiſcopi, qui ob memoratum ætatis defectum irritam Oratoris profeſſionem, ejuſque precibus annuendum exiſtimat, decernendum erit.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

CEL-

Sess. 24. cap. 20. de ref.

CELSONEN. EXACTIONIS MEDIÆ ANNATÆ. Ad preces Capituli Cathedralis Ecclesiæ Celsonensis, a quo expositum fuerat, non alia suppetere media restaurandi suam fere collabentem Ecclesiam, instruendique ejus Sacrarium necessaria supellectili pene destitutum, quam si fructus vacantium beneficiorum in eam cederent causam, san. mem. Benedictus XIII. sub annum 1725., exquisito prius hujus Sacræ Congregationis suffragio, indulsit eidem Capitulo, *ut in futurum, & per decennium proximum tantum provisi de Parochialibus in Civitate, & Diœcesi hujusmodi sitis, quarum redditus una cum incertis annua scuta centum excedunt, itidemque provisi de Canonicatibus, & Beneficiis tam residentialibus, quam non residentialibus cujuscumque sint redditus, vel valoris sitis, ut supra, mediam annatam favore Fabricæ Cathedralis, & Sacrarii prædictorum solvere teneantur, Apostolica authoritate tenore præsentium indulgemus, ita tamen ut media dicta annata per provisos, ut supra, solven. penes ædem Sacram, vel idoneam personam ab Episcopo Celsonen. cum scientia, & consensu Capituli eligendam deponatur, & summa deposita non amoveatur, nisi ad effectum illam in expressam causam, quatenus urgeat reparationis necessitas, erogandi, quatenus vero necessitas non urgeat, eadem summa in bonis stabilibus investiatur, eorumque redditus, vel in eamdem reparationis causam erogetur, vel si non adsit reparationis occasio, iterum reinvestiatur; omnia vero intercedente semper ejusdem Episcopi Celsonen. auctoritate, & cum scientia, & consensu Capituli fiant, ac adamussim serventur, ac salva semper in præmissis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium &c.*

Assecutus jamdudum fuit Beneficium sub nomine *Prioratus S. Jacobi de Fontania* intra Celsonæ Diœcesim situm Petrus Martyr de Golorens, qui mediam annatam præfato Capitulo solvere cum detrectaret eo sub obtentu, quod dictus Prioratus, veluti ab Ordinarii jurisdictione exemptus, Sanctæque Sedi immediate subjectus sub lege memorati Benedictini indulti comprehensus censeri non posset, a Judice, quem Episcopus huic dirimendæ controversiæ præfecerat, ad mediæ annatæ solutionem die 3. Novembris 1731. condemnatus fuit.

At appellatione interposita curavit idem Petrus Martyr Causam per Breve Apostolicum tribus Judicibus committi; Contra vero Capitulum exoptans quæstionem hanc non levis momenti, quæque facile in exemplum trahi posset, graviori definiri judicio, obtinuit sub annum 1733. ex rescripto clar. mem. Card. Passari tunc Pro-Auditoris san. mem. Clementis XII. eamdem Causam ad hanc S. Congr. remitti.

Nunc itaque Capitulum, quod interea temporis, nempe anno 1734. novam præfati Indulti prorogationem ad aliud decennium ab eodem Clem. XII. impetravit, citato Petro Martyre de Golorens urget decisionem Dubii, quod inferius apponetur.

Ex triplici momento contendit potissime Capitulum, quælibet Beneficia etiam exempta, dummodo in Celsonensi Diœcesi sint sita,

sita, ab recensitis indultis comprehendi. Primo, quia sub generali appellatione Beneficiorum *Diœcesis, vel in Diœcesi* existentium, non minus Beneficia exempta, utpote quæ vere in Diœcesi existant, quam cætera jurisdictioni Episcopi subjecta continentur, uti docent *Joan. Andr. in cap.* 10. *n.*2. *&* 3. *de rescript. in* 6. *Geminian. in d.cap.*10. *sub n.*6. *Philipp. Franc. ibid. sub n.*8. *Massob. in prax. haben. concurs. prælud. n.*3. *dub.*9. *num.*2.; Secundo, quia indulta hæc exigendæ mediæ annatæ concessa Capitulo nihil commune habent cum exemptione, quæ contra Episcopi jurisdictionem prætendatur, neque illi ullatenus officiunt, quum per mediæ annatæ exactionem nullum ordinariæ jurisdictionis actum exercere intendat Capitulum, sed intra sphæram simplicis indultarii petat tantum illam fructuum ratam super omnibus Beneficiis indiscriminatim a Papa sibi tributam, quemadmodum in casu indulti concessi Episcopo, ut fructus pro dimittendo ære alieno percipiat, perperam opponi beneficiorum exemptionem ratiocinantur *Jo. Andr. in d. cap.*10. *sub num.*20. *de rescript. in* 6., *& Geminian. ibid.*; & tertio demum, quia Beneficia omnia tam Episcopo subjecta, quam ab ejus ordinaria jurisdictione exempta teneantur pro Cathedralis Ecclesiæ reparatione contribuere, ad tradita per *Franch. in cap.*10. *num.*1. *de rescript. in* 6. *& ibi Gemin. num.*6. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. Glos.*52. *num.*26. *vers. addo tamen*. His autem omnibus postremo additur agi de indultis, quæ ex indole, & causa ipsius concessionis latam omnino interpretationem exposcunt.

Nomine Petri Martyris nihil hactenus allatum est. Onus itaque erit EE. VV. declarare.

An Beneficia etiam exempta, sed sita in Diœcesi Celsonen. teneantur ad solutionem mediæ annatæ in casu &c.

SENOGALLIEN, REDUCTIONIS MISSARUM. Inter plures Canonicatus in Ecclesia Cathedrali erectos decem numerantur a Fundatoris cognomine *Lucatelli* nuncupati, Massam habentes cum aliis Canonicis non communem, sed separatam, atque distinctam. Horum possessores, quibus ex fundationis lege ultra servitium Chori, aliaque munia Canonicorum, Missæ quotidianæ onus incumbit, jamdudum sub annum nempe 1684. postularunt ab hac Sacra Congregatione ejusmodi oneris reductionem, eo quia annui suorum Canonicatuum reditus in dimidia fere parte tum ob plures census deperditos, tum ob imminutum frumenti, & vini pretium decreverint. Ut autem Sacra Congregatio de exposita redituum tenuitate fieret certior jussit inter cætera ab Episcopo referri: *An Capitulum possideret aliqua cujusque generis, & annui fructus animalia, quorum ratione aliquid ad exitum, sed nihil ad introitum Capituli positum fuerat in anterioribus calculis*. Cumque Episcopus responderit, quædam animalia Capitulo possideri, quorum annuus fructus ad summam scutorum viginti quatuor ascendens scuta duo; & obulos quadraginta singulis Canonicis tribueret, Sacra Congregatio sub an-

*Sess.*22. *decr. de observ. & evit. in celebrat. Miss.*

num 1689., consentiente in id Communitate Senogalliæ istorum Canonicatuum Patrona, censuit, *reducendum esse onus Missarum arbitrio Eminentissimi Præfecti*, qui posthac illas ad numerum 280. moderatus fuit, ita tamen, ut si unquam eorumdem Canonicatuum reditus augeretur, Missarum quoque numerus augeri deberet, quod ab Ordinario pro tempore in actu visitationis foret inspiciendum.

Iterum vero pro nova Missarum reductione supplicantibus Canonicis sub annum 1693. majus in dies redituum decrementum causantibus, Sacra Congregatio commisit Episcopo, ut, veris existentibus narratis, & vocatis, si qui forent vocandi, onus Missarum ad quindecim quolibet mense, alternis tamen hebdomadis celebrandas pro suo arbitrio, & conscientia redigeret; Episcopus autem accedente denuo præfatæ Communitatis consensu, compertaque, ut ipse asseruit, precum veritate, Decretum edidit reductionis juxta modum a Sacra Congregatione sibi præscriptum; At in visitatione, quam anno 1715. cl.mem. Cardinalis Parraciani tunc temporis Senogalliæ Antistes peregit, de exposita diminutionis redituum veritate facile dubitans mandavit *exhiberi statum Capituli ad effectum inspiciendi an subreptitie, & obreptitie, vel juste petita, & obtenta fuisset dicta Missarum reductio*, cumque ejus præcepto obtemperantes Canonici statum exhibuerint, in quo & annui census, & pensiones domorum, Prædiorumque fructus fuere adnotati, nulla tamen valoris eorumdem fructuum designatione facta, prætermissisque fructibus animalium, quæ ibi dicuntur non ex communi, sed ex proprio quorundam Canonicorum ære adquisita, ut ex *Summ. eorumdem Canonicorum num.6.*, nihil ultra hac in re a præfato Cardinali Parraciano, neque ab Eminentissimo D. Cardinali Pico in ejus Ecclesiæ regimine successore actum fuisse apparet.

Hodiernus autem Episcopus occasione Sacræ Visitationis, perspectis oneribus Missæ quotidianæ Canonicatibus Lucatelli impositis, atque earumdem reductionum Decretis, jussit duobus ex Canonicis Lucatelli, videlicet Archidiacono Joanni Baptistæ Phelippini, & Canonico Pio Brunoni de Benedictis sub diem 23. Aprilis 1740., ut statum præsentem Canonicatuum intra quinque dierum terminum sibi exhiberent, subindeque ex quibusdam habitis relationibus, & præsertim ex jurato duorum Canonicorum examine recepto occasione probandi congruum titulum, ad quem unus ex iisdem Canonicis sub annum 1736. ad Sacros Ordines promotus fuerat, putans satis constare, reditum cujusque Canonicatus annuam octo supra octuaginta scutorum summam excedere, non computatis animalium fructibus, qui ex peculiari Canonicorum industria provenire dicuntur, sub diem 29. dicti mensis Aprilis, post habita Archiepiscopi Ubinatensis inhibitione ad instantiam Canonicorum expedita, eosdem Canonicus ad quotidianam Missæ celebrationem in fundatione indictam obstrictos esse pronunciavit.

Hoc itaque Decretum impugnant, & pristinæ reductionis formam ser-

ſervandam eſſe contendunt modo Canonici Lucatelli, ajentes ſuorum Canonicatuum reditus, licet impræſentiarum nonnihil adauctos, vix tamen; juſta ſtatum anno 1715. confectum, & in Epiſcopali Curia exhibitum, ad annuam 60. ſcut. ſummam accedere, itaut ſi eleemoſyna Miſſæ quotidianæ ad rationem perpetuæ taxetur, neque tota dicta ſumma par ſit ſupportando oneri ſolius Miſſæ prædictæ, adeoque multo minus congrua etiam oneribus ſervitii Chori, & Reſidentiæ, inſpecta potiſſimum qualitate Canonicorum, qui debent Nobilitatis gradu inſigniti ex fundationis lege in Cathedrali Eccleſia aſſumi.

Super ejuſmodi Canonicorum querelis auditus Epiſcopus editum a ſe decretum ita ſatagit vindicare „ Fateor me ad illud proceſſiſ„ ſe ex ſolis documentis in mea Cancellaria exiſtentibus, quia„ „ prædicti Canonici Lucatelli pervicaciter renuerunt mihi exhi„ bere calculos ſinceros reddituum eorum Canonicatuum, a quo „ certe pendere poteſt, vel ſubſiſtentia mei Decreti, vel ejus „ moderatio ad menſuram oneris, & reddituum; In hiſce circum„ ſtantiis, ſi placeret EE. VV. cogere eoſdem Canonicos præ„ dictum calculum reddituum exhibere in hac Sacra Congrega„ tione, crederem opportunum pro cognoſcenda ſubſiſtentia, „ vel inſubſiſtentia prædicti Decreti; Non enim ego prætendo „ reductiones ab ipſis impetratas ab hac Sac. Congregatione fuiſ„ ſe ſubreptitias, vel obreptitias, ſed tantum eorum Canoni„ catuum redditus eſſe taliter auctos, ut etiam augeri debeat „ Miſſarum numerus, prout Jura clamant, & lex ab EE. VV. „ mihi præſcripta.

Tria itaque ad abſolutam cauſæ definitionem videntur ponderanda. Primum, an ex hactenus recenſita facti ſerie ſatis liqueat de certa quantitate redituum cujuslibet Canonicatus, vel in ſcutis dumtaxat 60., ut contendunt Canonici, vel in ſcutis fere nonaginta, ut cenſet Epiſcopus, adeout neceſſe amplius non ſit ſtatum præſentem ipſorum reddituum a Capitulo exquirere. Alterum eſt, num, licet iidem reditus annua ſcuta 60. non exſuperent, adhuc ſervari debeat antiqua Miſſarum reductio; Quamvis enim ante acceptationem oneris Miſſæ quotidianæ licitum eſſe videatur reductionem petere, habita ratione eleemoſynæ perpetuæ, ut ſæpius reſpondit hæc Sac. Congregatio, ac præſertim in *Nepeſina Reductionis oneris Miſſarum* 28. *Julii* 1724. poſt acceptationem vero reductioni tantum eſt locus, ſi reditus adeo decreverint, ut neque manualem eleemoſynam præſtent, tunc enim Miſſarum onera ad rationem ejuſdem eleemoſynæ manualis tantum moderari oportere paſſim reſcribit eadem Sacra Congregatio: Tertium vero eſt, an, ubi ſtipendium ſcut. 60. minus congruum pro celebratione Miſſæ quotidianæ, & ſervitio Chori etiamnum judicetur, fieri potius debeat reductio ſervitii Chori, & aliorum onerum, quam Miſſæ quotidianæ; nam in reductione piorum onerum regula eſt, alia potius reducenda eſſe onera, quam illud Miſſarum, niſi aliter ſuadeat Fundatoris voluntas, ut cenſuit Sacra Congregatio in *Auximana* 28. *Julii* 1708. *lib.* 58. *pag.* 275.

a tergo, in Prænestina 24. Januarii 1705. lib. 55. pag. 28. a tergo, in Reatina 17. Decembris 1689. lib. 40. decret. pag. 23.

Omnibus itaque perpensis, onus erit EE. VV. pronunciare.

An decretum Episcopi declarans unumquemque ex Canonicis Capituli Lucatelli teneri ad quotidie applicandam Missam pro fundatore, sustineatur, itaut sit exequendum in casu &c.

Die Sabbathi 16. Decembris 1741.

Sess. 24. c. 4. de refor.

TARRACONEN. ORDINATIONIS. In Congregatione habita sub die 1. Julii modo elapsi ad quæstionem ab Archiepiscopo Tarraconensi propositam: „ An Coadjutores alicujus Dignitatis, vel „ Canonicatus cum futura successione, tam in casu, quo ipsis „ congrua portio, aut pensio per Coadjutum assignetur ex fructibus Præbendæ ejusdem Dignitatis, vel Canonicatus, quam „ in casu, quo congruam portionem sibi assignatam habeant ex „ propriis, vel alterius patrimonialibus bonis, donec per obitum Coadjuti fiat locus eorum successioni ad dictam Dignitatem, seu Canonicatum, licite possint ab Episcopo, in cujus „ Diœcesi sunt tituli ejusmodi Beneficiorum residentialium, sine literis dimissorialibus Episcopi suæ originis, vel præcedentis Domicilii ad Ordines promoveri, *responsum fuit* -- Coadjutoriam Canonicatus, vel Dignitatis sufficere, ut Coadjutor „ dicatur habere domicilium requisitum in Constitutione Innocentii XII. incipien. *Speculatores* „. Verum, quum in unam, eamdemque sententiam haud convenerint omnia Eminentissimorum Patrum vota, atque de re satis gravi, & exemplari agatur, de interpretatione videlicet laudatæ Bullæ Innocentianæ ad publicum Ecclesiæ bonum, rectamque Ecclesiastici Ordinis institutionem editæ, visum propterea fuit operæ pretium esse, si quæstio ista novo accuratissimo examini subjiceretur.

Quum itaque ad trutinam modo sit revocanda superius recitata responsio, juxta quam censendum esset, imposterum ex sola assecutione Coadjutoriæ Canonicatus, vel Dignitatis quemcumque, licet origine exterum, posse ab Episcopo, in cujus Diœcesi Canonicatus ille, sive dignitas reperiatur, veluti proprium subditum ordinari, & quidem non alia ratione, quam domicilii per ipsum Coadjutorem acquisiti, præter ea, quæ in folio tunc distributo jam adnotata sunt, quæque rogantur EE. PP. animo repetere, juvat iterum verba Innocentianæ Constitutionis ob oculos ponere ea præsertim in parte, qua domicilium quid, & quale esse debeat ad hunc suscipiendi Ordines finem statuitur.

„ Subditus autem, *inquit Summus Pontifex*, ratione domicilii ad „ effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censeatur, qui licet

„ alibi

„ alibi natus, illud tamen adeo ſtabiliter conſtituerit in aliquo „ loco, ut vel per decennium ſaltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac Bonorum ſuorum partem cum inſtructis „ ædibus in locum ejuſmodi transferendo, ibique inſuper per „ aliquod conſiderabile tempus commorando, ſatis ſuperque „ ſuum perpetuo ibidem permanendi animum demonſtraverit, „ & nihilominus ulterius utroque caſu ſe vere, & realiter animum hujuſmodi habere jurejurando affirmet „. Hæc igitur verba, quæ explicite vim Domicilii in finem ſuſcipiendi Ordines ſoli Coadjutoriæ non tribuunt, perpendere oportet, num ſaltem ex tacita, ac veroſimili Summi Pontificis mente apta ſint illam complecti.

Scilicet veriſimilitudo, ſive præſumptio, quæ Coadjutoriæ ſuffragetur, ex eo potiſſimum videtur elici poſſe, quod minoris efficaciæ æſtimandum non ſit Domicilium aſſequutioni Coadjutoriæ conſentaneum, quam quod duobus illis modis in laudata Conſtitutione recenſitis probetur comparatum; Quum enim nihil aliud ea lege videatur intendiſſe Summus Pontifex, niſi ut verum habeat domicilium, & una ſimul animum illud perpetuo retinendi quiſquis hac una ratione vult ſe ſubditum Epiſcopo ſiſtere; Profecto in Coadjutore Canonicatus, vel Dignitatis, cui annexum eſt onus reſidentiæ, neutrum deficere cenſendum eſt; Si enim communi jure inſpectio quilibet Beneficiarius, cui reſidendi onus incumbit, verum dicitur domicilium nanciſci eo in loco, quo poſſidet Beneficium, ut cum aliis notat *Antonell. de regim. Eccl. lib.2. cap.1. n.22.*, multo æquius idipſum ſentire oportet de Coadjutore, qui ad aſſequendum Coadjutoriæ munus quum graviores, ut plurimum ſubire cogatur expenſas, eo firmiorem animum ex hoc ipſo oſtendit futuræ ſuæ perſeverantiæ in domicilio eam ob cauſam quæſito.

At contra ponderandum occurrit, Summum Pontificem laudatæ Bullæ *Speculatores* conditorem non qualecumque domicilium ſufficiens edixiſſe, ut quiſpiam ejus ratione ſubditus alieno Epiſcopo in finem ſuſcipiendi Ordines efficeretur, ſed illud tantum voluiſſe ſpectari, quod jam ſtabiliter ſive ex decennali habitatione in eodem loco, ſive ex translatione majoris rerum, ac bonorum ſuorum partis cum ædibus inſtructis, ac una ſimul cum mora per aliquod conſiderabile tempus ibidem protracta fuiſſet conſtitutum, adeout ſatis perſpicuum reddatur, quod domicilium alia quavis ratione contractum nequeat juxta hanc Apoſtolicam legem ad obtinendum finem, de quo diſceptatur, ſufficiens reputari, ac idoneum. Conſtans quippe in Jure eſt, haud eamdem habitationem, quæ ſufficit ad efficiendum ſubditum, quoad reliqua Sacramenta, ſatis eſſe ad Sacramentum Ordinis juxta ea, quæ late differit *Sanchez. de Matrim. lib.3. diſput.23. Tournely in tract. de diſpenſat. in ſpecie par.1.cap.13. de impedim. clandeſtin. pag. mihi* 204. §. *Et ſi quis*, & colligunt communiter DD. *ex cap. Cum nullus, de temporibus ordinat. in* 6.

Accedit præterea illud etiam ab enunciata Conſtitutione demandari,

dari, ut neque sola domicilii acquisitio, sive per decennalem habitationem, sive per translationem majoris bonorum partis cum instructis ædibus, sufficiens reputetur: sed insuper utroque casu exigi debeat juramentum super animo vero, ac deliberato ibidem perpetuo permanendi, quam proinde formam cum secum non ferat simplex assecutio Coadjutoriæ alicujus Dignitatis, vel Canonicatus, dispiciendum propterea manet; num eodem posthabito juramento possit exterus quisquam ratione solius Coadjutoriæ, quam obtinuerit, reputari subditus Episcopo illius Diœcesis titulo domicilii: cum de cætero licentia recipiendæ ordinationis a pluribus Episcopis idcirco tum a Tridentina Synodo, tum eo magis ab hac Innocentii XII. Constitutione videatur esse restricta „ quia, *ut inquit Hallier de Sacris Ordinationibus* „ *par.2.sect.5. cap.* §.3. *num.*10., non potest non esse nociva „ cum ea accidat, ut ab uno Episcopo rejectus ab alio probetur „ in quo necessum est, ut vel unius severitas, vel alterius ne„ gligentia incusetur, quod utrumque Episcopalem Dignitatem „ in contemptum adducit; cum ordinarie loquendo Episcopus „ iste eligatur, sub quo solutior disciplina fuerit, cujus segnior „ in examinando cura, in inquirendo minus sollicita, perspi„ caxque providentia futura speretur, ex quo certa Ecclesiasticæ „ disciplinæ jactura infertur.

Ex his igitur memorato Folio superadditis rogantur EE. PP. deliberare.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Iterum proponatur.

ROgantur EE. PP. Folium præteritæ Congregationis sub diem 2. currentis mensis habitæ resumere, & quatuor sequentes Causas in eo descriptas decidere.

VITERBIEN.

Sess.22. cap.3. de ref.

I. *An confratres Orationis, & Mortis Civitatis Vetulæ quomodolibet intimati interesse teneantur Processionibus Sanctissimi Rosarii tam in prima Dominica cujuslibet Mensis, quam in prima Dominica Octobris.*

II. *An liceat dictæ Confraternitati Orationis, & Mortis levare Cadavera quomodolibet Mortuorum, sive in Civitate, sive in Navibus, sive in Campestriis irrequisito Parocho.*

III. *An Confratres ejusdem Confraternitatis requisiti a Parocho, ut eum associent ad levandum, & deferendum aliquod ex supradictis Cadaveribus, ipsi accedere, & illum associare teneantur &c., & in casu renuentiæ.*

IV. *An Parochus possit invitare unam ex aliis Confraternitatibus.*

V. *An liceat eisdem Confratribus Vexillum apponere in capite Pheretri præsente Cruce Parochi, seu potius illud dimittere debeant in ingressu, & in angulo Ecclesiæ?*

An

VI. *An liceat Cappellanis Confraternitatum dictæ Civitatis tam in Processionibus per eam peragendis, quam in associatione Cadaverum tumulandorum tam in eorum Ecclesiis, quã in Parochiali, seu aliis deferre Stolam præsentibus Parocho, vel Vice-Parocho?*

VII. *An Parochus possit subrogare Vice-Parochum in associatione Cadaverum tumulandorum sive intra, sive extra Parochialem,* & quatenus affirmative.

VIII. *An ipso quomodolibet impedito, faciendum sit funus supra dictis Cadaveribus a Vice-Parocho cum solita perceptione emolumentorum.*

IX. *An sit observanda transactio approbata a clar. mem. Card. S. Cruce,* & quatenus affirmative.

X. *An in casu etiam alterius impedimenti Parochi præter expressa in primo Capitulo dictę transactionis servanda sit eadem dispositio, & debeat Parochus rationem reddere Confraternitati Orationis, & Mortis de suo impedimento.*

XI. *An liceat eidem Confraternitati dirigere, & peragere Processionem Beatæ Virginis Septem Dolorum extra ambitum suæ Ecclesiæ, & liceat ejus Cappellano benedicere Populum irrequisito Parocho, num ipse intervenire & benedicere velit, & quatenus Parochias intervenire nolit.*

XII. *An saltem requiratur ejus licentia?*

XIII. *An benedictio Populo impertienda cum Augustissimo Sacramento occasione illius expositionum faciendarum in Ecclesia dictæ Confraternitatis, volente Parocho, danda sit per ipsum, sive potius per Cappellanum dictæ Confraternitatis in casu &c.*

Ad I. Affirmative quatenus invitentur per schedulam. Ad II. Negative ad formam Sententiæ Ordinarii. Ad III. Affirmative ad formam dictæ Sententiæ. Ad VI. Affirmative. Ad V. Negative ad primam partem. Ad VI. Affirmative. Ad VII. VIII. IX. & X. Servandam esse concordiam, & in casu interventus Parochi deberi solita emolumenta. Ad XI. Affirmative de licentia Episcopi. Ad XII. Satis provisum. Ad XIII. Affirmative ad formam concordiæ.

POSNANIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c. *Sess. 25. c. 19. de Reg.*

Dilata, & Orator prævia reassumptione habitus regularis, ac reditu ad claustra sui Ordinis, citato Superiore Locali subiiciatur examini formali, quod transmittatur.

CELSONEN. EXACTIONIS MEDIÆ ANNATÆ.

An Beneficia etiam exempta, sed sita in Diœcesi Celsonen. teneantur ad solutionem mediæ annatæ in casu &c. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Affirmative.

SE-

Sess.22.Decr. de obser. & evit. in celebrat. Miss.

SENOGALLIEN. REDUCTIONIS MISSARUM. *An Decretum Episcopi declarans unumquemque ex Canonicis Capituli Lucatelli teneri ad quotidie applicandam Missam pro fundatore, sustineatur, itaut sit exequendum in casu &c.*

Dilata, & firmetur status.

Sess.24.c.12. de ref.

SENOGALLIEN. MISSÆ CONVENTUALIS. Examen hujus Causæ, quam EE. PP. sub diem 9. Septembris proxime præteriti jusserunt reproponi, hodie assumendum est sub iisdem Dubiis.

I. *An Decretum Episcopi tam quoad applicationem Missæ Conventualis quotidianæ pro Benefactoribus, & Collegio, quam quoad contributionem pro eleemosyna ejusdem Missæ sit exequendum in casu &c.*

II. *An constet de attentatis, itatu sint purganda, & a quo sint purganda in casu &c.*

Ad I. Affirmative, ita tamen ut applicatio fiat pro Benefactoribus tantum. Ad II. Ad mentem.

Sess.25.c.19. de regul.

PERUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Petrus Thomas Venuti Civitatis Cortonæ sub die 20. Maii 1714. Religiosam vovit professionem in Monasterio Montis Norcini Civitatis Perusiæ Congregationis Olivetanæ; anno autem 1729. ad san. mem. Benedictum XIII. preces habuit, in quibus exponens se per vim, & metum a Patruis suis illatum ad Monasticum habitum suscipiendum, emittendamque professionem fuisse adactum, facultates vero sibi deesse jura sua in contentioso judicio experiendi ob denegatas a Patruis eas pecuniarum summas, quæ alioquin ex portione paterni patrimonii sibi deberentur, demisse imploravit a Sanctitate Sua licentiam egrediendi e Monasterio, induendique habitum presbyteri sæcularis, adiiciens, se non ante id tempus adversus professionem suam reclamasse, quia sibi nulla prius suppetere potuit ratio, qua ab incusso consanguineorum metu liber evaderet.

Supplex iste libellus, post expetitam, acceptamque relationem Procuratoris Generalis Congregationis Olivetanæ, qui asseruit publicam inter Monachos sui Ordinis vigere famam de jugi Oratoris aversione ab instituto Monastico, ejusque Superiores nihil habere, quod ipsius petitioni opponant, fuit a Summo Pontifice ad hanc Sacram Congregationem remissus, a qua statim eodem anno 1729. datæ sunt literæ clar. mem. Card. Ansideo tunc temporis Episcopo Perusino, ut audito Superiore locali, receptisque probationibus per Oratorem inducendis Processum de more conficeret.

Citato itaque Abbate Monasterii Congregationis Olivetanæ Civitatis

tis Perufii admota fuit manus judiciariæ hujus Cauſæ inſtructioni, quæ tamen poſtmodum per decem fere annorum ſpatium intermiſſa eſt, donec Orator ſub annum 1739. iterum adiit hanc Sacram Congr., & inquiens proceſſum hactenus imperfectum remanſiſſe tum propter Card. Anſidei obitum, tum quia coactus ipſe fuit remotas peragrare regiones, obtinuit ab EE.PP. juberi moderno Epiſcopo Perufino, ut cæptum curaret abſolvi proceſſum, quo tandem expleto, tranſmiſſoque, urget modo reſolutionem dubii ad calcem hujus reſtrictus apponendi.

Tres tantum teſtes comperiuntur in d. Proceſſu examini ſubjecti, quorum duo ſunt ejuſdem Congr. Olivetanæ Religioſi, & tertius eſt Eques Lubius Baldelli. Summa vero eorum, quæ depoſuerunt bini priores teſtes, in hoc præcipue ſiſtit, quod Orator ſæpe ſæpius a Canonico Michaele Angelo patruo ſuo fuerit objurgatus, ut Monaſticum habitum indueret, additis etiam minis, quod ſecus fame perire cogeretur; Quod iteratis hiſce comminationibus perterritus, religioſum utique habitum ſuſceperit, ſed animum ab eo inſtituto prorſus averſum palam oſtenderit, & ipſomet decurrente probationis tempore non ſemel poſtulaverit ad ſeculum redire, adeout cognita ipſius repugnantia profitendi, poſt exactum novitiatus annum, dilata adhuc fuerit ad aliquod tempus profeſſionis ſuæ ſolemnia; quæ licet poſthac ipſe expleverit, nunquam tamen deſtitit animum ſuum a regulari vita penitus alienum jugiter oſtendere. Addidit præterea unus ex præfatis Religioſis teſtibus, quod Orator „ Avendo fatta la Profeſſione ſuddetta in compagnia del P. D. Feliciſſimo Schipiſi Piſano, ſo, che ſtando aſſieme „ ſecondo il ſolito di tal funzione coperti colla coltra di noſtra „ Chieſa, domandò il medeſimo Sig. Tommaſo Venuti al d. P. Don „ Feliciſſimo, ſe lui aveva veramente intenzione di fare d. Profeſſione, e riſpoſtogli eſſo, che l'aveva ſicuramente, ſoggiunſe egli, che „ in verun conto aveva lui queſta intenzione, e queſt' animo, e lo „ pregava a tener memoria di queſta ſua dichiarazione, perchè a „ ſuo tempo glie ne avrebbe richieſto l'atteſtato, ed è ciò a mia notizia, in quanto, che in occaſione, che ha ſeguitato il d. Sig. Venuti „ a dar contraſegno del ſuo contragenio allo ſtato regolare mi fece „ confidenza di tal coſa, dopo eſſere io uſcito dal Profeſſato, il Padre D. Camillo Maria Bontempi Monaco allora in eſſo Monaſtero, e al preſente Abbate degniſſimo nel noſtro Monaſtero di Trevi, e mi diſſe di averla ſaputa dallo ſteſſo P. D. Feliciſſimo Schipiſi, „ il quale da molto tempo in quà non è più in queſto Monaſtero, ed „ ora è di Stanza nel Genoveſato, e preciſamente ſe non erro alla „ Spezia.

Alter vero ex iiſdem teſtibus inquit „ Che trà Religioſi ſi è „ communemente creduto atteſe le coſe ſuddette, ed i di lui portamenti non aver egli portato mai l'abbito religioſo di ſua elezione, e che il timore de congiunti, e il non aver avuto comodo, e „ facoltà di reclamare l'abbia trattenuto ſino a quel termine, in cui „ ſi vede aver finalmente promoſſa la ſua iſtanza, il che è ſeguito „ per la notizia, che lo ho fin dal tempo, che feci detta fede, e ſento „ averle

„ averle ora reassunte dopo le sue molte, e varie vicende di car-
„ cerazioni, ed espulsione in fine della Religione.

Hæc probe confirmat Eques Lutius Baldelli, qui præsertim retulit, Oratorem per annum 1721., septemque alios proxime succedentes, quibus in Monasterio *dell'Aquila* commoratus est secum pluries de professione per vim, & metum emissa fuisse conquestum, ac præ ceteris asseruisse „ che nè prima, nè in quell'atto, nè poi vi
„ era concorsa la sua volontà, e che fece professione per soddisfa-
„ re all'apparenza, senz'alcun animo di sottoporsi agli obblighi,
„ e voti della Religione, ma bensì con ferma determinazione di
„ reclamare, e far dichiarare nulla detta sua Professione, allora, e
„ quando da suoi Superiori avesse avuta la facoltà, e libertà di
„ ciò fare, ed avesse avuto il commodo di eseguire, e ritornarse-
„ ne al secolo in stato di non aver più soggezzione de suoi con-
„ gionti, e delle loro minaccie.

Præter depositiones istorum trium Testium in Processu examinatorum quasdam exhibet Orator attestationes Casimiri Venuti Fratris sui Religiosi Piarum Scholarum, & trium Sacerdotum Cortonensium, qui inquiunt ejus Patruos non solum graves illi minas intulisse, verum quandoque, & alimenta denegasse, & sævis eum affecisse verberibus, ut tandē Religiosæ vitæ consilium arriperet.

His autem novissime addit aliam D. Felicissimi Schipisi Monachi Olivetani nunc Vicarii munus obeuntis in Monasterio S. Helenæ Venetiarum attestationem, in qua Religiosus iste declarationem ab Oratore in actu Professionis sibi factam his verbis recenset --
„ Nell' essere attualmente avanti l' Altar Maggiore, nel cantarsi
„ da i Monachi le solite Preci, egli a me proferì espressamente,
„ che non era sua intenzione di professare, e che avrebbe finito
„ in tutta quella Cerimonia, tanto la lettura della Cedola, quan-
„ to le altre espressioni della Professione, quale a suo tempo si
„ sarebbe impegnato di provare invalida; perchè forzato da suoi
„ come sopra, e nel ritrovarsi sotto la Coltre, o sia Coperta co-
„ me il costume di nostra Congregazione mentre dal Coro can-
„ tavasi l' Inno dello Spirito Santo, ed era ivi sotto assieme con
„ me, mi ridisse espressivamente con mio particolare orrore, che
„ egli non intendeva assolutamente di professare, e pertanto at-
„ testo nella forma sopra espressa, perchè ho sempre tenuta me-
„ moria di tutto questo particolare; ed altre volte ancora mi è
„ occorso fargliene tanto alli Superiori di questa mia Religione,
„ che ad altri di fuora un pieno attestato, e questo ora rinovo di
„ mio proprio pugno.

Plurimum quoque nititur idem Orator memoratæ relationi jamdudum datæ a Procuratore Generali, in qua sic habetur „ E stata
„ sempre publica voce, e fama nella mia Congregazione, che
„ l' Oratore non sia venuto alla Religione spontaneamente, e di
„ propria volontà, ma puramente indotto dalle minaccie, e ti-
„ more de Parenti, ed in fatti nel corso di 16. anni, che ha dimo-
„ rato fra di noi, ha sempre dati continui argumenti d' animo
„ avverso, e ripugnante al giogo del vivere Monastico.

Cæ-

Cæterum Orator ipſe judiciali examini ſe hactenus non ſubjecit, ſed tantum coram Notario ſub Jurisjurandi religione diſtinctius refereus plura ex iis, quæ præfati teſtes depoſuere, hæc præcipue declaravit; Primo ſcilicet cauſſam, ob quam Canonicus Michael Angelus, aliique Patrui ſui per frequentes minas, & verbera ipſum ad Religionis ingreſſum coegerunt, non aliam fuiſſe, quam aviditatem uſurpandi patrimonii ex hæreditate Patris tum vita functi ad ſe in tenella ætate delati, unde alter ex iiſdem Patruis in ſæculo remanens ſplendidius familiam ſuam conſervaret. Secundo, ſe ob metum dicti Canonici Michaelis Angelis, & alterius Patrui ſui Nicolai, nuper ſolum vita functi, atque ob plura impedimenta, iiſdem procurantibus, ſibi a Superioribus Congregationis interjecta, nequiviſſe prius judicium ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis inſtruere, ac ad optatum exitum perducere; Et tertio demum nonniſi ob aſſiduas alterius ex præfatis Patruis ſuis inſtigationes ſe fuiſſe poſtremo, dum in Regno Siciliæ degeret, a Religione ejectum.

Hodiernæ Oratoris petitioni religio neque impræſentiarum contradicit: adverſatur tamen Ludovicus Venuti ſæpedicti Canonici Michaelis Angeli hæres, duo præcipue opponens, alterum, quod is velut incorrigibilis uſque ab anno 1735. ex Definitorii Congregationis Olivetanæ ſententia ex Monaſterio ejectus, & in habitu Clerici ſæcularis extra Monaſterii ſepta degens non debeat ex Concilii Tridentini ſanctione, atque inveterato hujus Sacræ Congr. more in hoc Judicio audiri, priuſquam revertatur ad clauſtra. Alterum vero, quod etiamſi Orator in allegandæ Profeſſionis nullitate audiendus foret, denegandum adhuc illi eſſet beneficium reſtitutionis in integrum, tum quia Proceſſus, qui exhibetur, compilatus non fuerit ipſo audito, putans nimirum ſe debuiſſe omnino citari, veluti quem maxime intereſt, ob ſucceſſionis emolumentum, religioſam Oratoris Profeſſionem ratam, firmamque judicari; tum quia Teſtibus in eodem Proceſſu receptis data non fuerint interrogatoria, quæ de more producta appareant, tum quia iidem teſtes haud fatis probare videantur cauſam metus cadentis in conſtantem virum, ob quam controverſa profeſſio declaranda ſit irrita; tum demum quia Orator poſt emiſſam Profeſſionem nedum ſacris fuerit initiatus Ordinibus, ſed munus etiam Parochi ad aliquot Menſes obiverit, ut ipſe non diffitetur, unde tacila Profeſſionis ratificatio omnem petitæ in integrum reſtitutioni aditum præcludens haud obſcure eruatur.

Jura in utramque partem circumferentur, quibus inſpectis, grave non erit EE. PP. reſcribere.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Dilata, & prævia reaſſumptione habitus, hac reditu Oratoris ad clauſtra Teſtes tam hactenus inductis, quam de novo inducendi, & Orator ipſa examinentur formiter ſub interrogatoriis ſive ex officio, ſive a Parte contradicente dandis, ſubminiſtratis interim ab eadem Parte ſumptibus neceſſarii.

Sess. 24. c. 2. de ref.

ALEXANEN. SYNODI. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Alexani contendit, Diœcesanam Synodum sub annum 1739. celebratam multiplici nomine invalidam esse, ac insuper ab EE. PP. abolendum, vel saltem corrigendum authumat Edictum quoddam ab Episcopo sub diem 11. Junii dicti anni 1739. promulgatum; executioni vero, ubi etiam constaret de validitate Synodi, nullatenus demandandas esse sex Constitutiones in eadem Synodo editas.

Primam scilicet, qua *sub tit. de Prefectis Fabricæ, & Depositariis multarum* pecuniæ ex multis colligendæ destinantur Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Leucadensis, easque deponi præscribitur in Arca sacra ad hunc finem designata.

Secundam, quam *sub tit. de Punctatoribus* Episcopus sibi assumpsit Punctatorum electionem, quæ ad Capitulum privative spectare propugnatur.

Tertiam positam *sub. tit. de doctrina Christiana*, in qua primum præcipitur „ Parochis, aliisque Confessariis tam secularibus, quam „ Regularibus, ut antequam Confessiones Pœnitentium excipiant, ab ipsis recitari faciant quatuor fidei rudimenta, scilicet Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & decem Decalogi præcepta; Et si ignaros, rudesque invenerit, hanc eorum spiritualem socordiam reprehendat, eisque ostendat, quam grave peccatum sit negligere, quæ ad salutem sunt necessaria, & ante absolutionem ultra alias Pœnitentias hanc pariter imponant, ut dd. quatuor rudimenta certo præfinito tempore ediscant. At si peracto spatio temporis præfiniti ignorantes, ut prius, redierint, tunc absolutionem differre poterunt arbitrio, & prudentia eorumdem Confessariorum; *Deinde vero jubetur*, Clericis, Subdiaconis, & Diaconis ut in explicatione Doctrinæ Christianæ, ac in Processione ad sonum Campanæ pro Pueris, aliisque Fidelibus colligendis facienda omnino interveniant, ut eorum munera exsolvant juxta destinationem faciendam in Tabella in Sacristia Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialem Ecclesiarum Diœcesis affigenda: sibique caveant, ne ullus contumax reddatur, cum ultra alias pœnas arbitrio infligendas, nec ad alios Ordines, nec ad Beneficia promovebuntur.

Quartam *sub tit. de Sacram. Baptismi* hisce verbis conceptam „ Satis, superque in præcedenti Synodo fuit actum de Sacramentis in genere, & in specie, at quia nobis innotuit, inoluisse abusum in his partibus, quod in Baptismo Infantium omnes, qui sunt præsentes in Cathechismo, ante januam Ecclesiæ respondent, ignorantes ex his responsionibus oriri cognationem spiritualem imperfectam, quæ impedit, sed non dirimit Matrimonium; Proinde cauti sint Parochi, ne ullo modo permittant ab aliis responderi in Cathechismo, nisi a solis Patrinis ab Obstetrice edoctis, vel a Sacrista.

Quintam *sub rubrica de Censuris*, ita expressam „ Ne Confessorum, & pœnitentium Animæ illaqueatæ remaneant ex erronea opi-

„ opinione, quod a quibuscumque Censuris in nostris Edictis „ comminatis cũ clausula ipso facto incurrendis possint absolve- „ re ob non appositam alteram clausulam *nobis reservatis*, operæ „ pretium duximus redarguere eorum ignorantiam uti non di- „ stinguentium censuras a jure latas, ab illis latis ab homine, in „ quibus non nisi, qui ligavit, solvere potest; uberius attenta „ nostra declaratione, quam nunc etiam confirmamus.

Et sextam demum, qua ita decernitur „ Et si præcedenti Synodo „ plenissime fuisset actum de vita, & honestate Clericorum, at- „ tamen continua experientia manifestat, omnia fuisse in desue- „ tudinem prolapsa, itaut non solum noscatur Ecclesiam esse de- „ bito servitio viduatam, sed insuper adeo excrevisse Ecclesiasti- „ corum vanitates in Vestibus more laicorum, in Capillis, in ar- „ mis, in ludis, in incontinentiis, & ebrietatibus, ut merito „ a sua vocatione recessisse rebelles Ecclesiæ videantur, imme- „ mores forsan Sacrorum Canonum pœnam Anathematis contra „ comam relaxantes, & quod illam nutrientes, etiam inviti ton- „ dantur, cum ratio Capillorum sit temporalis omnium depositio, „ & corona in capite habetur in signum Regni, quod in Christo „ expectatur. Tum pariter excommunicationis contra arma por- „ tantes, ac prohibitionis ludorum theatralium etiam prætextu „ consuetudinis, quodque gravius puniantur non servantes con- „ tinentiam, & castitatem, tum denique suspensionis ab Officio, „ & Beneficio contra Crapulos, & Ebrios, si moniti non desi- „ stant, quæ omnino fuerunt confirmata, & strictiori lege am- „ pliata a Sacro Concilio Tridentino, quod his verbis in fine mo- „ net Episcopos. Si aliqua vero ex his in desuetudinem abiisse „ compererint, ea quamprimum in usum revocari, & ab omni- „ bus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudini- „ bus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis con- „ dignas, Deo vindice, pœnas persolvant. Studete igitur, Fra- „ tres carissimi, ne vos in laqueum Diaboli incidatis, & ne vos „ cogatis parere dictis mandatis, & vestram negligentiam, ut par „ est, negligere.

A querelis Capituli generatim, & oretenus tantum in concordatione Dubiorum hactenus expositis tum Synodum, tum enunciatum Editum vindicare satagit Episcopus, qui de cetero, si quid in utroque corrigendum, vel castigatius explicandum deprehendatur, supremo Sac. hujus Congr. judicio sese libentissime subjicit. Placeat igitur EE. VV. deliberare.

I. *An constet de validitate Synodi celebrata anno* 1739. Et quatenus affirmative.

II. *An sit locus correctioni, sive abolitioni Edicti publicati sub diem* 11. *Junii* 1739. *in casu &c.*

III. *An sit exequenda Constitutio Synodalis sub titulo de Præfectis Fabricæ, & Depositariis multarum.*

IV. *An sit exequenda Constitutio Synodalis sub titulo de Punctatoribus.*

V. *An sit exequenda Constitutio Synodalis sub titulo de Doctrina Christiana.*

VI. *An*

VI. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Sacramento Baptiſmi.*

VII. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Cenſuris.*

VIII. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de vita, & honeſtate Clericorum in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt Reges.

Seſs. 24. c. 16. de ref.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS. Monaſterium, ſeu Abbatiam S. Andreæ in Flumine Ordinis S. Benedicti olim Monaſtarium S. Pauli ejuſdem Ordinis Apoſtolica authoritate unitam, necnon Caſtra Pontiani, & S. Ædiſti, aliaque Bona ad idem Monaſtrium S. Pauli ſpectantia S. M. Paulus III. ſub annum 1546. ad petitionem cl. me. Cardinalium Alexandri Farneſii, & Rainutii Neapolitani noncupati alteri Monaſterio SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, cujus adminiſtratio uni ex laudatis Cardinalibus Rainutio nempe commendata, fructus vero Cardinali Farneſio fuerant reſervati, ex cauſſa permutationis adjunxit.

Subinde Cardinalis Farneſius memorati Monaſterii SS. Vincentii, & Anaſtaſii Abbas Commendatarius in Parochiali Eccleſia S. Nicolai Oppidi Pontiani ſibi ſubjecta unum Archipresbyteratum, qui ibi Principalis Dignitas foret, ſimulque duos Canonicatus anno 1577. erexit, conſtituta eis dote annui redditus ſcut. 60., quorum triginta aſſignavit Archipreſbytero, reliqua vero juſſit ex æquo inter duos Canonicis repartiri, ita tamen ut Archipreſbyter, velut Eccleſiæ Parochialis Rector totius Populi curam deberet gerere, & exercece, duo autem Canonici, præter onus celebrandi Miſſas, & cætera Divina Officia, tenerentur ad nutum Archipresbyteri eidem Animarum Curæ tam in dicta Parochiali Eccleſia Oppidi Pontiani, quam in Eccleſia S. Andreæ in Flumine extra Oppidum ſita vacare. Horum vero Presbyteratus, & Canonicatuum collationem ad abbatem pro tempore, ſive Commendatarium pertinere voluit, ſalvo tamen ac reſervato in omnibus, quatenus opus eſſet, Apoſtolicæ Sedis beneplacito.

Veteribus hiſce Canonicatibus binos alios alterum cum dote annui reditus ſcut. 88., alterum vero ſcut. 62. juxta piam quorumdam Teſtatorum diſpoſitionem addidit nuper cl. me. Cardinalis Laurentius de Alteriis ultimus prædicti Monaſterii Abbas Commendatarius, quo noviſſime defuncto, authumantes præfati Canonici, ſibi jus eſſe eligendi Vicarium Capitularem, ſub diem 11. præteriti menſis Auguſti convocato Capitulo, poſt aliquot ſcrutinia inutiliter habita, tandem majori ex parte convenientes ad id muneris obeundum elegerunt Canonicum Benedictum Mancini.

Petrus Angelus Romanelli alter ex dictis Canonicis, qui pridem a cl. me. Card. de Alteriis conſtitutus fuerat Vicarius Abbatialis vehementer dolens, fruſtratum ſe inde fuiſſe concepta ſpe, quam (ut aſſerere non veretur) ipſis fecerant alii Canonici, aſſequendi optatum Vicarii Capitularis Officium, ſecutæ electionis nullitatem

tem oſtendens, facta contra illam judicaria proteſtatione, ad hunc Sacrum Conſeſſum appellavit.

Quia vero paucos poſt dies Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitam per Epiſtolam ad Vicarium Abbatialem Pontiani directam facultatem illi dedit, eodem, quo antea potiebatur jure utendi; Hinc Canonicus Romanelli, citatis Archipreſbytero, & aliis Canonicis coram R. P. D. Auditore Sanctiſſimi petiit, controverſiam nullitatis memoratæ electionis eidem Sac. Congr. Epiſcoporum delegari. Huic tamen inſtantiæ cum minime annuerit laudatus Auditor Sanctiſſimi, & præterea per modum proviſionis, & ſine præjudicio jurium Partium deputaverit in Vicarium uſque ad exitum Cauſæ in hoc S. Tribunali definiendæ Archipreſbyterum ejuſdem Eccleſiæ S. Nicolai cum facultatibus Vicarii Abbatialis; hinc primævæ ſuæ poſtulationi inſiſtens modo Canonicus Romanelli ex triplici potiſſimum capite irritam eſſe contendit electionem Canonici Benedicti Mancini in Vicarium Capitularem.

Primo, quia poteſtas eligendi Vicarium Capitularem non aliis conveniat, quam Capitulis Cathedralium Eccleſiarum: Secundo, quia tametſi in Parochiali Eccleſia Pontiani Archipresbyter, & Canonici hoc honorifico donentur nomine, eademque Parochialis Eccleſia, vel Collegiata, vel etiam Inſignis Collegiata, ſive a Canonicis, & a Populo, ſive ab EE. Abbatibus appellari aliquando conſueverit, nihiloſecius tamen ea omni Collegii jure deſtituta appareat; idque ex pluribus conatur evincere, ſcilicet ex denominatione facta ſimplicis Parochialis Eccleſiæ in enunciata veteri erectione Archipreſbyteratus, & duorum Canonicatuum, ex defectu Beneplaciti Apoſtolici, quod in erigendis Collegiatis Eccleſiis omnino requiri tradit, cum aliis *Eminentiſſimus Petra tom. 3. ad conſtit. 7. Innocen. IV. ſect. 2. num. 12. & ſeqq.*, & reſolvit Sac. Congr. *in Catanien. Erectionis Collegiatæ* 1. *Septembris* 1691., necnon reſcripſit Epiſcopo Tridentino ſub diem 27. Februarii 1727. *lib.* 20. *lit. Viſit. SS. Lim. pag.* 201., ex collatione Archipreſbyteratus per EE. Abbatem ſemper expleta, quod tamen, ſi de principali Dignitate in Collegiatis Eccleſiis inſtituta ageretur, ea per *Reg.* 4. *Cancellariæ* reſervata foret Sedi Apoſtolicæ, ac demum ex defectu Arcæ, & ſigilli communis, & aliorum quorumcumque Inſignium Canonicalium, necnon continui ſervitii Chori, prout ad ultima hæc duo probanda teſtimonium exhibet plurium Incolarum ejuſdem Oppidi Pontiani ajentium, nuſquam vidiſſe Archipresbyterum, atque Canonicos ulla geſtare Inſignia, quibus ab Clericis aliis diſtinguantur, nec alia Divina Officia in Choro peragi, præter Miſſarum ſolemnia, ac Veſperas feſtis tantum diebus, & Completorium Quadrageſimæ tempore; Et tertio tandem, quia Parochialis Eccleſia Pontiani ſubiecta ſit alteri Eccleſiæ S. Andreæ in Flumine, quæ vere Abbatialis eſt, atque hæc itidem, utpote unita Monaſterio SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias eidem Monaſterio ſubdatur.

Porro ad hujus quæſtionis reſolutionem quod attinet, illud in jure notan-

notandum occurrit, quod, etsi, mortuo Prælato, ejus jurisdictionem ad solum Cathedralis Ecclesiæ Capitulum transire per SacrosCanones expressũ inveniatur per *text.* scilicet *in cap. cũ olim de major. & obed.*, communius tamen ab juris Authoribus traditum est, eamdem jurisdictionem, mortuo Abbate, vel alio Prælato, cui jurisdictio quasi Episcopalis competat cum Territorio separato, ad Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, cujus erat ille Prælatus, devolvi, quasi nulla discriminis ratio inter Capitula ejusmodi, & alia Cathedralium Ecclesiarum queat in hac re allegari, adeoque Vicarium Capitularem ab hisce Collegiatis Ecclesiis eligi posse, probant *Fagnan. in cap. hisque* 11. *de majorit. & obed. num.* 39. *ad* 48. *usque ad finem. Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 54. *num.* 3. *Pellegrin. in Praxi Vicar. par.* 1. *sect.* 4. *&* 5. *n.* 3. & dixit Rotæ Auditorium *in decis.* 346. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* Cæterum huic sententiæ non omnino adhæsisse videtur Sac. Congr., juxta declarationem, quam refert *Cardinalis Bellarminius in Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 16. *de Reformat.* in hæc verba -- *Item hoc caput* (quo præscribitur, ut a Capitulo Sede vacante Vicarius infra octo dies post mortem Episcopi constituatur, vel existens confirmetur) *non loquitur de Collegiata, defuncto Prælato, qui habet jus Episcopale.*

Ast ubi præfata opinio, quod jus eligendi Vicarium Capitularem pertineat ad Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ, cujus Prælato competit Jurisdictio quasi Episcopalis cum Territorio separato, magis arrideat, adhuc discipiendum est in hypothesi, num locum di sibi vindicat in iis Collegiatis Ecclesis, quæ ab altera Ecclesia Matrice, & Abbatiali dependeat, qualis esse videatur Ecclesia Collegiata Pontiani (si tamen ea veræ Collegialitatis jure potiri dicenda sit.)

Archipresbyter, aliique Canonici nihil hactenus, quo jura sua tueri intendant, attulere. Vestrum itaque erit, EE. PP., deliberare.

I. *An vacante Sede Abbatiali Ecclesiæ S. Andreæ in Flumine liceat Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Pontiani eligere Vicarium Capitularem*, & quatenus affirmative.

II. *An electio ab eisdem Archipresbytero, & Canonicis facta in personam Canonici Benedicti Mancini sustineatur*, & quatenus negative.

III. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Dilata ad primam post Reges.

INDEX

CONCLUSIONUM, AC RESOLUTIONUM

Quæ in Foliis Anni 1741. *fuerunt adnotatæ.*

A

ABbate defuncto, qui habet jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, jurisdictio devolvitur ad capitulum Ecclesiæ Collegiatæ cum facultate proinde eligendi Vicarium Capitularem ex comuni DD. traditione, *pag.*192. §. *Porro in fin.* ubi tamen in fine videsis declarationem S.Congr.relatam a Card. Bellarmino.

Absolutus ab homicidio cum fidejussione de se repræsentando etiam novis, & non novis incurrit in infamiam, ac subinde irregularitatem, impedientem assecutionem beneficiorum, donec impicta macula diluatur, *p.*47. §. *E diverso*.

Abbas quoties literas parentes pro aliquo Concionatore conficit debet in illis subscribere verba nominamus, & præsentamus, §. *Hinc pag.*11.

B

APpellatio indeterminatà beneficiorum, diœcesis, vel in diœcesi existentium attingit etiam beneficia exempta, *p.*176. §. *Ex triplici*.

Beneficiorum exemptio non valide opponitur contra indultum concessum Episcopo, ut pro dissolvendo ære alieno exigat certam ratam fructuum ab omnibus beneficiis diœcesis, *cit.* §. *Ex triplici*.

Beneficia omnia tum Episcopo subjecta, tum etiam ab ejus ordinaria jurisdictione immunia tenentur contribuere pro reparatione Ecclesiæ Cathedralis, *citat.* §. *Ex triplici pag.*176.

Beneficia,ac alia munera Ecclesiastica exigentia in proviso Doctoratum, sive Licentiaturam non rite conferuntur nisi graduatis in publica universitate, *pag.*168. §. *Binæ sunt causæ*.

Sub nomine tamen graduati veniunt pariter qui inter Baccalaureos fuerunt cooptati, *p.*168. §. *Binæ sunt causæ*.

Beneficii unionem præsertim subjectivam excludunt signa de quibus, *pag.*138. & *seq.* §. *Universitas*.

Beneficiatus acquirit patronatum super Ecclesia quæ in solo beneficii fuit erecta, etiam ad effectum nominandi, ac deputandi ejus custodem, aut Ministrum independenter ab Episcopo, *p.*176. §. *Quod vero*.

Beneficii residentialis coadjutor stando in puris terminis juris communis sicut legitimus ejusdem possessor acquirit domicilium in loco statim,ac incipit residere, & fit subditus Episcopo ratione domicilii *pag.*83.

Baptismales fontes nequeunt retineri intra fines ejusdem Paræciæ, *p.*104. §. *Verum tamen*.

C

CAnonicus legitimo impedimento detentus nequit compelli ad persolvenda divina officia in choro nec habendus est pro contumaci si citatus coram Judice non compareat, *pag.*7. §. *Injustitia*.

Canonicus,qui monitus per triennium abfuit, privari valet præbenda, etiamsi fuerit ordinatus ad ejus titulum: dummodo præcesserit priori anno privatio medietatis fructuum, & secundo fructuum omnium, *pag.*17. §. *Itaque*.

Qua graduali forma non servatà privatio Canonicatus est nulla, non suffragante absentia plurium annorum, §. *cit. Hinc itaque*.

Declara nisi fructus consistant in solis distributionibus,in quibus terminis etiam,non servatis enunciatarum pœnarum gradibus licet Episcopo procedere ad privationem post elapsum triennium,quo abnuit redire,prævia legitima ejusdem Canonici citatione, *pag.*9. §. *At regulæ*.

An Canonici Ecclesiæ Collegiatæ, ex immemorabili consuetudine, aut ob tenuitatem fructuum solvantur ab onere residentiæ, vide §. *Quæstionem pag.*43.

Si Capitulum obstet erectioni Canonicatus per Testatorem demandatæ, an queat fundari beneficium simplex,aut Cappellania absque residentia,& quomodo providendum,late in *Ruremunden. erectionis Canonicatus, seu Beneficii, pag.*93. & *pag.*100.

Canonici,aliiq; residentiales Clerici si absint ex causa studii in publicis universitatibus fruuntur amplissimis privilegiis quoad

participationem fructuum, *pag.* 161. §. *Petitionem*.

Canonici tam primæ, quam ultetioris erectionis tenentur celebrare Missam Conventualem, eamque applicare pro benefactoribus post habita contraria immemorabili consuetudine, *p.*153. §. *At adversus*.

Cappellania an sit ecclesiastica, vel laicalis, ut possit retineri in statu conjugali, & an aliquando ex indulto retineatur a seculari, titulo laicalis administrationis cum facultate percipiendi fructus, & cum onere satisfaciendi celebrationi Missarum per alios late, *in pag.* 126. *& seq.* §. *De quæstione*.

Canonicus qui tamquam Parochus debet eadem die celebrare pro populo, aut alio juxta legem injunctam in erectione super Præbenda non eximitur ab onere celebrandi Missam Conventualem eamque pro benefactoribus applicare, *pag.* 115. §. *At adversus*.

Concionator tenetur ultra benedictionem recipere ab Episcopo literas deputationis, in quibus fiat mentio nominationis, seu præsentationis Abbatis, *pag.* 11. §. *Hinc itaque*.

Commendatarius, & alii ministri habentes tria requisita non subponuntur inquisitioni Episcopi, *p.* 29. §. *Prodiit autem*.

Cognitio status liberi eorum qui matrimonia contrahunt, & literas eis dare præter quam quoad bona Religionis spectat ad Episcopum, *p.* 29. §. *Prodiit autem*.

Coadjutoria non est ecclesiasticum beneficiū; itaut coadjutor vocetur beneficiarius fictus nec juvetur professione facta vivente coadjuto nisi post ejus obitum renovetur *pag.* 81. §. *Alterum*.

Clericus reus alicujus mortis suppositus non potest beneficia obtinere nisi prius ab impacto homicidii crimine purgetur, §. *E diverso pag.* 28.

D

Decretum quodlibet ab inferiore judice postea latum irritum manet, *pag.* 7. §. *Sane*.

Dimidiæ partis distributionis amissio inflicta Canonico non promoto intra annum ad sacrum ordinem annexum præbendæ non intrat concurrente legitimo impedimento ætatis, aut alia justa causa *p.* 88. §. *Contra vero*.

An distributiones, & fructus lucretur Canonicus dispensatus super defecta ætatis, ut obtineat Canonicatum habentem adjunctum ordinem sacrum quamvis statutum Ecclesiæ contrarium decernat lege, *pag.* 103. §. *Iuris*.

E

Eleemosyna pro Missis celebrandis persolvi debet juxta morem cujusque Civitatis, vel ad rationem manualis, *p.* 5. §. *Duo sunt in fin.*

Episcopus potest cogere Parochos ceteroſque beneficiatos ad solvendum sibi cathedraticum in summa a Concilio Romano præscripta, *pag.* 5. *in causa S. Severini in princ.*

Episcopus jura Episcopalia in Ecclesiis, seu Cappellis Monachorum debet habere, *pag.* 6. §. *Secundum circa medium*.

Exemptio a solutione Cathedratici nisi expresse declaretur numquam Apostolicis Constitutionibus, & privilegiis impertita censetur, *pag.* 7. §. *Tertium in fine*.

Examinatorum onus est explorare non tantum scientiam unius cujusque ex concurrentibus, verum etiam mores, ætatem prudentiam, ceteraque, & juxta probatum ejusdem prærogativarum concursum quemlibet dignum, & idoneum renunciare, §. *Prior in fin. pag.* 66.

Emolumenta stolæ denotant Parochialem jurisdictionem, ideoque soli Parocho non autem simplici coadjutori congruunt, *pag.* 104. §. *Verumtamen in fine*.

Examinatorum synodalium munus est renunciare quot ex concurrentibus reperti fuerint idonei, non autem quis eorum sit dignior, cum id Episcopo reservetur, §. *Porro pag* 107.

Ecclesia ad effectum exemptionis ab ordinaria Episcopi Jurisdictione vigore privilegii Lateranensis Basilicæ, debet esse fundata in solo vere Jure Dominii spectante ad dictam Basilicam ante fundationem, *pag.* 71. §. *Privilegium*.

Ex quo in Ecclesia aliquando constituatur certus numerus Clericorum participantium de ipsius proventibus, non eo ipso inducitur qualitas Ecclesiæ numeratæ, nisi una simul caveatur non esse recipiendos alios supra numerum, *p.* 125. §. *Contra vero*.

In Ecclesia non numerata Jus participandi fructus non est beneficium, nec proinde opus est approbatione, sive confirmatione Episcopi, ut quis ad participationem admittatur, *ibid.*

Ecclesiæ Collegialitas ex quibus argumentis excludatur, *p.* 191. *&* 192. §. *Primo*.

Ætas filii potest demonstrari, saltem in linea non levis præsumptionis, & adminiculative ex testimonio parentum, *pag.* 175. §. *Ad causæ decisionem*.

Regulariter enim ad probandam ætatem admittuntur familiares, & consanguinei §. *citat.*

H

Hæres, vel administrator non potest assignare alicui ad libitum stipendium pro missis celebrandis, quando commodius ab aliis Sacerdotibus, & sine ulla diminutione ad mentem testatoris hæc celebratio fiat, *pag.4. §. Num autem in princip.*

I

Irregularis est inquisitus de homicidio, qui fuit dimissus cum fidejussione se repræsentandi novis, ac non novis supervenientibus indiciis, *pag.47. §. E diverso.*

Irregulares item sunt laborantes morbo Epilectico, *pag.165. §. Ceterum in fine.*

Indultum jubilationis elargitur Sac. Cong. ex solo motivo servitii laudabiliter præstiti per 40. annos continuos nulla habita ratione longevæ ætati, aut habituali morbo, *pag.70. §. Super.*

M

AD Matrimonii validitatem requiritur præsentia non physica, aut materialis, sed moralis parochi, testiumque, *§. Patronus pag.53.*

Matrimonialis consensus rite præstatur per nutus, & signa, *cit. §. Patronus in fine.*

Missarum eleemosyna taxari potest ad rationem perpetuæ si testator fundavit beneficium, seu cappellaniam cum certo missarum numero, *pag.3. §. Duo sunt.*

Declara facta per beneficiatum, sive Cappellanum obligatione non petendi impositerum missarum reductionem, *ibidem.*

Limita si testator indixit celebrationem to. Missarum ad mensuram redditurum in hunc finem relictorum quia tunc eleemosyna taxatur ad rationem manualis, *cit. §. Duo sunt in fine.*

Pro eleemosyna Missæ quotidianæ, ante acceptationem fas est petere reductionem habita ratione eleemosynæ perpetuæ *pag.179. §. Iria itaque.*

Amplia etiam post acceptationem si redditus adeo decreverint, ut desit eleemosyna manualis tunc enim ex stylo Sac. Congfit reductio, sed ad rationem eleemosynæ manualis tantum *pag. 179. cit. §. Iria itaque circa med.*

Missarum reductio nisi aliter suadeat voluntas Testatoris cavenda est in reductione piorum onerum, cum regula sit alia potius pietatis opera reducenda esse, quam illud missarum, *ibidem in fine.*

Missarum oneris translatio ab Ecclesia destinata caute, & circumspecte fieri debet, *pag 4. §. Alterum in fine.*

Non designata Ecclesia ubi debeat celebrari, censeatur a Fundatore volita suffragatio in Ecclesia tumulantis citato, *§. Alterum in princip.*

Monasteria, Ecclesiæ, & beneficia quæcumque regularia si Presbyteris sæcularibus in commendam conceduntur a solutione cathedratici immunia, *pag.6. §. Porro.*

O

ORdines conferre nequit Episcopus Clerico extero ex quo sit coadjutor in beneficio residentiali existente in sua Diœcesi attenta constitutione Innocentii XII. incipien. Speculatores, quæ dispont non fieri quem subditum Episcopo ratione beneficii, nisi sit sufficiens cum pacifica possessione *pag.82. §. Et quamvis.*

Amplia licet percipiat a coadjuto annuam pensionem *§. Succedit pag.91.* quia annua pensio non est beneficium, *ibidem in princip.*

At autem acquirat subjectionem ex capite domicilii, inspecta laudata Constitutione Speculatores præscribente certas qualitates, ut quis dicatur domiciliatus in hunc finem recipiendi ordines non suo originis Episcopo, *vide pag. 84. §. De quæstione, & pag. ibidem §. Quoniam pag. 180. §. at contra, & pag.181. §. Accedit præterea.*

P

PArochus tum in Ecclesia Parochiali, tum etiam in toto Paraciæ districtu jus habet privativum quæritandi eleemosynas, easque sicut, & oblationes administrandi & erogandi in usus solitos a fidelium pietate, *§ Duo potissimum p 51.*

Parochus potest cæteris omnibus prohibere ne in sua Parochiali Ecclesia, vel illius districtu eleemosynas quærirent *§. Duo potissimum pag 51.*

Et bene inhibet quominus id faciant religiosi, signanter minores observantes, quibus prohibetur quæstuatio eleemosynæ pecuniariæ, & etiam retentio capsulæ in eorum Ecclesiis sub quocumque colore, *pag.51. & seq. §. Alterum.*

Patronus laicus ad differentiam patronorum Ecclesiasticorum non obstringuntur digniores, & magis idoneos ad aliquam dignitatem consequendam præsentare *§. Hæc autem pag.57.*

Præsentatus a Patrono laico ad beneficium Parrochiale dummodo sit idoneus debet institui quamvis non sit de magis idoneis *pag.57. §. Hæc autem.*

Amplia etiamsi in Synodali constitutione, aut alio statuto arceantur a Parochiali, qui non sunt digniores *p.56. §. Triplici circo med. & p.58. §. Præter hic.*

Præsentatum à patrono laico quem prævio examine Episcopus idoneum non reperierit potest reiicere §. *Hæc autem circa princ. pag.* 57.

Præsentatus ad beneficium sub lege simoniaca nullum jus acquirit in beneficio, *pag.*78. §. *Duplici*.

Si ante institutionem enormiter peccet in patronum potest repelli, & alius præsentari, *pag.*78. *cit.* §. *Duplici in fin.*

R

REgulares solvunt cathedraticum, & procurationem pro beneficiis plano licet jure unitis eorum Monasteriis, *pag.*6. §. *Secundum est*.

Regulares nequeunt conservatores deputare cum facultate jus dicendi extra fines Diœcesis etiam per unicam tantum dietá absentes a loco ubi residet conservator, *pag.*86. §. *Bonifacius in fine, & §. Cum itaque*.

Regulares signanter profitentes Institutum S. Antonii Viennensis non possunt quæstuare quoties non habeant in Diœcesi hospitale cum actuali hospitalitate, & præterea licentiam ab Ordinario in hunc finem obtentam, *pag.* 143. §. *Iuxta hanc*.

Religiosa professio irritatur si subsequatur ad annum novitiatus expleti cum inter media fuga a Monasterio, cum demissione habitus, & animo non redeundi, *p.*148. *& seq.* §. *De fuga*.

Rectores Ecclesiarum aliosque ipsarum redditibus fruentes debent ad illarum reparationem, aut indigentias quartam emolumentorum partem assignare, quatenus desint redditus in hunc finem destinati, adeout nolentes compelli valeant per substractionem fructuum, §. *Iura p.*28.

Rector beneficii in cujus fundo Ecclesia erigitur patronatum super ea ita acquirit, ut ipsius custodem, vel alium ministrum possit libere, & independenter ab Episcopo nominare, ac deputare, §. *Quod vero pag.*116.

T

TRanslatio beneficii ad Parochialem Ecclesiam censeri non debet absolute, & perpetuo facta, sed conditionate, & ad tempus donec scilicet antiqua Ecclesia restauretur, & nova Ecclesia in locum antiquæ ita succedit, ut jura omnia, quæ ad Ecclesiam veterem antea pertinebant eidem competant, ut in *pag.*116. §. *Duplici*.

V

UNionem præsertim subjectivam Beneficii excludunt quod beneficium habitum fuit pro vacante per obitum possessoris, quod fuerit provisum in titulum tamquam vacans, & denique ex quo ejus fructus omnes percepti fuerint a persona subeunte ejusdem onera, *pag.*138. §. *Universitas*.

Vocem in Capitulo nullus Cathedralis, sive Collegiatæ Ecclesiæ Canonicus habet nisi saltem in Subdiaconatus ordine sit constitutus, §. *Vulgata pag.*87.

IN-

INDEX RESOLUTIONUM,

Quæ prodierunt Anno 1741.

A

ABbas Ecclesiæ Collegiatæ absens a Choro nequit substinere Presbyterum sibi benevisum ad exercenda jura præeminentialia eidem competentia; sed illa devolvuntur ad Capitularem Presbyterum Decanum, & respective ad Presbyterum Capitularem in ordine antiquiorem Sac. Congreg. in una *Nullius Putignani 6. Maii ad I. Dub. pag.62.*

Abbas Collegiatæ prohibetur concedere Presbyteris Capitularibus, aliisque de Clero Ecclesiæ licentiam discedendi e Choro absque legitima causa, & ad longum tempus, *ibid. ad III. dub.*

Abbas Ecclesiæ habentis annexam in temporalibus Ecclesiam Parochialem tenetur erogare ratam fructuum in restaurationem d. Parochialis, nec proinde valet reclamare a decreto Episcopi super sequestratione quartæ partis fructuum in hunc finem emanato, Sacra Congr. in *Bossanen. reparationis Ecclesiæ Parochialis 11. Martii ad I. dub. pag.32.*

Amplia quoad subministrationem suppellectilium, aliarumque rerum, quæ sunt necessariæ ad exercitium curæ in Ecclesia Parochiali unita, uti censuit in *Larinen. 15. Apr. ad III. dub. p.45.*

Appellatio ab irrationabili judicio Episcopi qui præelegit ad Parochialem Ecclesiam approbatum ab excommunicatoribus, & ulterius præstantiorem ætate, moribusq; non substinetur, quamvis alter ex competitoribus fuerit approbatus cum adjecto magis, *in Nullius, seu Sublacen. Concursus 22. Iulii pag.106.*

B

BEneficium simplex translatum a veteri diruta Ecclesia nequit reportari per Beneficiatum in Ecclesiam reædificatam eodem quamvis in loco, *in Tudertina Beneficii 12. Aug. ad I. dub. pag.116.*

Beneficiatus non valet impugnare Episcopo jus deputandi custodem Ecclesiæ erectæ in solo Beneficii, ubi sita erat alia collapsa Ecclesia, *ibid. ad II. dub.*

C

CAnonicus absens a Choro, ut subeat gratuitum onus pulsandi organum, vel ut ex deputatione audiat confessiones in Ecclesia, non amittit distributiones, in *Nullius Putignani 6. Maii ad IV. dub. pag.62.*

Canonicatus privatio ob triennalem absentiam, non præmissa graduali pœna statuta a Tridentino, est nulla, in *Castri Maris privationis Canonicatus 25. Febr. ad I. dub. pag.14.*

Canonicus excutere nequit legem residentiæ juxta tenorem statutorum Capituli, sub obtentu contrariæ consuetudinis, & tenuitatis redditiuum, in *Moguntina residentiæ 15. Apr. ad I. dub. p.46.*

Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ in Cosmedin non initiati ordine sacro intersunt Capitulo, sed carent voce, Sac. Congr. *in Romana vocis in Capitulo 22. Iulii pag.100.*

Canonicus provisus cum dispensatione super defectu ætatis non subditur statuto Ecclesiæ sancienti ampliorem fructuum contra Canonicum non promotum ad ordinem sacrum, sed illos consequitur a die captæ possessionis, uti rescripsit S. C. in *Romana fructuum Canonicatus 22. Julii ad I. dub. pag.100.*

Capitulum potest quotannis eligere expunctatores, sive appunctatores dummodo electi sint de gremio, in *Nullius Putignani 6. Maii pag.62.*

Cappellania de jurepatronatus laicali, in qua nominati obtinuerant institutionem ut ordinario, reputata fuit Ecclesiastica, quamvis Testator in sua pia dispositione nullum verbum protulisset innuens qualitatem Beneficii Ecclesiastici, nec interventum auctoritatis Episcopi in fundatione, in una *Nullius Farfen. Cappellaniæ 12. Augusti ad I. Dub. pag.113.*

Cappellaniæ Ecclesiasticæ retentionem titulo laicalis administrationis, petitam a vocato in patronatu passivo, usquedum aliquis ex vocatis existeret capax illam retinendi in titulum, non esse concedendam, respondit S.C. *ibid. ad II. dub.*

Cappellanus oneratus celebratione unius Missæ qualibet die alterius hebdomadæ, & una simul dispensatus ab onere celebrādi dummodo solveret scuta 10. Monasterio cui-

cuidam, cujus Ecclesiæ Testator affixerat celebrationem; teſcriptum fuit, quod non liberaretur ab onere Missarum per ſolutionem ſcutorum decem tantum, ſed teneretur ad ſummam correſpondentem ſtipendio Miſſarum celebrandarum qualibet die alterius hebdomadæ ad rationem eleemoſynæ manualis, *in Piſtorien. Celebrationis Miſſarum* 23. *Septembris ad I. Dub. pag.* 145.

Cathedraticum exigit Epiſcopus etiam ab Eccleſiis fundatis in ſolo Lateranenſi; potiſſimum ſi ante fundationem ſolum non erat de dominio d. Baſilicæ, *in Macerat. Cathedratici, & Procurationis* 10. *Junii pag.* 17.

Cathedraticum conceſſum Epiſcopo S. Severini quoad Clerum Abbatialem S. Laurentii in Doliolo ſub annum 1738. deberi iterum ſtatuit Sac. Cong. *in S. Severini Cathedratici* 10. *Junii pag.* 65.

Cenſura lata in Canonicum non intereſſentem Sacris Functionibus, ac Divinis Officiis in certa ſolemnitate, declarata fuit nulla *in Cortonen. Cenſurarum* 28. *Januarii pag.* 13.

Cenſuræ latæ ob illegitimam alienationem bonorum Eccleſiæ fuerunt circumſcriptæ, injuncto, ut ordinarius procederet ex integro prout de jure, *in Ugentina, ſeu Hydruntina* 15. *Aprilis pag.* 45.

Concionatorem deputandum eſſe ab Abbate S. Euthitii per literas Patentes conceptas ſub formula verborum, *nominamus, & præſentamus*; Concionatorem vero teneri, ultra benedictionem: recipere ab Epiſcopo literas deputationis, in quibus fiat mentio nominationis, ſive præſentationis Abbatis, reſpondit Sac. Cong. 28. *Januarii ad I. Dub. pag.* 11.

Confraternitates, aliaque loca pia nequeunt acceptare legata, aliaque pia relicta ſub perpetuo onere Miſſarum, anniverſariorum, & ſimilium abſque licentia ordinarii, *in Celſonen.* 22. *Julii ad I. Dub. pag* 108.

Amplia, requiri licentiam Epiſcopi in caſu inveſtimenti pecuniarum provenientium ex retrovenditione Cenſuum, *ibid. ad II. Dub.*

Declara, licentiam eſſe concedendam intra congruum terminum, & gratis, ac ſine ullo emolumento tum ſcripturæ, tum etiam laboris Cancellarii *ad III. Dub. d. pag.* 108.

D

Diſpenſationem ab Irregularitate ob homicidium, de quo ex variis indiciis redarguebatur quidam Sacerdos, negavit Sac. Cong. *in Biſacciarum Irregularitatis* 10. *Junii ad II. Dub. pag.* 75.

Diſpenſationem ad cauthelam ab irregularitate impicta Sacerdoti ob mortem caſu ſequutam ex ejus percuſſione, quæ an fuerit cauſa mortis non rite conſtabat, conceſſit Sac. Cong. *in Imolen. irregularitatis* 28. *Ianuarii pag.* 12.

Pro diſpenſatione Matrimonii tanquam rati, & non conſummati conſulendum Sanctiſſimo cenſuit Sac. Congr. *in Hiſpalen. Diſpenſationis* 9. *Septembris pag.* 130., *& Januen. Matrimonii* 14. *Ianuarii ad II. Dub. pag.* 1.

E

Ecclesia receptitia obſtringitur recipere in ſui conſortium Clericum pollentem neceſſariis prærogativis, tum quoad locum tum etiam quoad conſecutionem fructuum a die legitimæ petitionis, Sac. Cong. *in Iuvenacen. admiſſionis ad conſortium* 11. *Martii ad I. & II. Dub. pag.* 32.

Eleemoſyna pro Miſſa quotidiana expetita in obulis viginti, & ita ad rationem perpetuæ denegata fuit *in Ariminen.* 28. *Ianuarii pag.* 13.

Eleemoſynam cujuſdam numeri Miſſarum non eſſe commutandam in beneficium pii Collegii erigendi, reſpondit Sac. Cong. *in Meſſanen. commutationis voluntatis* 18. *Novembris pag.* 157.

Eccleſiæ Parochialis diſmembratio fuit declarata nulla a Sac. Cong. *in Caſianen. diſmembrationis* 22. *Iulii ad I. Dub. pag.* 103.

Sed fuit admiſſa deputatio Sacerdotis in Eccleſia commodiore, cum omnimoda tamen dependentia a Parocho principali, & ſine jure retinendi ibidem fontem Baptiſmalem, aut lucrandi emolumenta ſtolæ, *ibid. ad II. Dub.*

Eccleſia receptitia S. Mariæ Majoris Montis Niſii in electione Clericorum participantium indiget Epiſcopi confirmatione, Sac. Cong. *in Termularum* 17. *Auguſti ad I. Dub. pag.* 124.

Epiſcopi prælectio ad Canonicatum Pœnitentiarium facta in perſona alterius ex concurrentibus, cujus minores erant prærogativæ, excluſo competitore præſtantiore, fuit rejecta a Sac. Congr. *in Viterbien. concurſus* 15. *Aprilis pag.* 46. *& pag.* 65.

Epiſcopus pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis, quoties concurrant requiſita Concilii Romani in decreto deſuper edito, exigit mediam annatam a Beneficiis quoque juriſpatronatus laicalis *in Æſina mediæ Annatæ* 22. *Iulii pag.* 100. *&* 126.

Epiſcopo Guardienſi competere juriſdictionem ordinariam quoad populum, & Clerum in commenda, ſeu oppido Aquavivæ, & Parochiali Eccleſia S. Mariæ Eſter, exceptis habentibus tria requiſita; quoad Eccleſiam vero competere delegatam

tàm tantum, reſcripſit Sac. Congr. *in Gaurdien. 25. Februarii pag.* 14.

Examinatores Synodales in concurſu ad Parochialem renunciantes alterum ex concurrentibus idoneum ſcientiam tantum, non habita menſione aliarum qualitatum, quas inquirì voluit Tridentinum, nullíter agunt, & deveniendum eſſe ad novum examen reſpondit Sac. Congr. *in Caputaquen. concurſus 10. Junii p.66.*

I

INdultum Jubilationis denegatur Canonico qui non docet de aſſiduo laudabiliter perfecto ſervitio quadraginta annorum, etiam ſi laboret habituali infirmitate, aut ſi provectæ ætatis, *in Lauretana Indulti 10. Junii ad primum Dub. pag.* 73.

Indultum recipiendi mediam annatam ex Beneficiis Diœceſis pro indigentiis, ac reparatione Eccleſiæ Cathedralis comprehendiſſe ſimiliter Beneficia exempta intra Diœceſim declaravit Sac. Congr. *in Cel. ſonen. Exactionis mediæ annatæ 16. Decembris pag.*182.

L

LEgatum relictum pro Sacris Miſſionibus, piiſque Exercitationibus publicis enixe volitis a diſponente, ità ſitmum, immotumque voluit Sac. Congr., ut reſcripſerit non eſſe conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione, ſive applicatione in pium opus Spiritualium Exercitationum obeundarum a Clericis initiandis, *in una Lucana 15. Apr. p.*48.

Legata cum perpetuo onere Miſſarum quomodo acceptari debeant a Confraternitatibus, aliiſque locis piis, *vide in verbo Confraternitas.*

M

MAtrimonium, in quo Parochus ſubdole accerſitus, audivit conſenſum ſponſæ non autem ſponſi; quem cæteroquin conſentiſſe in eodem actu, depoſuerunt plures ibidem præſentes Teſtes, validum declaravit Sac. Congreg. *in Neapolitana Matrimonii 6. Maii pag.*59.

Matrimonium initum in hiſce circumſtantiis, quod Parochus, & teſtes perceperint conſenſum partium, non ex verbis, ſed ex ſignis, & actibus antecedentibus concomitantibus, & ſubſequentibus ad Matrimonialem contractum, ſubſiſtere cenſuit S. Congr. *in Neapolitana Matrimonii 6. Maii pag.*55.

Matrimonium ſine verbis prolativis conſenſus, & ſine ullis ſignis conteſtantibus conſenſum præſtitum, eſt nullum, *in Valentina Matrimonii 28. Januarii pag.*12.

Matrimonio exiſtente rato, & non conſummato, quomodo conſulatur a Sac. Congr. *vide in verbo Diſpenſatio.*

Miſſarum celebrationem injunctam a Teſtatore cum declaratione, quod celebrarentur ad menſuram pretii retraendi ex bonis in hunc finem relictis, poſſe commutari in erectionem Cappellaniæ reſcripſit Sac. Congr. *in Regien. Cappellaniæ 23. Septembris pag.*154.

Miſſarum eleemoſynam applicari vetuit in erectionem pii cujuſdam Collegii Sac. Congr. *in Meſſanen. Commutationis voluntatis 18. Novembris pag.*157.; Cætera quoad eleemoſynam Miſſarum require ſub verbo *Eleemoſyna.*

Miſſarum onus ſubeundum in deſignata Eccleſia non eſſe alio transferendum reſpondit S. Congr. in dicta *Meſſanen. ibid.*

Miſſam Conventualē in Collegiata celebrandam eſſe pro benefactoribus, per contributionem Canonicorum, tam primæ, quam ſecundæ erectionis, reſcripſit Sac. Congr. in *Senogallien. Miſſæ Conventualis 16. Dec. ad I. Dub. p.*183.

Miſſarum celebratio impoſita religioſo nominando per fratres Servitas Cęſenæ in ſequelam diſpoſitionis Vercellini de Vercellinis, committi debet Religioſo qui ſit una ſimul Civis Cæſenæ, & Filius Conventus prælative ad alterum, qui ſit tamen Filius Conventus, S. Congregat. in *Cæſenaten. Cappellaniæ 11. Martii ad I. Dub. pag.*31.

Miſſarum tamen adimplementum non ità neceſſario inhæret perſonæ nominati Religioſi, ut debeat durare ad ejus vitam, etiamſi in Conventu nullos degat habens utramque qualitatem civilitatis, & filiationis, *ibid. ad II. Dub.*

N

NOminatio ad ſubſidia dotalia non debet neceſſe coarctari ad puellas Concives Teſtatoris, quoties aliter non ſuadeat ejuſdem voluntas, S. Cong. in *Recanaten. ſubſidiorum Dotalium 2. Decembr. pag.*173.

Nominatio ad legatum relictum cum onere, ut nominatus poſt quatuor menſes ſe transferret ad Seminarium Sublacenſe, ſive ad urbem cauſa ſtudii, rejecta fuit quia expleta favore pueri trium annorum in excluſionem Juvenis adulti vacantis actu ſtudiis in Urbe: ac eidem proinde fuit adjudicatum legatum a Sacra Congr. in *Nullius, ſeu Sublacen. 15. Aprilis pag.*46.

O

ORdines conferri poſſe Clerico extero, qui ſit Coadjutor Beneficii reſidentialis in Diœceſi cum futura ſucceſſione, ſi ha-

habeat congruam a coadjuto, vel aliunde; eo quia fuit subditus Episcopo loci residentiæ etiam post Const. Speculatores Innoc. XII. rescripsit S. Congr. in *Terraconen. Ordinationis* 1. *Iulii pag.* 80. Verum reproposita causa distulit resolutionem, 16. *Dec. pag.* 180.

P

Patronus instetit, ut declararetur competere sibi facultatem resiliendi a prima præsentatione, utpote Simoniaca, & responsum fuit pro remissione instantiæ ad Episcopum prout de jure, in una *Salutiarum Beneficii* 1. *Iulii pag.* 78.

Præsentatus a Patrono laico ad Beneficium Curatum, dummodo reperiatur idoneus, nequit reiici ex quo non habet prærogativas statutas in Synodalibus Constitutionibus, in *Olomucen. Parochialis* 6. *Maii pag.* 56.

Q

Quæstuare non licet Religiosis S. Antonii Viennensis in Diœcesi, ubi non habent Hospitale cum actuali hospitalitate, in *Spoletana Juris Quæstandi* 23. *Septembris ad I. Dub. pag.* 145.

Amplia demandatam fuisse restitutionem eleemosynarum aliarumque oblationum receptarum post inhibitionem factam ab Episcopo ne quæstuarent, *ibidem ad III. Dub.*

Quæstuationem eleemosynarum, ac oblationum etiam in pecunia pro defunctis cum retentione Disci in Ecclesia Parochiali attentari non posse a Minoribus de Observantia, respondit Sac. Congregat. in *Pampilonen. Juris Quæstuandi* 6. *Maii ad I. Dub. p.* 53.

R

Restitutionem in integrum obtinuit Religiosus, qui professionem emisit post annum probationis interrumptum ex fuga cum dimissione habitus, & animo non redeundi, & reductus ad Monasterium vi, ac minis perdurantibus usque ad actum professionis, S. Cong. *in Pennen. Restitutionis in integrum* 23. *Sept. p.* 147.

Restitutio in integrum denegata fuit religioso professo apud PP. Minores Conventuales, quam implorabat eo nomine, quod pluries ante ingressum in religionem correptus fuerat morbo epileptico, qua infirmitate laborantes recipi vetant Constitutiones dicti Ordinis, in una *Neapolitana restitutionis in integrum* 18. *Nov. pag.* 163.

S

Staturo Ecclesiæ præscribenti Doctoratū, non fuisse satisfactum per Baccalaureatum obtentum in Collegio PP. Ord inis Prædicatorum declaravit S. Congr. *in Brunduſina Participationis* 2. *Decembris pag.* 173.

Seminarium Tyburtinum tenetur alere tot Alumnos Vicovarienses, quot patiuntur redditus in hunc finem destinati, habita ratione taxæ ordinariæ Seminarii, Sac. Cong. *in Tyburtina Locorum Seminarii* 25. *Februarii pag.* 17.

Seminarium obstrictum ex pia Testatoris voluntate alere aliquot Alumnos ex diversis designatis locis, si contingat non reperiri Juvenem aptum in uno loco, tenetur recipere plures ex eodem Sac. Cong. *in Pennen. seu Feretrana Legati* 10. *Iunii pag.* 65.

T

Testatoris piam voluntatem pro celebratione perpetua Missarum non esse suspendendam, ut ex fructibus erogandis in dictam celebrationem alerentur Consanguinei Testatoris extreme indigentes, respondit Sac. Con. *in Romana Commutationis voluntatis* 1. *Iulii pag.* 79.

Testatoris voluntas pro erectione Canonicatus non commutatur in fundationem Beneficii simplicis, quamvis Capitulum non consentiat erectioni Canonicatus, Congr. *in Ruremunden. Erectionis Canonicatus, seu Beneficii* 22. *Iulii p.* 100.

V

Universitatis Avenionensis privilegium super Conservatoria quoad exercentes munera Universitatis, non comprehendit illos, qui gradum susceperunt in Universitate, & causas patrocinantur in Civitate juxta resolutionem editam a Sac. Cong. 12. Augusti 1679. confirmatam, *in Avenionen. Jurisdictionis* 11. *Martii ad I. Dub. pag.* 32.

Amplia non comprehendere Doctores dicta Collegio aggregatos non obeuntes munus aliquod particulare, ac necessarium Universitatis, *ibid. ad III. Dub. pa.* 40.

Declara præfatam Conservatoriam prodesse tantum Reis, & in causis dumtaxat civilibus, ita tamen non prohibeatur prorogatio jurisdictionis aliorum Judicum de partium consensu, *ibid. ad IV. Dub.*

Voluntatis Defunctorum commutatio, *vide in verbo Testatoris voluntas.*

Utensilia solvi debent etiam a Canonicis pro oneribus Missarum sibi incumbentibus alio titulo, quam ratione Canonicatus, non obstante contraria consuetudine, *in Camerinen. utensilium* 9. *Novembris ad I. Dub.*

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum Patrum
Decreta, aliasque Canonici
Juris Sanctiones,

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREGATIONIS

OBEUNTE

R.MO P. D. CAVALCHINO

Archiepiscopo Philippensi

PRODIERUNT

In Causis sub Annum 1742. propositis,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis
in Ecclesiastico foro versantibus apprime
utilis, ac necessarius.

TOMUS UNDECIMUS

TRIPLICI INDICE

A DOMINICO MAINARDI

LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCXLIII.
Typis, & Sumptibus De Mainardis in Platea Agonali.

SUPERIORUM FACULTATE.

INDEX
RESOLUTIONUM

S. Congregationis Concilii a menſe Januarii 1742. *per totum menſem Decembris ejuſdem anni* 1742. *ordine Alphabetico per Diæceſes diſpoſitus.*

A

ALbanen. 10. Mar. 1742. pag. 31.
Albanen. Seminarii 23. Jun. 11. Aug. & 1. Sept. p. 91. 118. & 120.
Alexanen. Synodi 20. Jan. pag. 1.
Alexanen. 23. Jun. 11. Aug. & 1. Sept. pag. 90. 118. & 119.
Alexanen. Spolii 21. Apr. & 23. Jun. pag. 16. 60. 90.
Aquipendien. beneficii 17. Febr. p. 16.
Aretina Cappellaniæ 21. Jul. p. 101.
Auguſtana Matrimonii 24. Novemb. pag. 133.

B

BAſileen. 21. Apr. 5. Maii 23. Jun. & 1 Sept. p. 51. 62. 95 & 121.
Biſacciarum irregularitatis 22. Sept. pag 135.
Baſinianen. 2. Jun. pag. 81.
Bojanen. Spolii 10 Mart. pag 26.
Bononien. legati Miſſarum 15. Dec. pag. 143.

C

CAjetana commutationis voluntatis 22. Sept. pag 129.
Capuana 20. Jan pag 8.
Caſertana Cappellaniarum 21. April. pag. 48.
Caſſanen Matrimonii 17. Febr. p. 18.
Civitatis Ducalis ſuſpenſionis, & irregularit. 17 Feb., & 10. Mar. p. 19. 24.
Civitatis Caſtellanæ Eleemoſynæ Miſſarum 24. Novemb, & 15. Sept. pag. 140. 143.

E

EYſtetten. permutationis Parochiæ 21. Jul. 11. Aug., & 22. Sept. p. 105. 116., & 127.

F

FEretrana juris ſepeliendi 21. Apr. 11. Aug. & 1. Sept. p. 57. 117. 119.
Ferrarien. Doctrinæ Chriſtianæ 21. Jul. & 11. Aug. pag. 107., & 117.
Firmana Concionatoris 21. Apr. 21. Jul. & 11. Aug. pag. 53. 104. & 116.
Firmana reparationis Eccleſiæ 21. Apr. 5. Maii pag. 59. & 63.

G

GAdicen. ſeu Hiſpalen, ordinationis 20. Jan. & 24. Nov. p. 2. & 136.
Giennen. reſtittuionis in integrum 20. Jan. pag. 10.

I

JUvenacen. procurationis 20. Jan. pag. 1.
Juvenacen. 15. Dec. p. 149.
Juvenacen. Decretorum 15. Decem. pag. 150.

L

LArinen. præcedentiæ 21. Jul. & 11. Aug. pag. 111. & 117.
Leodien. Concordiæ 2. Jun. pag. 84.
Leopolien Decimarum 7. Apr. & 24 Nov. p. 35. & 136.
Lucen. Sarzanen. deputationis Vicarii

rii perpetui 21. Apr. pag.56.
Lycien. clauſuræ 22. Sept.p.127.

M

MAntuana reſtitutionis in integrum 20. Ian. pag.3.
Mantuana reductionis Miſſarum 2. Jun. pag.87.
Mediolanen. 17.Februarii,& 10.Mart. pag.22. & 24.
Mediolanen reſtitutionis in integrum 7. Apr & 22. Sept. pag.38. & 122.
Melevitana vacationum 10.Mar.p.25.
Malphicten. unionis 17 Febr. p.16.
Miſſanen. ſeu Melevitana reſtitutionis in integrum 2. Jun. & 22. Sept. pag.82., & 131.

N

NEapolitana ſeuSalernitana reſtitutionis in integrum 5. Maii pag.65
Neapolitana reſtitutionis in integrum 23. Jun. pag 9 .
Neapolitana 21. Jul. p.96.
Neritonen. adimplementi oneris Miſſarum 20. Jan &17.Febr. p.12.&15,
Nullius terræ Pontiani commutationis voluntatis 5.Maii, & 21. Julii pag 69. & 101.
Nullius terræ Pontiani electionis Vicarii capitularis 20. Jan., & 17. Feb, pag 1. & 16.
Nullius terræPutignani 17.Febr.p.16.

P

PAcen reſtitutionis in integrum 7.Apr. p 11. & 46.
Peruſina reſtitutionis in integrum 24. Novem. pag.137.
Piſtorien ſubſidiorum dotalium 2 Jun. pag 75.
Polica ren. procurationis 10. Martii, & 7. Apr p.27. & 23
Pot ntina Canonicatuum 1.Sep. &24. Nov p 122. & 132.

R

REgien domus 5.Maii, & 24.Nov. pag.65.& 137.
Regien. reſtitutionis in integrum 5. Maii pag 63
Romana, ſeu Januen. aſſignamenti 5. Maii pag 63.
Romana, ſeu Januen. legati 7. Apr. pag.44.
Romana ſeu Viterbien. beneplaciti Apoſtolici 23. Jun. pag.93.
Romana taxæ Seminarii 11.Aug.p.113.

S

SAbinen. jurium Parochialium 10. Martii p 27.
S.Severini Matrimonii 7.Apr.2.& 23. Jun. pag 33. 73. & 90.
Sedunen. diſmembrationis 15. Dec. pag 146.
Spalaten irregularitatis 24. Novem. & 15. Decemb pag 138., & 142.
Spoletana 23. Iun., & 21. Iul. pag 92.

T

TErmularum 15 Dec pag.148.
Toletana jurium Parochialium 7. & 21.Apr pag.37. & 47.
Trojana 21. Apr. pag.49.
Trojana ſervitii 2.& 23.Iunii pag.78. & 89.
Tudertina cenſurarum 2.Iun.1. & 22. Sept. p.73. 122 & 127.
Tudertina juriſdictionis 5.Maii 2 Iun. 1. & 22. Sept. p 67. 73. 121. 125.

V

VAlentina Cappellaniarum 10. Martii pag 24.
Vaſionen. jurium Parochialium 20. Ianuar. & 17. Feb p 5. & 24.
Veneta votorum 7. Apr. & 11. Sept. pag 40. & 120.
Viterbien. Cathedratici 7. Apr. p.43.
Viterbien.concurſus 21.Iul. & 11 Aug. pag.110 & 117.
Viterbien. 24. Novem. & 15. Dec. p 136. & 142
Viterbien. Parochialis 15. Dec.p.145.
Urbevetana fontis baptiſmalis 1. & 22. Sept. p.124. & 127.
Urbevetana legati 10. Mart. p.27.

Die Sabbathi 20. Januarii 1742.

Inæ Cauſæ mox deſcribendæ, quarum prior ſub diem 16. Decembris proxime præteriti fuit ad hodiernam Congregationem dilata, & altera nequivit ob temporis anguſtiam proponi, nunc expectant ab Eminentiſſimis PP. definitionem.

ALEXANEN. SYNODI.

I. *An conſtet de validitate Synodi celebratæ anno* 1739., Et quatenus affirmative. *Seſs.24. c.2. de ref.*

II. *An ſit locus correctioni ſive abolitioni Edicti publicati ſub diem* 11. *Junii* 1739. *in caſu &c.*

III. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Præfectis Fabricæ, & Depoſitariis multarum.*

IV. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Punctatoribus.*

V. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Doctrina Chriſtiana.*

VI. *An ſit exeqnenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Sacramento Baptiſmi.*

VII. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de Cenſuris.*

VIII. *An ſit exequenda Conſtitutio Synodalis ſub titulo de vita, & honeſtate Clericorum in caſu &c.*

Ad primum conſtare de nullitate. In reliquis ad Eminentiſſimum Præfectum juxta mentem.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS.

Seſs.24. c.16. de Reg.

I. *An vacante Sede Abbatiali Eccleſiæ S. Andreæ in Flumine liceat Archipreſbytero, & Canonicis Eccleſiæ S. Nicolai Terræ Pontiani eligere Vicarium Capitularem*, & quatenus affirmative.

II. *An electio ab eiſdem Archipresbytero, & Canonicis facta in perſona Canonici Benedicti Mancini ſuſtineatur*, & quatenus negative.

III. *An, & quomodo ſit providendum in caſu &c.*

Dilata, ad ſequentem.

JUVENACEN. PROCURATIONIS.

Detrectante Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Terlitii procurationem Epiſcopo viſitanti perſolvere, diſcuſſum fuit Dubium -- *An, & in qua ſumma, ſeu quantitate debeatur Epiſcopo Juvenacenſi procuratio pro viſitationibus* *Seſſ.24. c.12. de Reſ.*

Ecclesiarum, & Locorum piorum Oppidi Terlitii expletis annis 1734. 1735. & 1737., cui sub diem 3. Septembris 1740. Sacra Congregatio respondit, -- *Deberi pro utraque visitatione in ducatis biscentum, non comprehensis ducatis septemdecim jam solutis*; -- Sed quia nomine Capituli fuit illico impetratum novæ Audientiæ beneficium, quin tamen ulla amplius instantia, ut Causa iterum proponeretur, fuerit subinde promota, ejus propterea decisionem urget modo Episcopi Defensor sub consueto Dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 10. de ref.

GADICEN. SEU HISPALEN. ORDINATIONIS. Franciscus Josephus Zuniga post acceptos a Gadicensi Antistite, cui ratione tam originis, quam domicilii subditus erat, primam Tonsuram, & quatuor minores Ordines ad Hispalis Civitatem se contulit, ibique cum petiisset sub annum 1725. a Curia Sereniſſimi Magni Prioris Hierosolymitani in Regnis Castellæ, & Legionis literas dimissorias pro Sacris suscipiendis Ordinibus, obtinuit ab eadem Curia committi Priori, & Vicario Generali Commendæ de Acre sub dicto Magno Priorato in Civitate Hispalensi existentis, ut super hujusmodi petitionis negotio processum conficeret: Hisce jussibus morem gessit Vicarius, & ex Processu apparuit dictum Franciscum jaminde ab anno 1713. obtinuisse ab Episcopo Gadicensi literas Testimoniales de suis genere, vita, & moribus, subindeque aliis etiam munitum fuisse literis Testimonialibus ab Archiepiscopo Hispalensi perhibentibus contractum ab ipso, atque per undecim annos in ea Diœcesi retentum jugiter domicilium, quin ullius canonici impedimenti vinculo fuerit irretitus: constitit præterea, duo illi collata fuisse Beneficia in Parochiali Ecclesia ejusdem Commendæ de Acre, quorum alterum a Sacra Religione Hierosolymitana, & demum exhibita fuisse in eodem Processu documenta, quibus comprobatur, dictum Franciscum decoratum fuisse titulis Theologi, & Examinatoris in Tribunali Nunciaturæ Apostolicæ, Assessoris vero, & Examinatoris deputati a Vicario Generali ipsius Commendæ.

Hoc ita confecto Processu traditæ subinde fuerunt ex Decreto Curiæ Magni Prioris ab ipso Vicario Generali Commendæ de Acre Dimissoriales literæ Francisco de Zuniga, ut his possit ad Sacros Ordines promoveri, & reipsa sub annum 1726. earum ope ab Episcopo Auxiliario Titulari de Metuan Sacris fuit Ordinibus initiatus; At quum postea in Diœcesim Gadicensem rediisset, Curia hæc Episcopalis exercitium Sacrorum Ordinum illi interdixit veluti susceptorum contra normam a S. Mem. Innocentio XII. præscriptam in celebri Constitutione *Speculatores* confirmata per alteram Constitutionem San. Mem. Innocentii XIII. pro Hispanis Regnis editam, quæ incipit *Apostolici Ministerii*. Ab eo itaque interdicto reclamavit Franciscus, primum quidem coram Nuncio Apostolico, deinde vero coram hac Sac. Congregatione, a qua semel, iterumque excitatis tam eodem Apostolico

Nun-

Nuncio, quam Episcopo Gadicensi, ut super ejusmodi controversia Eminentissimos PP. instruerent, tandem mense Julio anni 1730. pervenerunt literæ Nuncii, qui cum in Civitate Hispalensi tunc temporis moraretur, nonnisi ea, quæ sibi scripta fuerant ab Auditore Tribunalis Nunciaturæ in Regia Matriti Villa degente referre potuit. Interea vero defuncto Gadicensi Episcopo, & controversiæ definitionem urgente Francisco Zuniga die 8. Martii 1722. causa descripta fuit in Folio sub quinque Dubiis, quin tamen ulla tunc prodierit resolutio.

Post hæc intermisso cursu Causæ Franciscus, qui pridem ab Auditore Sanctissimi impetraverat Censurarum suspensionem usque ad ejusdem causæ exitum, obtinuit ab Episcopo Civitatensi Canonicatum in ipsius Cathedrali Ecclesia, unaque simul in Vicarium Generalem ejusdem Diœcesis eligi, subindeque etiam Archidiaconatus dignitate cumulari. In hoc rerum statu Antonius Mansilla, & Petrus Lezzano authumantes collationem ejusmodi, ob illicitam Francisci Ordinationem ejusque subsecutam a divinis suspensionem, irritam esse, supplicationem in Dataria porrexere pro impetrandis dictis Canonicatu, & dignitate Archidiaconatus; At Eminentiss. D. Cardinalis tunc Pro-Datarius sub die prima Martii 1738. a qualibet deliberatione supersedendum esse decrevit, donec controversia jamdudum ad hanc Sac. Congregationem delata absolveretur.

Nunc igitur prædicti Antonius Mansilla, & Petrus Lezzano una cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Civitatensis supplicant decidi bina Dubia, quæ inferius describentur, contendentes Franciscum Zuniga haud rite, & recte ad Sacros Ordines promotum fuisse, & hanc ob causam merito suspensionis pœna fuisse obstrictum. Contra vero Franciscus, & Hierosolymitana Religio asserta sua Privilegia tueri satagens, sustinent illum recte fuisse ordinatum, omnique culpa expertem.

Jura, quæ in utramque partem late deducta sunt, per manus EE. VV. circumferentur. Rogantur itaque iis perpensis, resumptoque Folio diei 8. Martii 1732. pronunciare.

I. *An Sacerdos Joseph Franciscus Zuniga potuerit a quocumque Antistite licite ordinari cum Dimissoriis Magni Prioris Religionis Hierosolymitanæ Regni Castellæ, seu Commendatoris de Acre, aut alterius Superioris Ordinarii dictæ Commendæ, vel potius illicite, itaut incurrerit suspensionem*; Et quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. *An sit locus dispensationi ad cautelam, seu an, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Sacerdotem Zuniga fuisse illicite ordinatum, & incurrisse suspensionem, ob non servatam formam Bullæ *Speculatores*, ac proinde indigere absolutione, & ad Episcopum Ladicensem pro facultate absolvendi ejus arbitrio.

MANTUANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Fr. Ermenegildus Maria, in sæculo Antonius Matthæus Bagietta Civitatis Veronæ, post expletum probationis annum, sub diem 9. Octobr. 1732. *Sess. 25. c. 19. de Reg.*

Regularem Profeſſionem emiſit in Conventu B. Mariæ Gratiarum Ordinis Min. Obſerv. S. Franciſci, & poſtmodum Religioſæ paupertatis titulo Sacris Ordinibus fuit initiatus. Contendens autem ſubinde ob vim, & metum ſibi a Matre illatos religioſis iis votis ſe perperam mancipaſſe, per literas in forma Brevis à S. M. Clemente XII. ſub annum 1739. expeditas cauſam nullitatis ſuæ Profeſſionis committi obtinuit Epiſcopo Mantuano, ſive ejus Vicario Generali, necnon Superiori prædicti Conventus ea tamen ſub clauſula -- *dummodo idem exponens Profeſsionem hujuſmodi tacite, vel expreſſe non ratificaverit, & quinquennium a die emiſſæ Profeſsionis elapſum non eſſet.*

Hoc itaque munitus Brevi judicium coram Vicario Generali, & Superiore Conventus ſuper expoſita Profeſſionis ſuæ nullitate inſtituit, & felici quidem ſucceſſu quoad enunciatum Superiorem Conventus; Is enim Profeſſionem a Fratre Hermenegildo emiſſam ex cauſa vis, & metus irritam declaravit. At e diverſo Vicarius Generalis alter Judex perpendens conſtare ex actis de quinquennio a die Profeſſionis jam præterlapſo, ne fines ab Apoſtolico Brevi præſcriptos excederet, ſatius duxit a ferenda abſtinere ſententia. Id vero quum in cauſa fuerit, ut idem Fr. Hermenegildus novas ad Benedictum XIV. feliciter regnantem habuerit preces, quibus implorat reſtitutionem in integrum adverſus lapſum quinquennii, eæque poſthac ad hanc Sacram Congregationem fuerint rejectæ, debet hodie propterea ad ipſius petitionem diſceptari dubium, quod inferius deſcribetur.

Ex Proceſſu coram memoratis Vicario Generali, ac Superiore Regulari jampridem confecto, quem Sac. Congregatio huc juſſit tranſmitti, hæc præcipua ad rem colliguntur. Primo, quod Bartholomea Bagietta Oratoris Mater cupiens, defuncto jam priore Conjuge, ad alias nuptias convolare, ac una ſimul inhians univerſa Bona ex paterna ſucceſſione Filio delata, pluries eidem aſpere denunciaverit, ut alterum ex hiſce duobus conſiliis omnino caperet, nimirum ſive in remotas Orientis plagas abire, ſive ſtatum Religioſum amplecti. Quum autem Orator Matris voluntati morem gerere nollet, in Carceres Civitatis Veronæ, Matre ipſa apud Sæcularem Poteſtatem id procurante, conjectus eſt, ibique plurium dierum ſpatio detentus, donec illarum tædio victus ſeſe matri paratum exhibuit ad clauſtra tranſire, quemadmodum hac de re non ſolum eo tempore rumorem fuiſſe in eadem Civitate Veronæ plures Teſtes adfirmant, ſed eorum unus addit, ipſam quoque Oratoris Matrem ſibi interroganti -- *Se era ver, che detto ſuo Figlio fuſſe ſtato poſto in Cuſtel vecchio*, in hæc verba reſpondiſſe, *ſto Baron non vuol far a mio modo, e li faccio patir anche la fame*. Quodque amplius eſt, neque ſæpedicta Fr. Hermenegildi Mater formali ſubjecta examini id auſa fuit inficiari, ſed omnia ſuperius narrata pleniſſime confirmavit.

Secundo, quod plures Religioſi ejuſdem Ordinis Min. Obſerv. perhibuerunt, alienum ſemper a Religioſæ vitæ inſtituto agnoviſſe Oratorem, quin immo cum ante, tum poſt ſuſceptionem Religioſi habitus, atque emiſſam Profeſſionem pluries audiviſſe dicentem, ſe in Religione haud permanſurum, ſibique ſpem fore, ut aliquando irritæ Profeſſionis cauſas allegandi commoditas ſibi pateret.

Et

Et tertio demum, quod ipſamet Oratoris Mater probe noverit, Filium ſuum unquam ex animo acquieviſſe Statui Religioſo, quem invitus ſuſceperat, uti præter aliquos ex enunciatis Teſtibus, aperte faſſa eſt eadem mulier tam ſuper tertio articulo, ſuper quo ita depoſuit -- *So che nel tempo del Noviziato, e della Profeſſa, e avanti, e doppo ha ſempre detto il Capitulante mio Figliolo di non eſſerſi fatto Religioſo, e profeſſato la Religione di ſua libera volontà, ma per forza, e per le ca uſe da me ſopra depoſte* --, quam ſuper 32. interrogationi, ad quod ita reſpondit *Più volte doppo fatta la ſua profeſsione eſſo Padre Ermenegildo ogni volta, ch' e ſtato a trovarmi, mi ha ſempre detto d' eſſere Frate per forza, e che io n' aurei a render conto a Dio. Finalmente eſſendomi ammalata gravemente, chiamato un Sacerdote Prete per confeſſarmi, e dettogli la mia couſcienza, confuſa, ed aggravata per le coſe ſopra da me depoſte, m' obbligò di chiamare detto mio figlio al letto con laſciarlo in libertà di ricorrere giudizialmente per far dichiarare nulla la di lui profeſsa, & aſsiſterlo per tale effetto, onde così ho fatto, avendolo chiamato, e dettogli, quanto ſono ſtata obbligata dal Confeſsore a ſgravio della mia coſcienza, con promeſsa di aſsiſterlo, perchè poſsa fare li ſuoi ricorſi*

Oratoris nomine extremam ſuam cauſantis inopiam, atque in anguſtiis admodum lacrymabilibus poſiti, ut inquit Epiſcopus Mantuanus eum magnopere miſerans, nihil per manus Eminentiarum Vèſtrarum circumferetur; inſpectis igitur iis, quæ hactenus expoſita ſunt, deliberandum proponitur.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmative.

VASIONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Guilelmus Cheiſolmus Epiſcopus Vaſionenſis, divino cultui adaugendo, atque ſpirituali Gregis ſui bono conſulturus ſub annum 1628. Eccleſiam quamdam à Civitate Vaſionis parum diſſitam *Noſtra Domina de Campis* nuncupatam, una cum Domo, atque Prædiolo illi adjacentibus *per ſe, & Menſam ſuam Epiſcopalem, ſalvo jure tertii* titulo donationis conceſſit Ordini Fratrum Minorum Conventualium ea ſub lege, ut ſenarius ibi conſtitueretur Religioſorum numerus, quorum duo, vel tres audiendis Confeſſionibus, atque alter habendis concionibus vacarent. Cumque eodem fere tempore acceſſerit conſenſus Comunitatis Vaſionenſis per actum, quem vocant conſularem coram Præpoſito Eccleſiæ Cathedralis ad id ſpecialiter ab Epiſcopo delegato præſtitum, Fratres prædicti poſſeſſionem Eccleſiæ, ac domus paulo poſt nacti fuere, ibique inhabitare cæperunt. *Seſſ. 23. c. 13. de ref.*

Succeſſu autem temporis nonnullæ ortæ ſunt controverſiæ inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & prædictos Fratres Minores, quoad jura benedicendi Puerperas, ac ſepeliendi cadavera eorum, qui tumulari vellent in eorumdem Fratrum Eccleſia; Indeque factum eſt, ut anno 1739. quum ad inſtantiam Capituli intimata fuerint dictis Fratribus nonnulla Decreta jampridem ſub annum nempe 1711. ab Epiſco-

Episcopo, quibus eis præcipiebatur, ne Puerperas ad purificationem admitterent, neve ullas eam ob causam oblationes reciperent, iidem Fratres ab hujusmodi Decretis provocaverint ad Apostolicam Sedem. Eorum itaque cognitione ex rescripto cl. me. Cardinalis Passeri tunc Pro-Auditoris Sanctissimi ad hanc Sacram Congregationem remissa, disputanda hodie proponuntur Dubia, quæ infernus describentur.

Utramque facultatem, nimirum Cadavera sepeliendi, & benedicendi Puerperas, sive celebrandi Missas Purificationis Mulierum, receptis etiam oblationibus, sibi aperte competere propugnant memorati Fratres: Jus quidem sepeliendi ex notissima Constitutione Bonifacii VIII. *in Clem. Dudum de sepult.*, qua Ordinibus Fratrum Prædicatorum, & Minorum conceditur, ut in propriis Ecclesiis liberam habeant potestatem sepeliendi quoscumque ibidem tumulari eligentes: Jus vero benedicendi Mulieres post partum ex iteratis Resolutionibus hujus Sacræ Congregationis, & præsertim ab edita in *Aquen Jurium Parochialium* 9. *Junii* 1708., in qua disputato inter Parochum loci Incisæ, & PP. Carmelitas Dubio -- *An Patres possint in propria Ecclesia Mulieres post partum benedicere, & ad purificationem admittere*, -- responsum fuit -- *Affirmative*; & in *Derthonen. Jurium parochialium*, in qua postquam die 3. Decembris 1718. ad Dubium septimum ita conceptum -- *An jus benedicendi Sponsas, & Puerperas spectet privative ad Archipresbyterum & Capitulum* -- Eminentis. PP. responderant: *Affirmative quoad primam, & negative quoad secundam partem*, & revocata ad trutinam hac decisione sub diem 7. Decembris 1720. rescriptum prodiit -- *quoad septimum indecisis quoad primam partem & quoad secundam esse in libertate Puerperarum accedere ad quamcumque Ecclesiam sibi benevisam* --: Adduntque præterea non solum ex universa Orbis consuetudine, ac præsertim hujus Almæ Urbis receptum esse, ut mulieres a quovis maluerint Sacerdote in quibuscumque Ecclesiis, sive secularibus, sive Regularibus benedictionem post partum recipiant, verum etiam eandem consuetudinem speciatim vigere in tota Ditione Avenionensi, & Comitatu Venaissino, quum de Civitate Avenionis, Carpentoracti, Vanleacis, & Insulæ id concordes deponant plures Obstetrices, & de Civitate ipsa Vasionis plures alii testatum faciant se hactenus semper vidisse toties memoratos Fratres Minores benedictionem post partum Mulieribus impertiri.

Neque putant his ullum facessere negotium, quæ a Capitulo objiciuntur, videlicet irritam fuisse erectionem Conventus ipsis in Civitate Vasionis permissam, utpote Apostolicæ Authoritatis præsidio haud communitam, invalidamque pariter donationem Ecclesiæ, & domus, quam ab Episcopo obtinuere, veluti irrequisito Capitulo earum domino expletam, & tandem illam corruisse etiam ob non servatam legem ab Episcopo in fundatione indictam, quippe quia nunquam indicto Conventu retinuerint sex Religiosos. Oppositam quippe quod attinet nullitatem erectionis Conventus, sive donationis domus, & Ecclesiæ, præterquam quod extraneam prorsus inquiunt a præsenti controversia hujusmodi quæstionem, & in alio tantum, si placeat, judicio

dicio agitandam, putant utique post centum, & ultra annorum metam, quæ validissimi cujuscumque tituli præsumptionem inducit, frustra nimis de illarum viribus disceptari. Quod vero spectat enunciatum defectum numeri Religiosorum, hunc penitus excludi contendunt ab attestationibus, quas exhibent nonnullorum Civium Vasionensium, qui sub annum 1739. testati sunt Familiam antedicti Conventus sex Religiosis eo tempore constitisse, ejusdemque Conventus ædes fuisse ob hanc causam adauctas, & prædium quoddam, ut ejus Claustra amplius l·xari possent, ab iisdem Fratribus comparatum.

Hæc exponunt Fratres Minores præoccupantes objectamenta Capituli, quod hactenus jura sua non exhibuit. Interea vero circa jus benedicendi Puerperas non abs re erit adnotare, peculiarem à Doctoribus institui quæstionem, num Regularibus jus istud, sepositâ consuetudine, quæ ipsis favere probetur, revera competat. Quum enim hujusmodi benedictiones fiant cum superpelliceo, stola, & aqua benedicta, quæ signa esse videntur jurisdictionis, ad solum Parochum, non autem ad Regulares spectare, docent cum aliis *Laurent. de Franch. controv. inter Episc.*, *& Reg. p. 2. quæst. 69. num. 1. Nicolius in Flosc. verb. Parochus num. 17. Pignattell. consult. 76. num. 2.*, *& seq. tom. 5. Monacel. par. 1. tit. 10. formul. 18. num. 10.*, *& seq. Anaclet. in Decretal. lib. 3. tit. 47. in fine*, *Schmalzgrueber in eumdem tit. num. 6.*, & consonant Rescripta hujus Sacræ Congregationis in *Antueripien. Jurisdictionis* 18. *Novemb. 1662. lib. 13. Decr. pag. 348.* ubi ad Dubium *An prædictis Regularibus Civitatis Antuerpiensis liceat in propriis Ecclesiis Mulieres post partum ad purificationem admittere* -- respondit -- *Non licere*, idemque decisum fuisse a Sacra Cong. Visit. Apost. *in Romana Jurium Parochialium* 15. *Septembris* 1665., *& 23. Januarii* 1698., refert *Monacel. loco cit.*

Quia vero Doctores mox allegati, & Sacræ Congregationes in eam devenere sententiam, quando nondum prodierat Constitutio S. M. Benedicti XIII. incipien. *Pretiosus*, ubi Summus ille Pontifex, postquam decrevit licere omnibus Regularium Communitatibus ad Processiones funebres per quasvis Parochias singularum propriis erectis Crucibus accedere, & Parocho respective in Ecclesiam Regularem tumulantem cum stola intrare, explicite declaravit Crucis erectiones, & stolæ delationem in omnibus, & singulis ibidem enumeratis, ac ceteris quibuscumque similibus casibus nullam penitus importare jurisdictionem, ponderandum idcirco erit, num ratio illa a memoratis Doctoribus indicata ullius adhuc momenti hodie sit æstimanda; Itidemque num præ decisionibus Sacrarum Congregationum jampridem editis in præfatis *Antuerpien. Jurisdictionis*, & in *Romana jurium Parochialium* attendi mereatur recentior resolutio in dicta Causa *Derthonen. jurium Parochialium*, qua dictum fuit esse in libertate Puerperarum accedere ad quamcumque Ecclesiam sibi beneviſam. Quum de cetero advertere oporteat, postremam hanc resolutionem non prodiisse super controversia, quæ vigeret inter Parochos, & Regulares, sed inter Archipresbyterum, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Novarum, & Rectores aliarum trium Ecclesiarum Parochialiũ, itaut nulla in ea causa cum Regularibus versaretur contentio.

His

His omnibus itaque perpensis, & ob oculos etiam habitis Decretis Generalibus per Congregationem Sacrorum Rituum evulgatis anno 1703., ubi ad IV. Dubium, sub quo disceptabatur -- *An benedictiones Mulierum post partum, Fontis Baptismalis, Ignis, seminis Ovorum, & similium sint de juribus mere Parochialibus* -- responsum fuit - *Negative, sed Benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere a Parochis* -- grave non erit EE. PP. decernere.

I. *An competat Conventui Fratrum Minorum Conventualium prope Civitatem Vasionis jus tumulandi cadavera eorum, qui elegerunt sepulturam in illorum Ecclesia in casu &c.*

II. *An iisdem Patribus liceat celebrare Missas purificationis Mulierum, & ab eis oblationes recipere in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 4. de ref. CAPUANA. Sacerdos Fabius Vecchione in suprema ejus voluntate sub annum 1654. hæredem sibi fiduciarium scripsit Petrum Vecchione Fratris filium, jussitque, omnia bona una cum eorum fructibus valorem ducat. viginti millium æquantia in erectionem Monasterii Monialium sub regula S. Dominici erogari; hujus vero piæ dispositionis Executores nominavit Archiepiscopum Capuæ, & Præpositum Domus S. Eligii PP. Theatinorum ejusdem Civitatis; At postea in Codicillis anno 1663. confectis ita disposuit „ In caso, che „ non potesse riuscire l' erezione del sudetto Monistero, secondo l' „ arbitrio, e prudenza delli sudetti Esecutori testamentari, voglio, „ che stia in libero arbitrio delli medesimi di commutare l'opera „ sudetta, e fondazione del detto Monistero in altre opere pie, le „ quali a loro giudizio, e coscienza pareranno più spedienti, ed accette à Dio nostro Signore.

Secuto Testatoris obitu præfati ejus voluntatis Executores anno 1673. causantes imparem esse alendis duodecim Monialibus juxta numerum in erectionibus Monasteriorum requisitum, aliisque oneribus, ac impensis eamdem ob causam subeundis annuam summam ducatorum 312., ad quam vix ascendere agnoverunt totos istius hæreditatis reditus, deliberarunt uti facultate sibi ipsis a Testatore data commutandæ voluntatis, conveneruntque, ut dimidia ejusdem hæreditatis pars Sacrario Archiepiscopali, alia vero Sacrario Ecclesiæ PP. Theatinorum tribueretur. Sed quum ejusmodi piæ voluntatis commutatio, veluti in proprium Executorum commodum non recte facta, occasionem præbuerit Æconomo Rev. Fabricæ S. Petri de Urbe instruendi judicium adversus memoratos Archiepiscopum, & Præpositum, postulandique, ut universa Bona hæreditaria eidem Fabricæ applicarentur, supplex propterea d. Præpositus confugit ad s. m. Innocentium XII., a quo impetravit gratiam retinendæ dimidiæ partis Bonorum Sacrario Ecclesiæ suæ Religionis jam attributæ, suscepto tamen à Patribus Theatinis onere celebrandi binas Missas unaquaque hebdomada in suffragationem pii Testatoris.

E diverso Archiepiscopus Capuanus sub idem ferme tempus Sacram hanc

hanc adiit Congregationem, & rogavit, ut altera dimidia hæreditatis pars Monasterio Monialium S.Hieronymi Civitatis Capuæ magnopere indigenti concederetur.

Quia vero nulla adhuc super hisce precibus Archiepiscopi capta deliberatione,Dominicus Antonius del Vecchione Sacræ eidem Congr. exposuit, se pii Testatoris Nepotem esse,ac nobilem Capuæ Civem,bonis tamèn fortunæ adeo orbatum,ut impotens foret congruum Dotis subsidium quatuor suis filiabus tradere,proindeque demisse supplicaverit ut ex ea dimidia bonorum parte dos illis aliqua assignaretur; Sacra Congr. fuit in sensu, ut summa à Sanctissimo declaranda unicuique ex dictis filiabus in causam dotis tribui posset, reliquum vero Fabricæ S. Petri deberet applicari;Et Summus Pontifex,approbata Sacræ Congregationis sententia, decrevit, ut prævia applicatione dictæ dimidiæ partis hæreditatis favore Reverendæ Fabricæ, eveniente casu, quo filiæ memorati Dominici Antonii sive in Domino, sive in seculo nuberent, tot bona immobilia valoris ducatorum mille unicuique earum præstarentur.

Post hæc Œconomus Fabricæ vendidit Prædium nuncupatum *la Massaria allo Vecchione* ex sæpedicta hæreditate proveniens, pretiumque ducatorum 6500. inde retractum deposuit penes *Bancum*, quem vocant Sanctissimæ Annuntiatæ;Quumque aliud supereset Prædium hæreditarium sub vocabulo *la Massaria di S. Giorgio*, idem Œconomus interpellavit Dominicum Antonium Vecchione, ejusque filias ad declarandum, num mallent subsidia dotalia in pecunia numerata, vel in bonis stabilibus consequi; Factaque a Patre & filiabus declaratione, quod ipsæ paratæ forent dotem ex recensita pecuniarum summa in Banco depositæ, eveniente nuptiarium casu, recipere, processit Œconomus ad venditionem præfati Prædii *di S. Giorgio*.

Relictis igitur sub enunciato vinculo ducatis quatuor milibus in Banco SS. Annunciatæ, prior, quæ nupsit ex dictis Puellis, fuit Beatrix, & ea quidem summam ducatorum mille pro sua dote inde est assecuta; At quum deterior posthac fuerit effecta ejusdem Banchi conditio,nec nisi octingenti, & vingentiquinque ducati potuerint ex reliquis tribus mille recuperari, quorum pars ad ducatos septuaginta quinque supra quadringentos ascendens eidem Banco dimissa fuit sub onere solvendi quot annis ducatos decem,& novem pro interusuriis,reliqui verò ducati 385. erogati sunt ab Œconomo Fabricæ in emptionem annui reditus ducatorum sexdecim a Joanne Baptista de Vecchione dictarum Puellarum fratre persolvendi;Hinc memoratæ tres Sorores de Vecchione non valentes amplius designatam mille ducat. dotem assequi, supplicarunt S. m. Clementi XI., ut benignè sibi, quoad viverent, facultatem percipiendi fructus utriusque sortis, nimirum tam illius debitæ à Joanne Baptista Fratre suo, quam alterius adhuc in Banco remanentis impartiri dignaretur; Cumque obtinuissent preces suas ad S. C. R. Fabricæ remitti, prodiit ab ista die 27. Septembris 1709. Rescriptum -- *Pro gratia juxta petita*.

Ejusmodi gratiæ beneficio ad plures annos potitæ sunt tres prædictæ Sorores, donec una ipsarum Catharina Tecla e vivis erepta, duæ superstites

ſtites Angela Maria,& Thæreſia novàs anno 1728. ad Summum Pontificem habuere preces pro conſequenda ea fructuum portione, quæ Catharinæ Teclæ, dum viveret, debebatur, votique compotes ex ejuſdem S. Congr. Rev. Fabricæ ſententia effectæ fuerunt.

Jam vero defuncta quoque Angela Maria, una, quæ modo ex dictis Sororibus ſupereſt, Thereſia ſupplex poſtulat, nedum integros utriuſque præfati Capitalis fructus tam in hanc uſque diem decurſos, quam impoſterum decurrendos ſibi aſſignari, ſed poteſtatem quoque fieri, ut de Capitalibus ipſis libere,& ad ſui libitum queat diſponere. Archiepiſcopus excitatus ab hac S. Congr., ad quam rejectæ fuerunt preces Angelæ,poſt relatam facti ſeriem hactenus expoſitam hæc habet „ Fa„ teor præfatam D.Thereſiam hicCapuæ diſtinctæ eſſe familiæ deſcen„ den. ex Fratre pii hujus Diſpoſitoris Fabii de Vecchione nimis pau„ perem, ætatis ſuæ annorum ſexaginta circiter ita quod,cum ſpolia„ ta exiſtat bonis, minime ob ſervitium ipſi debitum, ac neceſſarium „ integri dicti fructus annui ſat eſſent ad commode vivendum. Obin„ deque, & crederem,ſi aliter EE. VV. expedire videbitur, poſſe tan„ tæ mulieri pariter concedi,ut iiſdem integris fructibus gaudeat vita „ ſua durante, nec non, ut vitam hanc finiat ad menſuram ſuæ nobi„ litatis, indulgere quoque poſſe, eamdem gaudere de fructibus in„ Banco exiſtentibus a die ultimæ gratiæ, & ad demortuam Mariam „ Angelam omnino ſpectan. Et tandem, cum dicta Oratrix, ejuſque „ Frater Joannes Baptiſta ultimi fuerint de hac illuſtri Familia, ſenti„ rem, poſſe de facili EE. VV. impartiri hanc ipſis finalem gratiam, „ nempe poſſe ad libitum dictam D. Thæreſiam diſponere de ſorte, „ & ſi non integra,ſaltem de illa exiſtente penes dictum D. Joannem „ Baptiſtam Fratrem ſuum, qui in ſuo ſtatu miſer, ac miſeratione di„ gnus ab omnibus exiſtimatur eſſe, ac reputatur.

Deliberandum igitur eſt.

An ſit locus conſignationi omnium fructuum maturatorum poſt obitum Mariæ Angelæ Vecchioni, & impoſterum maturandorum favore Thereſiæ Vecchioni Sororis ſuperſtitis, & reſpective translationi Capitalium favore ejuſdem Thæreſiæ, itaut de iſtis diſponere valeat in caſu &c.

Pro gratia quoad fructus tantum.

Seſſ. 25. c. 19. de reg.

GENNEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Fr. Felix Cavallero Loci de Andujar ſub annum 1735. in ſupplici libello ſ. m. Clementi XII. porrecto expoſuit, ſe ante annos fere 30. per vim, & metum a Conſanguineis ſibi illatos Religioſum habitum ſuſcepiſſe in Conventu Ordinis S. Joannis de Deo Civitatis Giennenſis,ac poſtmodum deveniſſe ad Profeſſionis actum, quin tamen ob lacrymarum, & ſingultuum copiam, neque conſuetam Profeſſionis formulam verbis exprimere,neque ab aliis recitatam potuerit audire; Et quamquam inter profeſſos adſcriptus poſtea fuerit, non deſiiſſe intra quinquennium de Profeſſionis ſuæ nullitate coram Giennenſi Episcopo conqueri, ſed variis interpoſitis difficultatibus impeditum,quominus jura ſua in judicium deferret, cæpiſſe tandem conſilium fugiendi e Clauſtris, reſumendique habitum ſecularem, quo indutus per annos ferme 25. liber inceſſit.

Sub

Sub hac vero expositione quum imploraret beneficium restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, ut sententiam super asserta Professionis suæ nullitate posset assequi, Sac. Congr., cui ejus preces fuerunt remissæ, jussit Episcopo, ut super earum veritate, audito Superiore locali, judiciarias probationes exciperet; At allegante Priore Conventus, in quo Orator Religionis vota nuncupasse dicitur, se veluti mala affectum valetudine, non posse examini Testium, aliisque judiciariis actibus interesse, sibi vero haud licere absque Provincialis licentia alium substituere, Episcopus sine ejusdem Prioris interventu mandavit Processum construi, ex quo tandem completo, ac ad Urbem delato hæc præcipua colliguntur.

Sex scilicet Testes in eo apparent ab Oratore inducti, quorum duo nimirum Catharina Maria Cavallero Oratoris Soror, & Christopharus Cobaleda ejusdem Catharinæ Mariæ Vir interrogati super contentis in supplici libello dicti Religiosi coram Notario Curiæ Episcopalis ad id delegato, ut propriam exonerarent conscientiam, late testati sunt de coacta illius susceptione habitus regularis ad violentas instantias, & suasiones Matris, & Avunculi, de iteratis ejus protestationibus super maxima sua repugnantia erga statum Religiosum, deque ingruentibus ipsius lacrymis in actu Professionis,, itaut legere nequiverit con-
„ suetas cæremonias, (sunt verba præcisa præfatæ Catharinæ Ma-
„ riæ Cavallero) imo neque proferre verba, quæ illi suggerebantur
„ a circumstantibus, quæque neque comprehendit consensu, & ani-
„ mo requisitis præ timore, & perturbatione, quibus erat in eodem
„ actu gravatus, & non obstante, quod dictus Fr. Felix nullam emi-
„ sisset Professionem, fuit nihilominus adnotatus, atque descriptus
„ pro Professo in libris dicti Conventus, qua functione peracta eum
„ convivio excepit Testis in ejus domo, ubi stetit cum eisdem mæ-
„ roræ, & afflictione, & deinde missus fuit ad Villam de Offuna, in
„ qua semper cum eadem abominatione à statu Religioso patefecit
„ nullitatem suæ Professionis, & etiamsi in tempore, & intra quin-
„ quennium instetisset in hoc Tribunali pro declaratione nullitatis
„ Professionis: nihilominus cum ibi fuissent deperdita acta, coactus
„ fuit dictus Fr. Felix Rodriguez personaliter recurrere ad Curiam
„ Romanam.

Idipsum fere enarrant alii quatuor Testes, inter quos Florentiana Rodriguez ejusdem Oratoris Soror, & Civitatis Giennensis Incola, nec non Ferdinandus de Cobaleda prædictorum Conjugum Christophari, & Catharinæ Mariæ Filius, qui præterea subdit, Oratorem ab eo tempore, quo reclamare cæpit, semper extra Claustra versatum fuisse, & secularem gestasse habitum.

Hæc habentur ex memorato Processu; cumque ea putet Orator satis esse, ut suis precibus annuatur, proindeque urgeat decisionem Dubii mox subnectendi, onus erit Eminentiarum VV. respondere, num ex allatis probationibus non interveniente Superiore locali exceptis, & a Testibus sub consuetis interrogatoriis, noo deponentibus habitis, Oratore ipso nullatenus examinato, quodque gravius est, de resumptione habitus Regularis, suoque reditu ad Claustra non docente,

res ita confecta dici possit, ut juxta ipsius petionem deceat respondere Dubio, quod proponitur.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & prævio reditu Oratoris ad Claustra, ac reassumptione habitus suæ Religionis, conficiatur novus processus, ser. ser., & audito Superiore locali.

Sess. 22. Decre. de obser. & evit. in celebr. Miss.

NERITONEN. ADIMPLEMENTI ONERIS MISSARUM. Sacerdos Benedictus Tabba, præter civiles quasdam controversias à Promotore Curiæ Episcopalis Neritonensis secum excitatas, præsentiens de variis quoque criminibus ab eodem Promotore insimulari, ne forte carceri manciparetur, in Conventum Fratrum Ordinis Minorum sub annum 1737. se recepit. Episcopus vero sub obtentu, quod idem Sacerdos loci immunis beneficio abuteretur, impetrata à Sac. Congr. Immunitatis opportuna facultate, jussit illum e dicto Conventu extrahi, & in carcerem detrudi, unaque simul certam pecuniarum, & tritici quantitatem penes ipsum repertam sequestro deponi; Idque fuit in causa, ut super allegato confugii abusu debuerit postmodum disceptari in eadem S. Congr. Immunitatis, quæ tandem re plene discussa, decrevit, Sacerdotem prædictum una cum omnibus rebus sibi ablatis memorato Conventui esse restituendum.

At quia, dum is in carceribus detinebatur, judiciariè monitus fuerat ab Episcopali Curia ad docendum de expleta celebratione Missarum, ad quas teneri contenditur ab anno 1723. ad annum 1737. pro Beneficio, quod possidet sub titulo S. Josephi, deindeque veluti reus non impleti oneris in numero triginta sex Missarum supra octingentas pati debuit distractionem septuaginta modiorum tritici sub sequestro existentis, quorum valorem præcepit Episcopus erogari pro celebratione dictarum Missarum, authumans se inde gravatum impetravit causam super hoc neglecti Missarum oneris negocio ad hanc Sacram Congregationem remitti, disputandum propterea modo proponitur Dubium, quod ad calcem præsentis Restrictus apponetur.

Episcopus super querelis istius Sacerdotis, quidquid sibi dicendum occurret, jussus aperire, ut ostendat eum suo Missarum oneri ab anno 1723. ad annum 1737. nequaquam satisfeciisse, exponit sua in Diœcesi in more positum esse, ut singulis annis juxta præscriptum a fa.me. Urbano VIII., atque juxta dispositum in quadam Synodali Ecclesiæ suæ Constitutione edita sub annum 1680. deputentur Viri Ecclesiastici, quos Missarum Revisores vocante, orum vero cura esse, disquirere, num quilibet Sacerdos, sive Clericus Beneficiatus oneri Missarum, quo gravatur, fecerit satis, id autem deprehendi solere ex libro magno, in quo celebrans debet proprio charactere inscribere diem mensem, & annum peractæ celebrationis, adeout ejusmodi adnotatione deficiente onus minime censeatur adimpletum, etiamsi quis juramento adfirmet se illi satisfeciisse.

Quam itaque Revisores compererint celebrationes Missarum, ad quas tenetur Sacerdos Tabba, non fuisse ab anno 1723.. usque ad mensem Augusti 1737. in designato libro adnotatas, inde ait Episcopus recte con-

concludi, minime ab eo fuiſſe onèri ſuo factum ſatis. Idque amplius probari aſſerit ex publica Civium voce palam ferente, Sacerdotem Tabba raro admodum Miſſam celebraſſe, adeout Epiſcopus Sanfelicius hodierni Epiſcopi Prædeceſſor ob hanc cauſam die 22. Julii 1722. ſponſionem quamdam ab ipſo voluerit exigere, qua ſtrictius obſtringeretur pro onere ſui Beneficii Sacrum perſolvere. Additque præterea, eumdem Sacerdotem Promotoris Fiſcalis munere dudum fungentem, & occaſione viſitationis Paſtoralis in ſui comitatu proficiſcentem nuſquam viſum fuiſſe Sacrum obire, non ſine omnium ſcandalo, cujus vitandi gratia juſſit eum ad Civitatem regredi. Et demum alia plura ſubjungit Epiſcopus, ex quibus infert manifeſte dignoſci, Presbyterum hunc perditis moribus eſſe, de variis inquiſitum delictis, & præſertim de homicidio in perſonam Sacerdotis Leonardi Piccione attentato, nec non de quodam ſtupri crimine, ſuper quibus in Tribunali generalis Auditoris Cameræ adhuc pendeat judicium.

E contra vero Sacerdos Tabba pluribus facti momentis probare nititur; ſe integra Miſſarum onera adimpleviſſe. *Primo* nimirum, jurata ſua atteſtatione, qua ſub diem 23. Januarii 1738. declaravit Miſſas omnes, ad quas tenetur ratione Beneficii, ſive per ſe, ſive per alios ab anno 1723. uſque ad annum 1737. fuiſſe quotannis celebratas. Hac autem declaratione contendit de ejuſmodi onerum adimplemento veluti ab ipſius tantum conſcientia repetendo ſatis edoceri per ea, quæ tradunt *Gloſſ. in cap. ſignificaſti* 16. *in verb. ſi ita eſt de homicid. Seraph. de privil. juram. privil.*, & in ſpecie quod atteſtatio Sacerdotum celebrare debentium ſatis probent Miſſarum celebrationem tenent *Ventrigl. in prax. par.* 2. *annot.* 28. §. 1. *num.* 90. *Caren. reſolut.* 41. *per tot. Gerund. lib.* 1. *tit.* 17. *cap.* 18. *num.* 12. *Rot. in Toletana Adminiſtrationis* 15. *Febr.* 1700. §. *Hinc coram Pio. Secundo* ex atteſtatione plurium Civium Neritonenſium, qui adfirmant, ſe jugiter vidiſſe Sacerdotem Tabba Miſſæ Sacrum peragentem ſive in Cappella S. Mariæ de Ceſarea, ſive in Eccleſia cujuſdam Ruris nuncupati *di donna Menga*, ſive in Oratorio S. Joſephi, ſive demum in aliis Eccleſiis Civitatis Neriti. *Tertio* ex accurata diſquiſitione quotannis fieri ſolita per Canonicos ad id deputatos juxta luculentam ipſiuſmet Epiſcopi aſſertionem, unde prorſus inveriſimile reddatur, quod ſi deprehenſa ab illis fuiſſet ejus negligentia in adimplemento oneris Miſſarum per integrum fere quatuordecim annorum ſpatium, tamdiu Epiſcopus diſtuliſſet in eum animadvertere, præſertim vero, ubi reipſa idem Epiſcopus jam cognoviſſet occaſione viſitationis Paſtoralis magnificatam ejus alienationem à ſacro Altaris miniſterio. *Quarto* ex publico edicto ſub diem 11. Aprilis 1740. juſſu Epiſcopi poſt diligenter inſpectos a deputatis Reviſoribus Miſſarum libros edito, in cujus calce defectus Sacerdotis Tabba ad eam uſque diem deprehenſus in Miſſis biſcentum, & ſeptuaginta ſeptem tantum adnotantur. Et *Quinto* demum ex teſtimonio Sacriſtæ Cathedralis Eccleſiæ, penes quem Miſſarum libri ſervantur. Is enim ab ipſo Sacerdote Tabba novisſime requiſitus, ut facultatem ſibi præberet enunciatos inviſendi libros, reſpondit „ Che li detti libri non li puo dare a neſſuno ſenza „ ordine di Monſignor Carafa Veſcovo di detta Città, ne farli oſſervera

„ vare a chi che ſia, e che in detti libri ſi ricorda beniſſimo, che nel-
„ la partita di D. Benedetto Tabba vi mancava ſolamente in ſodisfa-
„ zione degl' oblighi delle Meſſe dell' iſteſſo la fede della celebra-
„ zione dell' ultima annata, mentre le due precedenti ſi vedano ne'
„ ſudetti libri ſodisfatte dal R. D. Angelo Muja tanto per ſe, quanto
„ per altri, e che la fede di detta celebrazione di dette due annate
„ precedenti era ſtata menata buona dai Deputati.

Quibus ita præhabitis nihil ea ſibi obeſſe putat ſæpedictus Sacerdos Tabba, quæ ab Epiſcopo obtruduntur: Quod enim in Synodali Conſtitutione cautum ſit, celebrationes Miſſarum deſcribi in libris cum adnotatione diei, atque ſubſcriptione Sacerdotis celebrantis, id nullatenus locum habere authumat eo in caſu, quo Miſſarum onera nulli certæ Eccleſiæ, vel Altari addicta poſſunt ad libitum Beneficiati in qualibet Eccleſia adimpleri, prætereaque contendit, eamdem Conſtitutionem nedum uſu minime receptam eſſe, ſed imo à conſuetudine inductum, ut Miſſarum ſatisfactiones, vel in libris adnotentur abſque ulla mentione diei, menſis, & anni, vel etiam omiſſa hujuſmodi adnotatione, ſimplices ſchedulæ de ipſarum celebratione fidem facientes Deputatis tradantur, quemadmodum teſtatum faciunt præter Sacriſtam Cathedralis Eccleſiæ nonnulli alii Sacerdotes; quin vero conſuetudinem ipſam acceptam fuiſſe ipſimet Epiſcopo ſatis colligi arbitratur ex eo, quod ille pluries, & præſertim in publico Edicto mox enunciato circa Miſſarum onera, quorum implementum in libris relatum non erat, hec unum præcepit „ Che fra il termine di giorni 30.
„ doveſſero portare li legali documenti delle Meſſe ſudette in caſo,
„ che l'aveſſero celebrate, e non annotate, quali ſi devono preſen-
„ tare alli ſudetti deputati.

Hæc ſunt, quæ veluti præcipua ad excludendum defectum ſibi oppoſitum adimplementi oneris Miſſarum late exornantur à Sacerdote Tabba. Quod vero attinet ad pravos mores, atque delicta, de quibus ipſe dolet ab Epiſcopo inſimulari, intrepidus ſuſtinet ea veritati non cohærere, quemadmodum ſatis comprobari putat ex Decretis, quæ tam in Tribunali A. C. quam à Sac. Congr. Immunitatis obtinuit, inquiens poſtremo nullam hac in re fidem promereri Epiſcopum, quippe, qui propriam agens cauſam totus in eo eſt, ut pretii ſeptuaginta modiorum tritrici in controverſam Miſſarum celebrationem peroeram erogati reſtitutionem devitet.

Manet itaque deliberandum.

An conſtet de ſufficienti adimplemento oneris Miſſarum in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Die

Die Sabbathi 17. Februarii 1742.

Res Cauſæ, quarum Deciſio ſub diem 16. Januarii proxime præteriti fuit ad hodiernam Congregationem dilata, mox ſubiicientur; Dubiis vero, quæ in earum ſecunda decidi poſtulabantur, alia duo, ita rogante Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Vaſionenſis, addita ſunt. Reſumpto itaque Folio ea die diſtributo, diguentur modo Eminentiſſimi PP. reſpondere.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI ELECTIONIS VICARII CAPITULARIS.

Seſſ. 24. c. 16. de ref.

I. *An vacante Sede Abbatiali Eccleſiæ S. Andreæ in Flumine liceat Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ S. Nicolai Terræ Pontiani eligere Vicarium Capitularem*, & quatenus affirmative.

II. *An electio ab eiſdem Archipresbytero, & Canonicis facta in perſona Canonici Benedicti Mancini ſuſtineatur*, & quatenus negative.

III. *An, & quomodo ſit providendum in caſu &c.*

Ad I., & II. negative. Ad III. ad D. Secretarium cum Sanctiſſimo pro deputatione Vicarii Apoſtolici.

VASIONEN. JURIUM PAROCHIALIUM.

Seſſ. 23. c. 13. de ref.

I. *An donatio Eccleſiæ B. M. de Campis cum ei contigua Domo facta per Epiſcopum Vaſionenſem Frvtribus Conventualibus ſubſtineatur in caſu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An liceat dictis Fratribus tumulare in eadem Eccleſia cadavera eorum, qui in ea elegerint ſepulturam.*

III. *An iiſdem Fratribus liceat celebrare Miſſas purificationis Mulierum, & ab eis oblationes recipere.*

IV. *An conſtet de attentatis, & quomodo ſint purganda in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ſervatis tamen conditionibus in Inſtrumento donationis appoſitis. Ad II. Affirmative ſub iiſdem conditionibus. Ad III. dilata; Ad IV. affirmative per viam nullitatis, & citra exhumationem Cadaveris.

NERITONEN. ADIMPLEMENTI ONERIS MISSARUM.

Seſſ. 22. Decr. de obſer. & evit. in celebrat. Miſſ.

An conſtet de ſufficienti adimplemento oneris Miſſarum in caſu &c.

Affirmative.

NUL-

Sess.24. c.12. de ref.

NULLIUS TERRÆ PUTIGNANI. Discussis inter cætera hisce Dubiis -- V. *An diebus ferialibus Abbas Ecclesiæ S. Mariæ de Græca valeat ad sui libitum præstare assistentiam Choro, sive potius teneatur assistere una cum aliis Presbyteris in uno ex tribus turnis hebdomadæ* -- VI. *An idem Abbas debeat subiacere punctaturis seu amissioni distributionum quotidianarum etiam diebus ferialibus*, -- sub diem 6. Maii superioris anni prodiit resolutio - *Ad V. negative quoad primam partem & affirmative quoad secundam* -- *Ad* VI. *affirmative* -- ; at huic Resolutioni non acquiescens memoratus Abbas, impetrato novæ Audientiæ beneficio, postulat ab Eminentissimis PP. deliberari.

An & quomodo sit standum, vel recedendum à decisis sub die 6. Maii 1741. quoad V. & VI. Dubium in casu &c.

In decisis in omnibus, & amplius.

Sess.5. c.1. de ref.

MELPHICTEN. UNIONIS. Causa hæc, quæ sub diem 18. Novembris superioris anni proposita, & definita fuit, hodie ad novum examen revocatur sub consueto Dubio.

An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess.14. c.12. & 13. de ref.

AQUIPENDIEN. BENEFICII. Marcus Paschalis in testamento sub diem 27. Aprilis 1739. condito simplex jussit ex universis Bonis suis hæreditariis Beneficium erigi, eo adiecto onere, ut Beneficiatus, sive Cappellanus pro tempore centum, & quinque Missas quotannis celebraret, omnibusque festis diebus Choro interesset, ibique divinis adsisteret officiis: Hujus vero dispositionis suæ Executorem nominavit Episcopum *col pregare* (sunt verba Testatoris) *Monsignor Illustrissimo sudetto a volerlo* (beneficium videlicet) *conferire al Chierico Antonio Bramanti di questa Città* - In codicillis autem subsequenti die 28. Aprilis perscriptis facultatem dedit eidem Episcopo moderandi, ac minuendi recensita onera Beneficiario imposita per hæc verba - *Aggiunse, e moderò, conforme aggiunge, e modera, e rimette in arbitrio di Monsig. Illustrissimo Vescovo di questa Città di poter diminuire l' obligo delle Messe suddette, ed ancora di poter dispensare al Beneficiato pro tempore l' obligo del Coro, e come meglio ad esso parerà, e piacerà*, -- ita demum subjungens -- *Nel rimanente poi conferma in tutto, e per tutto il sudetto di lui testamento quale ordina comanda, e vuole, che sia in tutte le sue parti, o particolarità intieramente osservato, ed adempito.*

Patefacta post obitum Testatoris hac ejus voluntate non destitit Clericus Antonius Bramanti rogare Episcopum Gritti tunc temporis Aquipendensis Ecclesiæ Præsulem, ut ad memorati Beneficii erectionem procederet, illudque sibi juxta mentem ejusdem pii Testatoris conferret, sed moras nectente Episcopo, Sacram adiit Congregationem Episcoporum, & Regularium imploraus ab illa juberi celerem voluntatis Fundatoris executionem, quam exposuit ex eo tantum ab Episcopo denegatam, quod ipse se mel tempore Baccanalium in domum cujusdam sui Consanguinei personatus concesserit.

Quum

Quum autem ſuper hiſce precibus Sacra Congregatio, priuſquam quidquam decerneret, voluerit audire Epiſcopum, is vero poſt datas eidem Congregationi die 5. Februarii 1740. ea ſuper re literas ſuas, memoratum Beneficium die 25. inſequentis Aprilis contulerit Clerico Felici Tanozzini, cui ſtatim quoque ejus tradidit poſſeſſionem, laudata S. C. Epiſcoporum, & Regularium, quæ interea temporis ad preces Clerici Bramanti juſſerat Vicario Apoſtolico ſubinde pro regimine Diœceſis Aquipendii delegato, ut candidiorem, ſive minus ſuſpectam exponeret relationem, tandem ea accepta, ſatius duxit totum iſtius cauſæ negocium una cum enunciatis tam Epiſcopi, quam Vicarii Apoſtolici literis ad Sacrum hunc Conſeſſum remittere.

Ex duplici potiſſimum capite ajebat Epiſcopus Gritti in ſuis literis, non deberi Clerico Bramanti controverſum Beneficium. Primo quia ipſe ita non fuerit a Teſtatore nominatus, ut præ ceteris debeat ad idem Beneficium inſtitui, ſed verba deprecativa in Teſtamento adhibita non neceſſitatem inſtituendi Perſonam ibi a Teſtatore deſignatam, ſed arbitrium potius Exequutori relictum indicent. Secundo quia Clericus Bramanti Baccanalium præſertim tempore laxioribus, & corruptis indulgens ſecularium moribus, larvata etiam Perſona incedens, quocumque obtinendi Beneficii jure indignum ſeſe reddiderit; prætereaque, & in literis hoſpes, & cantus Gregoriani imperitus nequeat recte obire munia, quæ ex Teſtatoris mente ſunt adimplenda.

Contra vero Clericus Bramanti, ut ſe ab impicta per Epiſcopum Gritti nota vindicet, teſtimonia exhibet tam Capituli Cathedralis Eccleſiæ, quam proprii Parochi, immo etiam Priorum Civitatis, qui ob morum probitatem, atque in percipiendis Sacramentis, Sacriſque obeundis functionibus frequentiam ipſum effuſe commendant. Ulterius expendenda proponit duo præcipue in facto notatu digna, quæ Vicarius Apoſtolicus Sacræ Congregationi Epiſcoporum renunciavit: alterum ſcilicet, quod Clericus Felix Tanozzini, dum Epiſcopus Gritti Beneficium ei contulit, ejuſdem Epiſcopi ſervitio addictus reperiebatur: alterum vero quod ipſe quidem Clericus Bramanti menſe Novembris 1739. fuit in Epiſcopali Curia inquiſitus ſuper aſſerto larvato inceſſu ad quaſdam Choreas præcedenti anno 1738. habitas, ſed ex Teſtibus in Proceſſiculo hanc ob cauſam confecto examinatis nihil amplius conſtiterit, quam quod veſtes quædam ipſi fuerint eum in finem commodatæ. De cetero Vicarius quoque Apoſtolicus non diffiteatur, eumdem Clericum Bramanti haud eum ſibi apparuiſſe, qualem deſcripſit Epiſcopus Gritti, quin vero ex pluribus allatis documentis hauſiſſe, quod Sacras ille Functiones, & Sacramenta frequentaverit, debitumque Cathedrali Eccleſiæ ſervitium præſtare haudquaquam neglexerit.

Ex his itaque arbitratur Clericus Bramanti, ſatis probari ſe minime indignum eſſe Beneficio, de quo agitur, adeoque inſtitutionem a Clerico Tanozzini obtentam, utpote contra mentem Fundatoris ab Epiſcopo Gritti datam ſuſtineri haud quaquam poſſe, quin immo attentatiætiam labe infectam eſſe, veluti expletam negocii iſtius examine in Sacra Congr. Epiſcoporum tunc adhuc pendente.

Quoniam vero ſæpedictus Epiſcopus Gritti eam in præfatis ſuis litteris agitavit quæſtionem, quod neceſſario inſtituendus non eſſet Clericus

Bramanti, quia Teſtator verbis uſus deprecativis nullum ipſi præceptum impoſuerit, ſed liberum ei reliquerit, alium quemcumque arbitrio ſuo deligendum inſtituere, non abs re eſt adnotare, communiter receptum eſſe, quod Teſtatoris voluntas quocumque modo expreſſa, ſive per verba præceptiva, aut juſſionem denotantia, ſive per deſiderium, aut preces, omnino ſervanda ſit, quemadmodum colligitur *ex Textu in L. etiam ff. de Leg.* 1. *ubi Ulpianus ait -- Etiam hoc modo cupio des, opto des, credo te daturum, Fideicommiſſum eſt*, atque ex aliis pluribus Juris Cæſarei locis, in quibus Legata, & Fideicommiſſa paſſim concepta leguntur per verbum *rogo*, ut videre eſt in *L. Rogo ff. de Fideic. Libert. L. cum Pater §. Rogo ff. de Legat. & Fideicom.* 2. *& L. ubi pure* 19. §. *Te Rogo, ff. ad Trebell.* Proptereaque etiam in hac Juriſpatronatus ſpecie quod verba, licet tantum deprecativa, neceſſitatem inducant, tradunt *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 50. *n.* 5. *Piton. de Controv. patron. alleg.* 30. *num.* 30.

Placeat igitur EE. PP. reſpondere.

I. *An Inſtitutio ad Beneficium de quo agitur, facta per Ordinarium favore Clerici Tanozzini ſuſtineatur, vel potius ſit attentate facta in caſu &c.* & quatenus negative ad primam, & affirmative ad ſecundam partem.

II. *An inſtitutio ad idem Beneficium debeatur Clerico Bramanti uti vocato a Teſtatore in caſu &c.*

Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam. Ad II. affirmative, & amplius.

Seſſ. 24. c. 1. de ref. Matr.

CASSANEN. MATRIMONII -- Poſtulante Joanne Baptiſta Baratta Civitatis Caſtrivillarum irritum declarari Matrimonium, quod inter Catharinam Filiam ſuam, & Clericum Simonem lo Lago contractum aſſerebatur, juſſus fuit Caſſanenſis Epiſcopus hac ſuper re Eminentiſs. PP. inſtruere; Is autem in Relatione ad S. Congr. tranſmiſſa expoſuit, Catharinam Baratta, ejuſdem Catharinæ Sororem, alioſque Conſanguineos die 29. Septemb. 1740. in propriam Parochialem Eccleſiam S. Mariæ de Caſtello conveniſſe, ibique quum omnes adſiſterent Miſſæ, quæ celebrabatur a Cappellano Curato, de repente tam dictam Catharinam, quam præfatum Clericum Simonem lo Lago, qui in alia ipſius Eccleſiæ parte degebat, ſurrexiſſe, manibuſque invicem apprehenſis ſeſe flexis genibus locaſſe prope gradum Altaris, ubi Clericus Simon elata voce dixit, ſe velle in Uxorem memoratam Catharinam ibi præſentem; ad hæc autem verba, quum cæperit Parochus illos increpare, nullum propterea Catharinæ reſponſum ab eo fuiſſe auditum, quamquam ex Teſtibus ibidem præſentibus unus aſſerat explicitum percepiſſe Catharinæ conſenſum, alii vero depoſuerint, ejus tantum Capitis inclinationem vidiſſe.

His ita peractis tam Simon, quam Catharina, quemadmodum rei ſeriem proſequens enarrat Epiſcopus, manibus ſe tenentes in quamdam Eccleſiæ Cappellam ſeceſſerunt, ubi quum morarentur, pluresque illuc rei novitate commoti, & aliqui præſertim Sacerdotes conveniſſent, aſtitit inter iſtos etiam Cappellanus Curatus S. Juliani prorſus dicti

dicti Clerici Simonis Parochus, quod probe animadvertens enunciatus Simon iterum coram dicto suo Parocho, pluribusque Testibus voluntatem suam ducendi in Uxorem præfatam Catharinam aperuit, cui respondens Catharina claris quoque verbis, & elata voce votum suum nubendi Clerico Simoni vicissim manifestavit; Simon quippe dixisse fertur -- *Sig. Cappellano, giacchè dicono le genti, che questa mattina non hanno inteso parlare la Signora Cattarina Baratta, quando abbiamo fatto il Matrimonio clandestino, sentila adesso -- Io voglio la Sig. Catarina Baratta qui presente per mia Moglie* --, Catharina vero - *Ed Io Cattarina vaglio Simone mio*.

elata hujus rei notitia ad Episcopalem Curiam, separati ab invicem fuere Simon, & Catharina, cumque istius voluntas fuerit subinde de ipsius Curiæ mandato explorata, comperta est in eadem sententia se conjungendi Clerico Simoni constans persistere; At se opponente memorato Ioanne Baptista ejus Genitore, qui præsertim obtendens, sæpedictum Simonem usque ab anno 1735. ausum fuisse Catharinam de domo Paterna rapere, hinc facile authumabat sibe ob crimen raptus, sive ex defectu liberi consensus invalidum judicandum esse Matrimonium modo superius exposito contractum, debuit in eo rerum statu Episcopus præcipere confectionem Processus tam super asserto raptu, quam super circumstantiis Matrimonii prædicta die 29. Septembris 1740. initi; cumque ex illo nihil relevans, ut ipse modo refert, ad probandum assertum raptum colligatur, & alioquin satis constet de consensu utriusque coram Parocho, & Testibus explicato, rogant propterea sæpedicti Simon, & Catharina, ut Eminentiss. PP. ex juribus utrinque afferendis definire dignentur.

An constet de validitate Matrimonii in casu &c.

Affirmative, & amplius.

CIVITATIS DUCALIS SUSPENSIONIS, ET IRREGULARITATIS. Jo: Baptista Amadei Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi *del Borgo*, & alii ejusdem Ecclesiæ Canonici in quodam supplici libello nunciarunt Episcopo Sacerdotem Sanctem Colacicchi itidem præfatæ Collegiatæ Canonicum, expleto jam munere Procuratoris Capituli, summam ducatorum 42. ad idem Capitulum spectantem sibi retinuisse, quin eam, oblata licet occasione, penes idoneas personas ad censum præbere voluerit: Episcopus vero super eodem libello verba hæc, quæ proprio nomine, & charactere subsignata cernuntur, curavit apponi „ Illmus D. capta extrajudiciali informatione, & audito R. D. Joanne Marchetti Archipresbytero, Canonico D. Theodoro Pezzola, & Canonico D. Matthæo Berettini, verisque repertis omnibus expositis in dicto supplici libello, nec non constito, enunciatam pecuniam capitalis census esse contra dispositionem *extravag. Ambitiosæ* per dictum Canonicum D. Sanctem Colacicchi „ alienatam. & in proprium usum, & Canonici Joannis Mariæ Matteangeli Procuratoris Capituli conversam dixit ad mentem -- & „ mens est, quod mandetur Canonico D. Sanctæ Colacicchi Terræ „ Burgi, quod statim se conferat in Civitate Ducali ad finem &c. & inte-

Sess. 22. Dec. de observ. & evit. in celeb. Miss.

„ interim juſtis de cauſis dictam mentem Illuſtriſſimi D. digne mo-
„ ventibus à divinis ſuſpendeatur &c. & ordo cum ſuſpenſione ex-
pediatur.

Juxta hoc reſcriptum monitus fuit Canonicus Colacicchi ſub diem 29. Martii 1741. ad ſe conferendum, nulla interpoſita mora in Civitatem Ducalem, ac una ſimul certior factus eſt de injuncta ſibi ſuſpenſione à divinis; Poſt biduum vero exponente Promotore Fiſcali Epiſcopalis Curiæ ſibi innotuiſſe, quod idem Canonicus Colacicchi vice parendi enunciato præcepto fugerat in locum quemdam Diæceſis Reatinæ, ut ſeſe ita ſubtraheret pœnis etiam ob alia crimina promeritis & præſertim ob pravam vitam cum plurium offenſione traductam, quum ſæpeebrius in ipſomet Choro tempore divinorum Officiorum fuerit deprehenſus, & quandoque plures una eademque die celebraverit Miſſas, ac demum agros Beneficiorum, quæ poſſidet, frugiferis recisis Arboribus, devaſtaverit, juſſit Epiſcopus, ut ſuper his omnibus diligens fieret inquiſitio.

Vocatis itaque in hunc finem nonnullis Teſtibus à Promotore Fiſcali indicatis, comparuerunt imprimis coram Epiſcopo ſub diem 31. præfati menſis Martii Joannes Marchetti Archipresbyter, ac Matthæus Berettini, qui præſertim interrogati, num pretium ex antiquis Capituli ceaſibus receptum poſthac fuerit in aliorum emptionem converſum, reſponderunt ex hujuſmodi pretio ſummam ducatorum 42. circiter remanſiſſe penes Canonicum Colacicchi, ab eoque ſubinde ducatos quindecim ſolutos fuiſſe Joanni Mariæ Matteangeli hodierno Procuratori Capituli, ut idem in ipſius Capituli beneficium impenderentur, reliquos vero ducatos ſeptem ſupra viginti, præcedenti tantum heſterna die, uti vulgatum eſt, fuiſſe pro Capitulo inveſtitos.

Alii autem inducti Teſtes, nimirum bini Sacerdotes Joſeph Colacicchi, ac Petrus Paſchalis, interrogati præcipue ſuper vita, & fama Canonici Sanctis Colacicchi, & ſuper cura, quam ipſe habet Prædiorum ad ſua Eccleſiaſtica Beneficia ſpectantium, adfirmarunt, eum frequenter obrui vino, ac tremulentum aliquando interfuiſſe Choro, & Divinis Officiis cum gravi perturbatione totius Capituli, in colendis vero, & ſervandis Prædiis Beneficiorum, quæ poſsidet, adeo male ſe gerere, ut ea inculta fere, ac ſterilia remanſerint, deque hac ejus negligentia, imo etiam culpa in depopulandis Agris eorumdem Beneficiorum depoſuerunt pariter ſub judiciario examine recepti Joannes Colacicchi, & Dominicus Paſchalis.

Poſt hæc inſpecti fuerunt juſſu Epiſcopi ab aliis quibuſdam Teſtibus, & à Cancellario Curiæ Epiſcopalis tum liber complectens adnotationes Miſſarum manu, ſive charactere Canonici Colacicchi exaratas, tum liber rationum Confraternitatis S. Mariæ Angelorum, & Sanctiſſimi Roſarii, in quorum primo apparuit Canonicum Colacicchi die 18. Octobris, atque altera die 20. Octobris 1739. duplicem Miſſæ celebrationem pro una, eademque die, ac duplicis Miſſarum oneris adimplemento adnotaſſe, ex altero vero, inter expenſas ab Auguſtino Colacicchi ejuſdem Canonici Sanctis Colacicchi Fratre, & Bartholomæo Blaſio veluti ipſius Confraternitatis Procuratoribus factas hanc ſignanter ſub menſem Auguſti 1721. deſcriptam reperiri „ A di

„ 16. detto per una reliquia, e reliquiaro del Manto della Santiſſima „ Vergine, e quella della Santiſſima Croce fu donato da P. Santi „ Colacicchi tre ſcudi.

Dum vero Proceſſus iſte inſtrueretur, ſæpedictus Canonicus Colacicchi, qui à priori Epiſcopi Decreto provocaverat ad A. C., literas, quas vocant inhibitoriales, ab eodem impetravit, in quibus committebatur omnibus Sacerdotibus ad audiendas Confeſſiones approbatis, ſpeciatim vero illi, quem Epiſcopus ab eodem Canonico Colacicchi requiſitus *poſt triduum a die requiſitionis* deputaſſet, ut Canonicum præfatum, quatenus deputatio prædicta intra triduum ſequuta non eſſet, à ſuſpenſione per duos menſes cum reincidentia abſolverent. Literæ iſtæ fuerunt exhibitæ Epiſcopo, qui, uti afferitur, paratum ſe obtulit, Sacerdotem pro impartienda abſolutione Canonico Colacicchi delegare, ſed is irrequiſito Epiſcopo adiit Archipresbyterum Collegiatæ Oppidi Burgi, a quo abſolutus non dubitavit poſtea Miſſæ ſacrum conficere.

In hoc rerum ſtatu contendens Promotor Fiſcalis de viribus ſuſpenſionis ab Epiſcopo indictæ cognoſcendum non eſſe a Tribunali A. C. in civilibus, ſed totum iſtud negocium pertinere ad ipſam Curiam Epiſcopalem Civitatis Ducalis in criminalibus, in hunc propterea finem inſtantiam ſuam promovit coram Auditore Sanctiſſimi, qui tamen controverſiam ſuper enunciata redditione rationis pecuniarum ad Capitulum ſpectantium rejecit ad A. C., alteram vero ſuper d. ſuſpenſionis pœna huic ſacro Confeſſui delegavit. Quum itaque paucis ab hinc menſibus Canonicus Colacicchi à præfato Tribunali A. C. ſententiam obtinuerit, qua, revocato Epiſcopi decreto illum declarante incurſum in pœnas *extravag. Ambitioſæ*, pronunciatum eſt, eumdem fuiſſe calumnioſe in dicta Curia accuſatum, proindeque ab impetitis abſolvendum, poſtulat modo ab EE. PP. reſponderi, num ipſe fuerit valide, & juſte ſæpedicta ſuſpenſionis pœna multatus.

Porro is invalidam authumat ſuſpenſionem ſibi indictam, quippe quam nulla præceſſerit monitio, aut comminatio: Injuſtam vero, utpote non aliquo promeritam flagitio ejuſmodi punitione plectendo; Quod enim attinet ad neglectum pecuniæ capitularis frugiferum, quod ajunt inveſtimentum, jam ſatis id ſibi per calumniam impictum probari inquit ex memorata ſententia A. C.; Quod vero duplex Miſſæ celebratio una, eademque die reperiatur ab ipſo in Miſſarum libro adnotata, præterquam quod propugnat, haud quaquam inde colligi, binas Miſſas à ſe fuiſſe una die celebratas, quum Archipresbyter æque ac alii Canonici, & Sacerdotes Oppidi Burgi teſtentur, hanc eſſe in nuiverſa Diæceſi conſuetudinem adnotandi quandoque uno, eodemque tempore plures Miſſarum celebrationes, quæ reipſa peractæ non ſint, ſed inſequentibus diebus abſolventur, exhibet præterea juratam atteſtationem trium Sacerdotum afferentium, quod de hac iterata Miſſarum celebratione jam pridem accuſatus, ineunte anno 1740. ab Epiſcopo, qui ob id illum à divinis ſuſpenderat „ avendo poi riconoſciuto, che „ una di dette giornate era ſtata falſificata „ fuit abſolutus. Quod demum ſpectat ad Prædia ſuorum Beneficiorum neglecta, ſive ad ſquallidum redacta ſtatum, & ad oppoſitum ebrietatis vitium, nec

bene

bene moratum vivendi genus, hæc omnia ſuſtinet ſibi ex invidia falſo afficta, quum teſtimonium exhibeat, tum Peritorum ſub juramento adfirmantium Agros prædictos optime excultos, multiſque Vitium,& aliarum Arborũ plantationibus auctos,tum Archipresbyteri, Canonicorum, & quorumdam ejuſdem Oppidi Burgi Religioſorum, qui ipſum à doctrina, pietate, probiſque moribus plurimum commendant.

Ex his autem quum putet Canonicus Colacicchi ſatis conſtare de invaliditate, & injuſtitia ſuſpenſionis ſibi inflictæ, ſupervacaneum ducit alteram aggredi quæſtionem in ſecundo ex Dubiis mox deſcribendis ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis expoſitam, num ipſe incurrerit irregularitatem ex eo, quod Miſſam celebravit prævia abſolutione in vim literarum Auditoris Cameræ ab alio quam a ſuo Epiſcopo impetrata, id unum poſtremo arbitrans ſibi maxime ſuffragari, quod ab omni prorſus dolo, & contemptu immunis ea in re fuiſſe,palam comperiatur.

Omnibus itaque expenſis onus erit EE. VV. decidere.

I. *An conſtet de validitate, & juſtitia editæ ſuſpenſionis*, & quatenus affirmative.

II. *An conſtet de Irregularitate per ſuſpenſum incurſa ex cauſa celebrationis Miſſæ prævia abſolutione ab alio, quam ab Ordinario ſuſcepta in caſu &c.*

Seſſ. 14. c. 11. de ref.

MEDIOLANEN. Bonifacius Majocchi Religioſus commiſſus, ſive, ut vulgo dicitur, Converſus in Monaſterio S. Simpliciani Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis cupiens ad Sacros Ordines promoveri titulo cujuſdam ſimplicis Beneficii, quod veluti de jurepatronatus Familiæ ſuæ ſe facile aſſecuturum aſſerit, ſupplicavit Sanctiſſimo, ut eam ob cauſam poteſtatem ſibi faceret egrediendi e Monaſterio, & qualemcumque regularem ſuum habitum dimittendi. Hiſce autem precibus ad Sacram Congregationem remiſſis, Vicarius Generalis D. Cardinalis Archiepiſcopi Mediolanenſis, cui datæ fuerant literæ, ut ea de re quid ſentiret, audito Superiore præfati Monaſterii, exponeret, ſub diem 6. Aprilis 1740. juſſu dicti Eminentiſſimi Antiſtitis tunc in Urbe degentis retulit, Superiorem Monaſterii, quem petitionis à Bonifacio promotæ conſcium fecit, ejuſdem pietate, ac obedientia ſupra viginti annos in Clauſtris præſtita commendatis, aſſeruiſſe, facultatem Religioni non eſſe ejus precibus annuendi, quum ab Ordinis Conſtitutionibus vetitum ſit Religioſis commiſſis literas ediſcere, quia vero ab Abbate Prædeceſſore permiſſum fuit Oratori per annos quatuor ſtudiis vacare,Religioni propterea minime diſplicere, ſi Orator ab ea egrediatur, & ſacris initietur Ordinibus, quoties idoneum ad id titulum habeat.

Juſſus vero poſthac ſuper eodem negocio ſententiam ſuam proferre Procurator Generalis Congregationis Caſſinenſis ſignificavit, Converſos, ſive, ut ajunt, Commiſſos ſua in Congregatione receptos,poſt unius, aut plurium etiam annorum probationem, ſtabilitatem polliceri, & ſimplicia emittere Religionis Vota, iis vero donec in eadem Congregatione permanent, ex præſcripto Conſtitutionum nullo modo ad ſa-

cros

cros Ordines patere aſcenſum ; Et qamquam nonnullas ob cauſas in dictis Conſtitutionibus expreſſas Converſi queant à Congregatione dimitti, valde tamen inter Doctiores ejuſdem Congregationis dubitari, num id Superioribus liceat eam tantum ob cauſam, ut quis ita dimiſſus, ac ſimplicibus Religionis Votis exſolutus ad ſacros poſſit Ordines promoveri : Cæterum ſe exiſtimare, quod Sacræ hujus Congregationis auctoritate decerni queat, ut eum Superiores in finem propoſitum à Congregatione dimittant, præſertim quia Orator ipſe affirmat, ſibi non deeſſe Beneficium ſimplex, ad cujus titulum ordinetur.

Sane præter peculiares Ordinum Conſtitutiones. inſpecto etiam communi jure, interdictum eſt Religioſis Laicis, ſive Converſis ad ſacros Ordines aſcendere, quemadmodum ſtatuit *ſ. m. Clemens VIII. in ejus Conſtit.* 83. §.34., *& ſ. m. Urbanus VIII. in Conſtit.* 26. in hæc verba „ Qui ad Converſorum habitum ſuſcepti fuerint, ad Clerico- „ rum ſtatum tranſire etiam durante tempore probationis non poſſint „ & tradunt *Eminentiſſimus Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. Conſtit.*8. *Eugenii IV.num.*16.*Paſſerinus de ſtat.hom. tom.*3. *quæſt.*189. *artic.*8. *num.*227. *Donatus rer. regul. tom.*2.*par.*2. *tract.*14. *quæſt.*14. *num.*1. *&* 2., qui ſubdit, optima ratione id factum eſſe,ut juxta præceptum Apoſtoli 1. *Cor. c.*7., unuſquiſque permaneat in ſua vocatione, in qua vocatus eſt, & ut item auferatur anſa, & occaſio ambitionis, qua ſolent homines altiora appetere non ſine murmure, & Prælatorum moleſtia.

At ubi juſtæ in hypotheſi ſuppeterent cauſſæ, ob quas videretur concedi poſſe Oratori tranſitum ad ſacros Ordines, major forte occurreret dubitandi occaſio, num ob id permittendus ſit illi egreſſus e Monaſterio, deceatque abſolutionem à ſimplicibus, quæ emiſit, Religionis Votis impartiri. Quæſtio namque excitata fuit utique inter Doctores, an Religioſus Laicus tranſire queat ad aliam Religionem minus arctam, ut in ea ad ſtatum Clericalem elevetur, quod negat *Suarez tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*3. *cap.*10. *n.*11., quia Clericatus per ſe, ut inquit, non pertineat ad ſtatum perfectionis,neque illam conferat, licet eam ſuo modo poſtulet, affirmant vero cum *D. Thoma* quidam relati per *Paſſerin. de ſtat. homin. tom.*3., *quæſt.*189.*artic.*8. *num.*229. qui tamen *n.*239. ad rationem à *Suarez* allatam reſpondet,Clericatum quidem non eſſe ſtatum perfectionis ſimpliciter, ideoque non licere tranſitum Religioſi ad Clericos ſæculares, quia Clericus non eſt in ſtatu perfectionis,licere vero tranſitum Religioſi Laici ad Regularem ſtatum Clericorum, utpote à ſtatu minus perfecto ad perfectiorem.

Præter hæc oporteret quoque ponderare, quibuſnam clauſulis temperanda foret facultas, quæ fieret Oratori egrediendi e Monaſterio ob cauſſam ſuſcipiendi Ordines ſacros ; Si enim Orator poſt obtentum a Clauſtris egreſſum, ſive ex poſſibili, frequentique humanæ voluntatis inconſtantia, ſive ob neceſſariæ doctrinæ defectum, ſive ob aliquam, quæ illi ſuperveniret, infirmitatem, ſive demum, quia congruo deſtitutus Beneficio, ſacris Ordinibus non initiaretur, decernendum profecto eſſet, num ob eam tantum cauſſam a Monaſterio dimiſſus, liber impoſterum Judicandus omnino foret à Votis Religionis

gionis, vel potius aliqua lege, & qua ratione ad eorum observantiam revocari posset, atque deberet.

Placeat itaque EE. VV. pronuciare.

An sit permittendus Bonifacio Majocchi Commisso Casinensis Congregationis egressus ab eadem Congregatione ad effectum suscipiendi sacros Ordines in casu &c.

Die Sabbathi 10. Martii 1742.

QUum binæ, quæ priori loco mox describentur Causæ, in postrema Congregatione sub diem 17. Februarii proxime præteriti habita remanserint indecisæ, placeat hodie Eminentissimis PP., resumpto Folio tunc distributo, respondere.

Sess. 22. Dec. de observ. & evit. in celeb. Miss.

CIVITATIS DUCALIS SUSPENSIONIS, ET IRREGULARITATIS.

I. *An constet de validitate, & justitia editæ suspensionis*, & quatenus affirmative.

II. *An constet de irregularitate per suspensum incursa ex causa celebrationis Missæ prævia absolutione ab alio, quam ab Ordinario susceptæ in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. provisum in primo.

Sess. 14. c. 11. de refor.

MEDIOLANEN.

An sit permittendus Bonifacio Majocchi commisso Casinensis Congregationis egressus ab eadem Congregatione ad effectum suscipiendi Sacros Ordines in casu &c.

Negative.

Sess. 22. c. 4. de ref.

VALENTINA CAPPELLANIARUM. Causa hæc proposita in Congregatione diei 23. Septembris superioris anni nequivit ea die ob suffragiorum scissuram definiri; Urgentibus jam vero illius decisionem Fratribus de Melia, quorum instantiæ num velint modo Administratores Hæreditatis Augustini Ximeno de cetero jampridem excitati sese contradictores præbere, quum adhuc ignotum sit, rogantur Eminentiæ VV. inspecta facti serie in Folio diei 9. præfati mensis Septembris late exposita, perpensisque tum veteribus, tum novis juribus eorumdem Fratrum nomine circumferendis deliberare.

I. *An sustineantur sententiæ, seu provisiones Curiæ Archiepiscopalis Valentinæ latæ tam super augmento annui reditus assignato Cappellaniis*

niis possidendis a residentibus in Ecclesia Sanctæ Theclæ, quam super destinatione Cappellaniarum, & assignatione redituum pro descendentibus a Josepho Ximeno eidem residentiæ non incumbentibus in casu &c. & quatenus negative.

II. *An superextantes reditus bonorum hæreditatis Canonici Augustini Ximeno cedere debeant in stipendium dictarum Cappellaniarum, deductis tamen prius oneribus, & æquali portione redituum sextæ Cappellaniæ erigendæ*, & quatenus affirmative.

III. *An dicto augmento æqualiter frui debeant Vincentius, Petrus, & Christopharus fratres de Melia moderni Cappellani, seu Beneficiati, & alii futuri descendentes a Josepho Ximeno, quamvis non resideant in dicta Ecclesia, nec subeant onera per Fundatorem imposita cæteris Beneficiatis in casu &c.*

IV. *An, & quomodo sit providendum quoad sextam Cappellaniam in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. affirmative ad formam testamenti. Ad III. negative quoad modernos Cappellanos, & alios descendentes a Josepho Ximeno per lineam fœmininam. Ad IV. celebrandas esse pro nunc tot Missas ad rationem eleemosynæ manualis pro rata redituum.

MELEVITANA VACATIONUM. Capitulum insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Pauli nuper in Civitate Vallettæ erectæ in supplici libello Sacro huic Consessui sub initium anni 1739. exhibito declarari postulavit, annuam sibi trium mensium vacationem competere juxta id, quod disponitur a S. Tridentino Concilio *Sess.24. cap.12. de ref.* vel saltem ejusmodi vacationem sibi ex gratia indulgeri. *Sess.24. c.12 de ref.*

Jussi super hisce precibus Sacram Congregationem instruere, suamque aperire sententiam tam Episcopus, quam Inquisitor Generalis in Insula Melevitana residens, hæc in sua Relatione sub diem 15. Junii 1739. data præmisit Episcopus -- „ Mi dò l' onore di riferire „all' Eminenze Vostre, che le rendite di ciaschedun Cano- „nicato non ascendono, che a scudi 52. in circa di questa mo- „neta, che rilevano scudi rom. Ventitre, e baj.30., come costa dall' „anneſſo attestato del Computista Generale della Curia Vescovile, „e che Caterina Valenti fondatrice di detti Canonicati ha posto in li- „mine erectionis, che siano tenuti a recitare tutto l' Offizio Divino „tutti i giorni dell' anno, come pure Camilla Cagnani ha voluto „nella sua fondazione, che il Prepositο, e Canonico da essa fondati „siano puntati al pari degl' àltri Canonici di detta Collegiata, ficco- „me si degneranno l' EE. VV. osservare nelle due Copie autentiche „delle dette fondazioni; Devo poi rendere intese l' EE. VV., che „presentemente la Collegiata e composta dell' Arciprete Curato di „detta Chiesa, del Prepositο, e di sei Canonici, e ben vero, che li „tre Beneficiàti, con cui sono in lite li sopradetti Canonici, guada- „gnando la loro Causa, verrà accresciuto il Capitolo di altri tre Ca- „nonicati, che formeranno il solo numero d' undici „--; dein vero „ita concludit -- „ Onde la tenuità di detto numero, come pure la „ mente delle Fondatrici ripugnando egualmente alle due domande „ fatte dalli sudetti Canonici, lascio all' alta considerazione dell' „ EE. VV. l' esame, se i medesimi devono essere esauditi &c. --

Contra vero Inquisitor Generalis, postquam exposuit, Capitulum istud majori ex parte componi a pluribus Beneficiis fundationis *Valentinæ* nuncupatæ in totidem Canonicatus, & Præbendas, vigore literarum Apostolicarum commutatis, proindeque, licet ex lege ejusdem fundationis omnes præfatorum Beneficiorum fructus partiri debuissent juxta ratam servitiorum in quotidianas distributiones, modo tamen ob immutationem prædictam, novamque superinductam Canonicatuum qualitatem, æquum videri, ut, assignata tertia redituum parte pro distributionibus quotidianis, reliquæ duæ portiones in locum Præbendæ succedant, quas absentes quoque lucrentur, ita demum subjunxit -- Voti compotes fieri dignos censerem Canonicos ejusdem Collegiatæ in altero capite supplicis libelli EE. VV. porrecti, obtinendi scilicet vacationes trium mensium, quas Concilium Tridentinum *Sess.24. cap.12. de Reform.* indulsit omnibus Capitulis tam Cathedralium, quam Collegiatarum. eademque consuetudo servatur in Ecclesia Cathedrali, binisque Collegiatis hujus Diœcesis, eoque magis, quod Canonici novæ Collegiatæ ultra Adventum, Quadragesimam, ac solemniores festivitates interesse pariter conveniunt cunctis Dominicis, ac diebus festis totius anni, in modum, ut, his temporibus omnino exceptis, de cætero tantum vacationes, consequi flagitant, immo ut satis consultum sit Ecclesiæ decori, & Divinarum laudum Psalmodiæ, eam acceptare alternativam parati sunt, ut non plures, quam tres Canonici abesse insimul debeant ab Ecclesiæ servitio, per quam sane discretam vacationum distributionem congruo inservientium numero Chorus nunquam privabitur, sed octo semper Canonici Sacra celebrabunt Officia, duo Cappellani, & duo itidem Clerici, atque his alii duo Cappellani, & duo Clerici quamprimum adiicientur.

Ab anno 1739., quo habitæ fuerunt ejusmodi relationes, ad hanc usque diem subtitit Capitulum a prosecutione suæ instantiæ, ut interim juxta spem suam Canonicorum numerus augeretur, quemadmodum reipsa adauctus est, quum undecim modo sint Canonici ultra duas Dignitates, additique insuper fuerint quatuor Mansionarii servitio Chori, & Ecclesiæ assidue obstricti, præter quatuordecim Presbyteros nuncupatos *Communistas*, qui alternatim singulis diebus festis Choro interfunt. In hoc itaque rerum statu preces suas hodie redintegrat idem Capitulum, utque EE. PP. libentius eas queant pronis auribus excipere, pollicetur, omnes Canonicos una cum dictis Mansionariis, & Presbyteris Communistis fore singulis diebus festis Choro interfuturos, diebus vero ferialibus numerum octo, aut etiam novem Canonicorum præter antedictos Mansionarios defecturum non esse. Ponderandum præterea exponit tenuitatem reddituum, e cujus conspectu confidit, gravia nimis æstimanda esse onera, quibus Canonici subiiciuntur, nisi servitium Chori petito vacationis indulto temperetur.

Ad hanc rem conferunt adnotata in Foliis dierum 5. Decembris 1739., & 3. Septembris 1740. *in Capuana Indulti*, quibus perpensis una cum juribus nomine sæpedicti Capituli afferendis decernere oportet.

An Capitulo, & Canonicis Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Pauli Civitatis Vallettæ competat annua vacatio trium mensium juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess.24. cap.12. de ref.; vel saltem ex gratia sit concedenda in casu &c.

Esse concedendam ex gratia facto verbo cum Sanctissimo.

POLI-

POLI CASTREN. PROCURATIONIS. In Congregatione die 1. Junii 1737. fuerunt inter cætera ad petitionem Archipresbyteri Parochialis, & receptitiæ Ecclesiæ S. Nicolai Oppidi Laureæ, & plurium Presbyterorum ejusdem Loci discussa quatuor hæc Dubia -- I. *An Episcopus in actu visitationis possit exigere ab Archipresbytero, & Clericis participantibus Ecclesiæ S. Nicolai procurationem in casu &c.*, & quatenus affirmative -- II. *An dictus Episcopus possit exigere ab eodem Archipresbytero, & Clericis, ultra procurationem duc. 15. in pecunia, victualia, & vecturas equorum pro se, & familia in casu &c.* -- III. *An idem Episcopus, non completo anno ab ultima visitatione, possit iterum eamdem Ecclesiam visitare, & aliam procurationem à visitandis exigere*, & quatenus in omnibus negative -- IV. *An præfatus Episcopus teneatur restituere huc usque exactum*, -- rescriptumque fuit -- *Ad* I. *Negative, quatenus Episcopus resideat aliqua parte anni in Terra Laureæ* -- *Ad* II. *Negative.* -- *Ad* III. *Affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam* -- *Ad* IV. *ad mentem.* -- *Sess. 23. c. 3. de ref.*

In hodierno autem Consessu idem Archipresbyter una cum dictis Presbyteris exponens, Episcopum moram in Oppido Laureæ traxisse, atque posthabita enunciata resolutione, procurationem singulis annis voluisse exigere, supplicat hæc alia duo Dubia ab EE. PP. decidi.

I. *An constet de exactione procurationum contra formam resolutionis Sacræ Congregationis diei 1. Junii 1727. in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An Episcopus Policastren. incurrerit pœnas contentas in cap. exigit de censib. in 6., & cap. 3. Sess. 20. de Reform. Sac. Concilii Trident. in casu &c.*

Dilata ad primam post Agnos.

BOJANEN. SPOLII. In testamento sub annum 1738. condito b.m. Nuncius Baccari Episcopus Bojanensis, & Eminentissimi Cardinalis Vicarii in Urbe Vicesgerens, Cathedralem suam Ecclesiam hæredem scripsit ex Bonis, quæ in Bojanensi Diœcesi possidebat, impositio tamen onere, ut ex eorumdem Bonorum fructibus tot Missæ, ac unum Anniversarium a Canonicis, & Mansionariis ipsius Cathedralis quotannis in animæ suæ suffragationem celebrentur; in cæteris vero Bonis extra dictam Diœcesim existentibus hæredem esse voluit Philippum Baccari Fratris sui Filium, utens Apostolico Indulto disponendi de rebus Ecclesiasticis, quo uti Episcopus Pontificio Solio assistens potiebatur. *Sess. 24. c. 12. de refor.*

Testamentariam hanc dispositionem Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Bojanensis, secuto testatoris obitu, cæpit impugnare, contendens, eam ex duplici capite irritam esse, altero scilicet, quod destituta sit solemnitatibus ad Testamenti validitatem præscriptis in notissima *L. Hac consultissima Cod. de testam.*, altero autem, quod eidem Episcopo minime licuerit, neque in propriæ animæ suffragationem disponere de Bonis illis, quæ vi vulgatæ Constitutionis Innocentianæ incipien. *Inscrutabili* debent in beneficium Cathedralis erogari; Ad hæc vero authumat idem Promotor Fiscalis, quod si dispositio prædicta juxta suam petitionem invalida judicetur, cogendi sint Canonici, & Mansiona-

sionarii omnia Bona hæreditaria dicti Episcopi restituere, ut eorum valor in compendium Cathedralis expendatur.

Modernus Bojanensis Episcopus late in sua relatione exponit momenta, quibus Promotor Fiscalis postulationis suæ justitiam conatur evincere; Capitulum vero Sacræ hujus Congregationis jussu ad deducenda jura sua sub consueta congrui termini præfixione excitatū nihil hactenus attulit. Perpensis itaque, una cum iis, quæ nomine memorati Fisci circumferentur, Resolutionibus Sacræ Congregationis relatis *in Folio diei* 24. *Septembris* 1740.; ex quibus patet, eamdem S. Congregationem non semel irritas declarasse similes dispositiones in fraudem spolii factas, etiam sub onere celebrationis Missarum, dignabuntur Eminentissimi PP. pronunciare.

I. *An constet de nullitate testamenti bo. me. Nuntii Baccarii Episcopi Bojanen. quoad onus injunctum Canonicis, & Mansionariis Cathedralis Bojani pro celebratione Missarum perpetuarum in suffragium ejus animæ in casu &c.*

II. *An dicti Canonici, & Mansionarii assignare teneantur favore ejusdem Cathedralis summam ab ejus hæreditate retractam, & pro satisfactione oneris dictarum Missarum investitam in casu &c.*

Ad utrumque affirmative.

Sess. 23. c. 13. de reform.

SABINEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Eutichius Greppi alter ex duobus Canonicis, qui una cum Archipresbytero in Parochiali Ecclesia Oppidi Nerulæ reperiuntur, sub annum 1737. Sacrum hunc adiit Confessum postulans, se declarari immunem ab onere coadjuvandi dictum Archipresbyterum in Animarum curæ exercitio, nunc vero acquiescens resolutioni, qua Eminentissimi PP. decreverunt, ipsum teneri controversum onus subire, ad dirimendas plurimas controversias subinde obortas super tempore, & modo, quibus ipse debeat Archipresbyterum coadjuvare, nec non super canendi quasdam Missas, nonnullasque explendi functiones, & demum super solutione eleemosynæ earumdem Missarum, enixe instat pro decisione sexdecim Dubiorum, quæ mox describentur.

Rogatus Eminentissimus Episcopus de tot hisce nuper excitatis quæstionibus Sacram Congregationem instruere, suamque aperire sententiam folia quædam tam ab Euthichio Greppi, quam ab Archipresbytero Nerulæ Vicario Foraneo ejusdem Oppidi communicata transmisit, sese de cætero remittens ad jura, quæ a Partibus collitigantibus super isto frequenti Dubiorum agmine circumferentur.

Iis igitur inspectis, placeat Eminentissimis PP. respondere.

I. *An, & per quantum tempus, junctis interpolatis absentiæ vicibus, liceat Parocho quolibet anno abesse a Parochia.*

II. *An pro tempore absentiæ teneatur relinquere substitutum.*

III. *An, & per quantum tempus, junctis interpolatis absentiæ vicibus, liceat Canonicis quolibet anno abesse à residentia.*

IV. *An pro tempore absentiæ teneantur relinquere substitutos.*

V. *An Parochus præsens, & non impeditus, nec in aliis exercitiis parochialibus occupatus debeat per se ipsum exercere munia parochialia.*

VI. *An concurrente necessitate assistendi infirmo de tempore exercitiorum paro-*

parochialium in Ecclesia spectet ad Parochum assistentia præstanda infirmo, seu potius ad Canonicos.

VII. *An in solemnitatibus incidentibus in die, quo spectat ad Canonicos jus canendi Missam etiam solemnem, competat Parocho jus dictam Missam canendi*; & quatenus affirmative.

VIII. *An sit præstanda Parocho eleemosyna, quæ competit Canonicis.*

IX. *An idem jus canendi Missam etiam solemnem in aliis Festis minus solemnibus, tam de præcepto, quam ex devotione cujuscumque in diebus spectantibus ad Canonicos, spectet ad Parochum &c.* & quatenus affirmative.

X. *An eidem Parocho sit præstanda eleemosyna.*

XI. *An Parochus singulis diebus festis teneatur sacrificium applicare pro populo.*

XII. *An Canonicis subrogantibus alium Presbyterum in eorum locum jus competat Parocho celebrandi, seu officiandi in exclusionem dicti substituti*; & quatenus affirmative.

XIII. *An eidem Parocho competat eleemosyna, seu emolumentum.*

XIV. *An sit facienda repartitio officiorum, seu anniversariorum, quæ celebrantur per Confraternitates, vel Confratres, vel ex quæstuationibus, itaut distribuantur æqualiter in diebus, quibus spectat ad Parochum, & Canonicos cantus Missæ, seu potius competat Parocho, itaut celebrentur in suis diebus.*

XV. *An quando canenda est Missa solemnis, vel minus solemnis pro defuncto præsente cadavere in die festo etiam solemni occurrente in diebus, quibus spectat ad Canonicos jus canendi Missam spectet ad Parochum canere dictam Missam de Requie pro Defuncto, & aliam solemnem, vel minus solemnem ad Canonicos*; & quatenus affirmative.

XVI. *An eidem Parocho, seu potius Canonico danda sit eleemosyna supradictæ Missæ de Requie, quando nulla adsit eleemosyna pro alia Missa de Sancto in casu &c.*

Ad I. licere tantum juxta dispositionem Sac. Concilii Trid. Ad II. affirmative arbitrio Eminentissimi Episcopi. Ad III. servandam esse etiam quoad Canonicos dictã dispositionem Tridentini. Ad IV. arbitrio Eminentissimi Episcopi. Ad V. affirmative. Ad VI. & reliqua ad Eminentissimum Episcopum cum facultatibus necessariis, & opportunis etiam concordandi.

URBEVETANA LEGATI. Joseph Maffei in supremis, cum quibus decessit, tabulis, sub diem 17. mensis Junii 1740., universalibus sibi scriptis hæredibus Jo. Baptista, & Francisco de Maffeis Fratris sui Filiis, summam scut. 1092. a Marchione Pompejo de Monte sibi debitam legavit pio operi Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ Urbevetanæ, adjecto onere perpetuæ celebrationis Missæ quotidianæ ad Altare, quod vocant Sanctissimi Corporalis pro animæ suæ suffragio, jussitque, Legatum hoc, quatenus ab eadem Fabrica non acceptaretur, ad hæredes devolvi hisce verbis -- „ Item per ragion di Legato, ed in „ ogn' altro miglior modo lascio alla Rev. Fabbrica di S. Maria di „ questa Cittá le mille piastre con tutti gl' utili, che mi spettano, ri„ tenute dal Signor Marchese Pompeo del Monte come per scrittura „ privata, che ritengo appresso di me, ad effetto che detta Rev. Fabbrica

Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celeb. Miss.

„ brica mi faccia celebrare in perpetuo all' Altare del Santiſſimo „ Corporale ogni giorno una Meſſa in ſuffragio dell' anima mia : e „ non accettando detto Legato colla perpetuità di detto peſo , rica- „ da a favore dell' Eredità .

Poſt Teſtatoris obitum , Curia Epiſcopalis die 30. ejuſdem menſis Junii ad inſtantiam hæredum monuit Fabricæ Camerarium , ut infra bidui terminum deliberaret ſuper acceptatione Legati , ſecus decernens , quod Legatum iſtud hæredum commodo cederet . Verum die quinta inſequentis menſis Julii Procurator Fabricæ novum petiit ſibi terminum impartiri , intra quem ſuper ejuſmodi acceptationis negocio poſſet alios Fabricæ Officiales conſulere , maturamque cum ipſis inire deliberationem; Quum autem ejuſmodi petitioni non aliud ab Epiſcopali Curia datum fuerit reſponſum , niſi quod -- *prædicta admiſit , ſi , & in quantum &c.* -- convocato propterea Officialium Fabricæ conſilio , quamquam animadverſum fuiſſet , reditus ex Legato percipiendos haud pares eſſe eleemoſynæ , quæ tribui ſolet pro celebratione Miſſæ perpetuæ , eoſque manuali tantum reſpondere, capta nihilominus fuit deliberatio , ut ſupplicaretur Sanctiſſimo pro facultate acceptandi Legatum .

Interea vero urgentibus iterum prædictis hæredibus declarari, Legatum hæreditati ceſſiſſe , veluti jam caducum ob non factam ejus acceptationem intra ſtatutum tempus , Curia Epiſcopalis die 18. Martii mox elapſi anni novum adhuc unius menſis terminum Officialibus Fabricæ indulſit , quo utentes iidem Officiales ſub diem 24. ejuſdem menſis ſupplicarunt Summo Pontifici , ut ſibi fieret agnoſcendi Legati poteſtas ; Ejuſmodi autem preces quum fuerint ad hanc S. Congregationem rejectæ , Eminentiſſimi PP. poſt acceptam relationem Vicarii Generalis , qui rerum hactenus expoſitarum ſummam paucis perſtrinxit , reſcripſere ſub diem 6. Maii ejuſdem anni -- *Pro facultate arbitrio , & conſcientia Epiſcopi* .

Poſt hæc una ex parte memorati Officiales formiter declararunt in actis Epiſcopalis Curiæ ſe velle Legatum acceptare , ex alia vero ſæpedicti hæredes Sacrum hunc adiere Conſeſſum, & obtrudentes, Reſcriptum illud fuiſſe perperam ab Officialibus Fabricæ impetratum, quippe qui reticuiſſent Legati acceptationem intra terminos ab Epiſcopo conſtitutos factam non fuiſſe , adeoque contendentes nullum ipſis amplius ſuper eo jus eſſe , poſtularunt ejuſmodi controverſiam ab eadem Sac. Congr. definiri .

Oportuit igitur hac ſuper re denuo Ordinarium audire; cumque demum Epiſcopus in ſua relatione ſub diem 15. mox elapſi Auguſti perſcripta nedum facti ſeriem ſuperius recenſitam confirmaverit , verum etiam plura retexuerit rationum momenta ſibi ab Officialibus Fabricæ expoſita , decidendum idcirco proponitur hodie Dubium , quod fuit in Partium contradictorio ſubſcriptum .

Officiales Fabricæ , quorum dumtaxat jura hactenus allata ſunt , ut unicam , quæ ſibi obiicitur , oppoſitionem avertant , dilatam nimirum ultra præſtitum tempus acceptationem Legati , depromunt inſtantias ab ipſis in Curia Epiſcopali promotas , decreta ibidem obtenta, neceſſitatem congrui temporis intervalli pro ineunda deliberatione , preces Summo Pontifici porrectas , & tandem reſcripta ab hoc Supremo Senatu impetrata , quibus inſpectis arbitrantur , nullam ſibi ſive culpæ ,

sivæ negligentiæ notam adscribi posse, adeant ipsis opitulari debeat vulgatum juris principium, quo cautum est, juste impedito tempus non currere. Cæterum si qua etiam culpa notari possent, hanc sustinent Ecclesiæ, sive Pio Operi Fabricæ nocere nequire, quemadmodum neque obesset expressa repudiatio Legati ex deductis per *Ventrigl. in prax. Eccles. lib.* 1. *annot.* 1. §. 2. *n.* 15.

Rogantur itaque Eminentissimi PP. statuere.

An, & cui debeatur legatum in casu &c.

Deberi Fabricæ, & amplius.

ALBANEN. Joseph de Albertis in testamento sub diem 19. Januarii 1709. condito post institutos hæredes Josephum, & Thomam ex altero Thoma filio prædefuncto nepotes legavit Capitulo Collegiatæ Terræ Ariciæ -- „ li censi attivi (sunt verba Testamenti), che im- „ posero a suo favore Pavolo, e Giuseppe Fratelli di Mappelli alla ra- „ gione di sei per ciascheduno centinaro in sorte di scudi 250. con „ che l' Arciprete, e Canonici pro tempore in perpetuum debbano „ celebrare, e respettivamente far celebrare in suffragio dell' anima „ d' esso testatore in ogni anno due Messe cantate con *libera me Domi-* „ *ne* in fine di ciascheduna di esse, e tutte le Messe dette di Requiem „ de sudetti Arcipreti, e Canonici con la loro continua assistenza in „ dette funzioni, cioè una nel giorno della di lui morte, e l' altra nel „ giorno dell' ottava della Commemorazione de Morti con le sudette „ Messe lette, siccome anche una Messa letta di Requiem ogni mese „ seguita la sua morte in perpetuum nell' Altare Privilegiato.

Sess. 22. *Decr. de observ. & evit. in celeb. Miss.*

Legatum hoc, annuente Vicario Generali, per actum Capitularem anno 1710. acceptarunt Canonici ea tamen sub conditione adimplendi onera adnexa -- *per il tempo, che li sudetti Censi saranno esigibili, e non altrimenti* --: Quum autem ejusmodi census, dum vixit Mater Josephi, & Thomæ de Albertis, quorum in pupillari ætate constitutorum tutelam, & curam ipsa susceperat, traditi nunquam Capitulo fuerint, sed tantum ab eadem Matre soluta quotannis sint eidem Capitulo scuta quindecim æquantia fructus dictorum censuum, compertum deinde fuit post obitum præfatæ Mulieris, memoratos Fratres de Mappellis eorumdem censuum debitores ita lapsos e facultatibus esse, ut quædam tantum superfuerit portio domus, in cujus possessionem obtinuit Capitulum ex remedio Salviani interdicti pro credito dictorum censuum, citatis Fratribus de Albertis, immitti.

At quia longe minor scutis quindecim est annua pensio, quam Capitulum percipit ex dicta portione domus, & totus etiam ejus valor ne par quidem esset solvendis Censuum fructibus hactenus debitis, pluries proinde moniti fuere ab eodem Capitulo sæpedicti Fratres de Albertis tum ad præstandos fructus jâm decursos, tum ad subrogandum aliud capitale annui reditus scutorum quindecim in locum sortis præfatorum censuum. Sed neutrum assequi valentes, tandem circa annum 1734. postularunt ab hac S. Congr., ut vel ipsi ab oneribus prædicto legato adiectis liberi declarentur, vel ut sæpedicti hæredes novum sufficientem, & idoneum fundum præstare adigantur.

Super his vero precibus rogatus Eminentissimus Cardinalis Picus tunc temporis Episcopus Albanensis Sacram Congregationem instruere, suam-

ſuamque aperire ſententiam, luculentam ipſe edidit relationem, i
qua præmittens, ſe non ſemel egiſſe cum Procuratore Capituli, &
cum altero ex hæredibus, ut eos ad concordiam adduceret, ſed fru
ſtra, quia hæres pro decurſis nihil omnino, pro ſupplemento auten
deperditi capitalis tenuem tantummodo ſummam offerebat ea fretu
ratione, quod legatum fuerit a Teſtatore taxative relictum, varii
ſubinde rationum momentis oſtendit, cenſus, quos Teſtator ſub one
re Miſſarum Capitulo legavit, non *taxative*, ut ajunt, ſed *demonſtra
tive* deſignatos fuiſſe, adeoque hæredes tum ad fructuum adhuc debi
torum ſolutionem, tum ad alterius ſufficientis fundi ſubrogationen
teneri, præſertim vero quia ſæpedicti cenſus cum numquam reipſ
traditi fuerint Capitulo, vel Tutricis, vel hæredum negligentia ine
xigibiles evaſiſſe cenſeri debeant.

Hæc expoſuerat in ſuis literis Eminentiſſimus Picus uſque ſub dien
27. Februarii præfati anni 1734., quibus acceptis S. Congregatio ju
ſit cauſam in Folio proponi. At negocium iſtud negligentibus Cano
nicis, nec ullam ulterius pro cauſæ deciſione promoventibus inſtan
tiam, res in eo ſtatu quievit, donec Vicarius Generalis Eminentiſſi
mi Cardinalis Caraffa hodierni Albanenſis Epiſcopi ſub diem 29. Ma
anni mox elapſi bina edidit Decreta, quibus præcepit Canonicis, u
Miſſas ab anno 1728. uſque ad totum annum 1740. non integre juxt
diſpoſitionem Joſephi de Albertis celebratas infra terminum uniu
menſis omnino perſolvi curarent.

Ejuſmodi juſſibus paruerunt Canonici: Nunc vero docentes e
calculo, quem præbent, ſe in ſuſtinendis prædictarum Miſſa
rum oneribus, aliiſque pro legato iſto ſubeundis expenſis ſcuta 194:3
ultra pecunias omnes ex memorata Teſtatoris domo receptas
de proprio ære impendiſſe, & innixi momentis ſcite perpenſis in Re
latione Eminentiſſimi Pico authumant cogendos eſſe hæredes nedu
ad alium præſtandum fundum annui reditus ſcutorum quindecim pr
Miſſis, & Anniverſariis deinceps celebrandis, verum etiam ad tra
dendam eleemoſynam pro iis hactenus celebratis.

Quod ſi Eminentiſſimi PP. judicarent, cenſus pro onere Miſſarum a pi
Teſtatore legatos non demonſtrative, ſed taxative fuiſſe relictos
ſaltem putant fore decernendum, ut ipſi non teneantur amplius' i n
poſterum prædicta Miſſarum, & Anniverſariorum onera ſuſtin er
Quippe quia nulla juris, aut æqui bonique ratio patiatur, ut peremp
jam annuo reditu ſcutorum quindecim a Teſtatore relicto debe
adhuc Capitulum gravari onere, quod alioquin in ipſo actu accept
tionis Legati declaravit a ſe non ſuſcipi niſi -- *per il tempo, che li det
cenſi faranno eſigibili, e non altrimenti*.

Provocati hæredes Joſephi de Albertis contendunt primo, ſe nullaten
ad ſupplementum aliquod, ſive ad præſtationem alterius fundi in l
cum deperditorum cenſuum obſtringi. Ajunt enim, quod ſicuti co
troverſum legatum incipit ab aſſignatione bonorum, ita non niſi t
xativum cenſeri debeat juxta regulam ab hoc Sacro Senatu paſſim ſe
vatam, a qua recedendum minime ſit, tametſi agatur de legato pe
petuo, ac de pingui hæreditate; Siquidem ubi Teſtator non gravav
hæredes ad ſolvendam annuam præſtationem reſpondentem one
Miſſarum, ſed certa ab eadem hæreditate ſegregavit Bona, quæ v
luit ſubjecta oneri deſignato, conjecturæ qualeſcumque ſive a perp
tuit

tuitate legati, sive ab hæreditatis opulentia desumptæ nimis vagæ, ac imbecilles æstimari solent, ut contra præfatam regulam judicetur. Secundo Canonicos haudquaquam esse imposterum liberandos ab adimplemento onerum, quæ testator Joseph de Albertis legato imposuit, quia census perierint ex culpa, & negligentia Capituli, quod vineam à debitoribus de Mappellis possessam Clementi Corradini vendere renuit pretio scut. 200., antequam dominus directus eamdem vineam veluti ob non solutos canones devolutam sibi vindicaret, quemadmodum prædictus Corradini testatur.

Deliberandum itaque erit ab EE. VV.

I. *An Hæredes cogendi sint præstare alium fundum annui reditus scutorum 15. pro missis, & anniversariis imposterum celebrandis, & respective teneantur solvere eleemosynam pro jam celebratis in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An Capitulum, & Canonici Terræ Ariciæ sint liberandi ab onere dictarum Missarum, & Anniversariorum in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. affirmative, præterquam pro rata redituum portionis domus à Capitulo possessa.

Die Sabbathi 7. Aprilis 1742.

POLICASTREN. PROCURATIONIS. Quum hæc Causa descripta in Folio diei 10. Mensis mox elapsi, id postulante Episcopo, fuerit ad hodiernam Congregationem dilata, modo rogantur Eminentissimi PP., resumpto eodem Folio, decidere. *Sess. 23. c. 3. de ref.*

I. *An constet de exactione procurationum contra formam Resolutionis Sac. Congregationis diei 1. Junii 1737. in casu &c.*, & quatenus affirmative.

II. *An Episcopus Policastren. incurrerit pœnas contentas in cap. exigit de censib. in 6., & cap. 3. sess. 24. de ref. Sacr. Concil. Trid. in casu &c.*

Affirmative ad utrumque.

SANCTI SEVERINI MATRIMONII -- Matrimonii fœdus inierat Lucretia Riccardi sub diem 4. Octobris 1736. cum Severino Gregoretti, à die vero 16. Decembris ejusdem anni proclamare cœpit adversus Matrimonium ejusmodi, primum coram Episcopo, ac deinde coram hac Sacra Congregatione postulans, illud invalidum ob naturalem, & perpetuam Viri impotentiam declarari, vel saltem tamquam ratum, nec consummatum Apostolicæ Dispensationis ope dissolvi: At Eminentissimi Patres, rejecta sub diem 27. Julii 1737. Lucretiæ instantia super enunciata Dispensatione, jusserunt fieri inspectionem *Sess. 24. c. 1. de ref. matr.*

nem corporis Viri, habitaque postea Relatione Peritorum, ad Du
bium, quod in Congregatione diei 11 Januarii 1738. propositum fuit
nimirum -- *An sit locus dissolutioni Matrimonii, vel potius experimen
to cohabitationis triennalis* --, rescripserunt -- *locum esse experimen
to cohabitationis triennalis*, -- quod ipsemet Severinus Gregoretti Mu
lieris petitioni acriter contradicens magna contentione juberi efflagi
taverat.

At hic postea, mutato consilio cœpit triennalis cohabitationis experi
mentum detrectare; Quapropter Sacra Congregatio die 29. Marti
iterum rescripsit Episcopo, „ Ut juxta novam instructionem sibi
„ transmissam præfigeret præfato Gregoretti congruum terminum a
„ parendum mandatis Sacræ Congregationis, dictoque termino elapso
„ alium eidem præfigeret ad deducendum asserta jura in Sacra Con
„ gregatione; „ Præstitit id Episcopus, Gregoretti vero potius quam
novam cum Lucretia cohabitationem inire, maluit renunciare li
suum præbens consensum pro Dispensatione ad Dissolutionem Ma
trimonii.

His autem omnibus à Lucretia Sacræ Congregationi expositis, decre
verunt Eminentissimi PP. sub diem 2. Augusti ejusdem anni 1738.
„ ut scriberetur Episcopo pro confectione Processus juxta petita, exa
„ minaretur formiter etiam Severinus Gregoretti, & nova ejus con
„ poris recognitio fieret à Peritis ex officio eligendis citato in quol
„ bet actu Defensore Matrimonii. „ Processus fuit juxta Sacræ Con
gregationis mandatum in Curia Episcopali confectus, formali nimi
rum examini pluribus subjectis Testibus, facta per tres Obstetrices a
eadem Curia electas, prævia calidi Balnei cautela, inspectione Corpo
ris Lucretiæ, iisdemque Obstetricibus, quæ ipsam adhuc Virginem
esse unanimes deposuerunt, pari sub judiciaria examinis trutina in
terrogatis. In Urbe vero examinatus fuit Severinus, itidemque de
nuo recognitum ejus Corpus à tribus Phisicis, & duobus Chirurgis
qui pariter ad formale examen acciti, de ipsius naturali, & perpetu
impotentia fere omnes judicium suum certo protulere.

Post hæc Severinus iterum supplicavit Sanctissimo, ut Apostolicam
dispensationem super Matrimonio ipso tamquam rato, & non con
summato impartiri dignaretur. Verum S. Congregatio, cui preces
ejusmodi remissæ fuerunt, die 16. Junii 1739. edixit -- „ Quoad
„ dispensationem in Decretis, & proponatur Causa super præten
„ nullitate Matrimonii ex capite naturalis, & perpetuæ impotenti
„ Viri -- „ Causa itaque super hujus nullitatis negocio inter Lucre
tiam, & Defensorem Matrimonii proposita sub diem 24. Septembr
1740. Sacra Congregatio, ut hac in re summa maturitate procede
ret, denuo rescripsit Episcopo, ut cogeret Severinum etiam per cen
suras ad cohabitationem *pro tempore arbitrio Sacræ Congregationis*
subindeque per literas datas die 10. Junii 1741. significavit eidem
Episcopo tempus cohabitationis ad sex menses arctandum esse, qui
exacto, „ & constito sibi de expleta cohabitatione per dictos integros
„ sex menses, necnon præstito, etiam inscio Viro (quatenus id a
„ avertenda jurgia opus foret) per Lucretiam juramento, quo affir
„ met, se tempore dictæ cohabitationis nunquam à supradicto Seve
„ rino Gregoretti cognitam fuisse, neque potuisse cognosci, eidem
„ permitteret, ut à dicto Viro separari, & in domum Sororis se rec
pe

„ pere posset, deindeque, mandaret quantocitius procedi ad recogni-
„ tionem Corporis ejusdem Lucretiæ, servata adamussim forma jux-
„ ta instructionem aliàs eidem Præsuli datam, & demum acta hujusce
„ recognitionis in forma authentica ad Sacram Congregationem
transmitteret.

Horum nihil prætermisit Episcopus: ad instantiam enim Promotoris Curiæ in Defensorem Matrimonii ab ipso deputati, recepta prius jurata confessione Mulieris, quod per sex integros menses cum Viro cohabitasset, ac experimento copulæ conjugalis dedisset operam, qui cognosci unquam à Viro potuerit, receptisque pariter ad comprobandam cohabitationem sub jurisjurandi religione depositionibus Parochi, nec non Caroli Constantini, ac præsertim duarum Mulierum per id tempus Episcopi jussu Lucretiæ inservientium, peracta fuit, juxta instructionem à Sacra Congregatione aliàs Episcopo transmissam, nova inspectio Corporis Lucretiæ per tres Obstetrices ab eodem Antistite ex Officio electas, & à Civitatibus Camerini, & Cinguli, nec non à Terra Matelicæ caute productas, quæ tandem omnes sub interrogatoriis pariter ex officio datis, consuetoque præstito juramento non dubitarunt certum de illius virginitate judicium proferre.

Jam vero urgente Lucretia optatum aliquando finem controversiæ huic imponi, deputato jamdiù, sæpiusque monito Defensore Matrimonii, ut quidquid inspecto memorato Processu sibi occurrerit animadvertendum. Sacræ Congregationi diligenter exponat, rogantur modo Eminentiss. PP. ex juribus, quæ hinc inde circumferentur, deliberare.

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Non proposita.

LEOPOLIEN. DECIMARUM. Plura post Decreta Curiæ Leopolienſis ab Auditore Generali Nuntiaturæ Poloniæ in appellationis judicio confirmata, quibus pronunciatum fuit, Moniales Sanctæ Claræ Tertii Ordinis S. Francisci Civitatis Leopolis teneri Decimas solvere Præposito Ecclesiæ Parochialis Vitziniani ex prædiis, quæ eædem Moniales intra dictæ Paræciæ limites possident in duplici *Villa Podchaischæ*, & *Duorzischa*, oportet modo, controversiam hanc inter Partes ipsas adhuc vigentem ex rescripto Auditoris Sanctissimi in hoc S. Senatu decidere. *Sess. 14. c. 13. de ref.*

Præpositus Vitziniani, ut præfatas Decimas sibi vindicet, quoddam exhibet Decretum à Curia Capitaneali Castrensi sub annum 1681. prolatum, in quo Barbara de Sienno tunc temporis possidens Prædia *Podchaischæ*, & *Duotrczischa* condemnata fuit ad persolvendas ex iisdem bonis Parocho decimas juxta obligationem expressam, qua Vuasko Lahodovuski ipsius Barbaræ author ad earum præstationem se suosque Successores devinxerat, uti legitur in eodem Decreto, Summario Præpositi num. 2.; Quum itaque hæc ipsa prædia ad Moniales postea transiverint, onus quoque decimarum in eas translatum fuisse autumat, tam ex Concilii Lateranensis Sanctione relata *in Cap. Nuper de decimis*, ubi statutum est, ex prædiis in posterum ad Regulares obvenientibus, non obstante quocunque privilegio exemptionis, decimas persolvi debere, quam ex resolutionibus ab hac Sacra Congregatione editis, quibus non semel declaratum est, Bona, & Præ-

dia tametsi ad Monasteria Monialium Mendicantium delata primæ/q Decimarum oneri manere obnoxia, uti responsum fuit signanter in una *Pisauren. sub annum* 1677. *& in Nucerina Paganorum* 24. *Julii ejusdem anni*.

Neque in hypothesi obesse censet privilegia exemptionis decimarum per san. mem. Clementem VII. & Paulum III. universo Ordini Monialium Tertiæ Regulæ S. Francisci concessa pro iis Monasteriis, quorum reditus congruæ uniuscujusque Monialis sustentationi haud quaquam sufficerent: Præterquamquod enim Privilegia hujusmodi, qualiacunque sint, minime protrahenda forent, ut ipse ait, ad exemptionem decimarum ex memoratis prædiis *Podchaische*, *& Duorzchische* speciali jure, atque ex peculiari prædicti Vvalcko Lahodovuscki obligatione decimarum oneri affectis, reponit insuper, aperte colligi ex literis in forma Brevis per san. mem. Gregorium XIII. datis, quarum integra verba describit *Roderich. Quæst. Regular. tom.*3. *quæst.*74. *art.* 16., privilegia ista ab eodemmet Paulo III. ad terminos juris primum revocata, deindeque non pro universo Ordine, sed pro Monialibus tantum in Regnis Castellæ, & Legionis degentibus, redditumque sexdecim ducatorum auri de Camera pro uniuscujusque Monialis sustentatione non habentibus innovata fuisse, & à san. mem. Gregorio XIII. in eo solum adaucta, ut congruæ sustentationis modus in ampliori redditu 25. Ducatorum auri de Camera constitueretur, itidemque putat, non nisi ad eas Castellæ, & Legionis Moniales referenda esse Brevia Summorum Pontificum Urbani VIII. & Alexandri VII., utpote quæ priorum dumtaxat confirmationem, vel explicationem contineant.

Monialium vero Defensor, quum ex Testimonio, tam Sindici Apostolici, quam Oeconomi bonorum Monasterii, nec non ex calculo quorumcunque ipsius Monasterii reddituum per Ordinarium approbato ostendat, proventus omnes pro singulis alendis Monialibus non excedere annuam summam scut. 28. 58., eas propterea ab omni decimarum solutione immunes esse propugnat, contendens, mox enunciata Pauli III., aliorumque Summorum Pontificum Privilegia universis generatim Monialibus Tertii Ordinis S. Francisci tributa fuisse, ad tradita per *Murga de Beneficiis quæst.*2. *num.*433. *Roderiq. quæst. Regul. tom.*2. *quæst.*44. *artic.*5. *& tom.*3. *quæst.*74. *art.*16. *Tamburin. de Jure Abbatiss. disput.*15. *quæst.*17. *num.*29. *& Eminentiss. Petra in Commentariis ad Const. Apostolic. tom.*4. *pag.*551. *num.*1. *&* 17., idque etiam pluries à Rotæ Auditorio definitum fuisse, colligitur ex *dec.*991. *num.*1. *& sequent. coram Serafin., Decis.*704. *num.*4. *tom.*3. *coram Burat., Decis.*98. *coram Merlin. in Toletana Decimarum* 13. *Juni.* 1727. §. *Præsupposita coram Eminentissimo Aldrovando, & in Gennen. decimarum Julii* 1734. §. *Validitas coram Eminentiss. Rezonico*.

His igitur una cum juribus, quæ fusius in utramque partem circumferentur, mature perpensis, definiendum erit.

An Moniales Sanctæ Claræ Tertii Ordinis Sancti Francisci Conventus Leopolienses teneantur solvere decimas prædiales ex bonis Padchaische, & Duorzchische, seu potius illis competat exemptio in casu &c.

Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

TO-

TOLETANA JURIUM PAROCHIALIUM. Congregatio Sacerdotum à ſeculo, & ultra in Parochiali Eccleſia S. Petri Regiæ Villæ Matriti ſub ejuſdem S. Petri invocatione inſtituta novum quoddam anno 1733. pro curandis Infirmis Sacerdotibus erexit Hoſpitale, ſubindeque Summo Pontifici ſupplicavit, ut, prævia confirmatione erectionis hujuſmodi, plura eidem Hoſpitali elargiretur Privilegia, quæ in Dubiis mox deſcribendis recenſentur. *Seſſ. 24. c. 13. de ref.*

Hac autem ſuper re, cujus cognitio fuit Sacræ huic Congregationi delegata, juſſus Ordinarius Toletanus Eminentiſſimos PP. inſtruere, audito Collegio Parochorum Villæ Matritenſis, accuratam tranſmiſit Relationem, in qua late exponuntur cum rationum momentum, quibus Parochi prædicti ſuſtinebant, non eſſe annuendum precibus memoratæ Congregationis Sacerdotum, tum ea, ob quæ è contra iidem Sacerdotes confidunt petitioni ſuæ favendum fore.

Ipſe vero, quod attinet ad facti circumſtantias peculiari animadverſione dignas, refert in primis, controverſum hoc recens inſtituti Hoſpitalis opus ita in ſuis adhuc initiis reperiri, ut ob redituum tenuitatem ſperari minime queat perfectio illa, quam ipſius Adminiſtratores intendunt, quæque Regiæ Matritenſis Villæ decori reſpondeat. Secundo enarrat, emolumenta Parochialium Eccleſiarum ejuſdem Villæ non in decimis ſiſtere, quippe quæ vel nullæ ſolvuntur, vel exiguæ admodum ſunt, ſed ea confici ab oblationibus Fidelium, ac juribus ſtolæ, iiſque potiſſimum, quæ ex funeribus percipiuntur, adeoque non modicum certo certius paſſura forte detrimentum, ſi expetitis Privilegiis Hoſpitale donetur. Tertio memorati, variis, tantiſque modis pietatem Fidelium in Villa Matritenſi exerceri pro levandis egeſtatibus, & indigentiis pauperum Sacerdotum, ut nulla ſive neceſſitatis, ſive utilitatis deprehendatur cauſſa, ob quam præſtet novam hujus Hoſpitalis inſtitutionem fovere.

Et tandem ſententiam ſuam hiſce verbis aperuit -- „ Per tanto in caſo „ che la rettitudine dell' EE. VV. trovaſſe meriti per l' approvazione, „ o conferma dell' erezzione di queſto Oſpedale, ſarà molto conve- „ niente, che quella ſia, e s' intenda colla clauſola -- ſenza pregiudi- „ zio del jus Parochiale -- tanto della Chieſa di S. Sebaſtiano (nel di „ cui diſtretto ſi trova) come delle altre Parochie di Madrid, delle „ quali l' Infermi, Miniſtri, e Serventi ſi trovaranno eſſere Parro- „ chiani, e per conſeguenza che nella Chieſa dell' Oſpedale non ſi „ poſſa fare veruna funzione Parochiale, ſenza eſpreſſa licenza del „ Parroco di S. Sebaſtiano: E ſe, perchè con maggior prontezza ſi „ amminiſtrino li Santi Sagramenti di Penitenza, Euchariſtia, e di „ Eſtrema Unzione all' Infermi, parerà conveniente all' EE. VV., „ quelli amminiſtrar potrebbe il Rettore, o altro Sacerdote, che de- „ ſtinerà la Congregazione, avendo per ciò fare l' approvazione dell' „ Ordinario, ed ottenendo la licenza del Parocho di S. Sebaſtiano, il „ quale non può negargliela ſenza giuſto motivo, e giudizio dell' „ iſteſſo Ordinario.

His itaque inſpectis una cum reliquis in effuſa Ordinarii relatione explicatis, perpenſiſque etiam juribus hinc inde latius deducendis placeat Eminentiſſimis PP. ſtatuere.

I. *An erectio Hoſpitalis Sancti Petri Villæ Matriti ſub Inſtituto Ven. Congregationis Presbyterorum ſit confirmanda, vel potius ſit locus illius*

illius suppressioni, & quomodo? & quatenus affirmative ad pri
mam partem, & negative ad secundam.

II. *An concedendum sit prædictis Hospitali, & Congregationi Indultu respective administrandi Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eu charistiæ, etiam per Viaticum, retinendi Oleum Sanctum, illud que administrandi Sacerdotibus Infirmis independenter à quovi Parocho, etiam S. Sebastiani*; & quatenus affirmative.

III. *An sub eodem Indulto comprehendendi sint Ministri, seu Servientes & Familiæ degentes intra septa dicti Hospitalis, & Ecclesiæ, cui eadem independentia à Parocho, sive Parochis in casu &c.*

IV. *An concedendum sit Indultum administrandi Sacramentum Euchari stiæ pro satisfactione Præcepti Paschalis, tam Sacerdotibus, quam Ministris, aliisque supradictis Personis, intra septa dictæ Ecclesiæ & Hospitalis degentibus, sive Infirmis, sive non, in casu &c.*

V. *An indulgendum sit eidem Congregationi, & Hospitali jus sepeliendi tam Confratres, Ministros, aliosque in Hospitali decedentes, quam alios decedentes in quacumque Parochia, & sepulturam eligentes in dictis Ecclesia, & Hospitali cum eadem independentia à Paro cho, seu Parochis eorumdem, & absque ipsorum interventu, & Cruce tam in associando, quam in sepeliendo Cadavera una cum emolumentis competentibus aliis Ecclesiis, & Hospitalibus exemptis à Jurisdictione Parochi in casu &c.*

VI. *An concedenda sit exemptio ab omni, & quacumque solutione cujusvis portionis, seu Quartæ Funeralis dictorum Ministrorum, Servientium, Familiæ, ac Sacerdotum in Hospitali decedentium in casu &c.*

VII. *An concedendum sit Hospitali, & respective Congregationi Indultum exponendi in illius Ecclesia publicæ venerationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, celebrandi Divina Officia in Hebdomad Majori, benedicendi Candelas, Cineres, & Ramos Olivarum, ac celebrandi quamcumque Festivitatem, Missas cantatas, Prædicationes, Anniversaria, & Officia Mortuorum, & perageudi quasvis Ecclesiasticas functiones fieri consuetas in Ecclesiis aliorum Hospitalium exemptorum, fruendique omnibus privilegiis, & prærogativis pariter ad instar aliorum Hospitalium authoritate Apostolica exemptorum in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 25. c. 19. de regul.

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Fr. Bartholomeus Bettè sub ann. 1731. supplicavit Sum. Pontifici, ut ope restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, potestatem sibi faceret impugnandæ Religiosæ Professionis, quam anno 1725. perperam devoviſſe ait in Conventu S. Marci Ordinis Eremit. S. Augustini Civitatis Mediolani. Ejus vero precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis, demandata illico de more fuit confectio Processus, quo in Curia Archiepiscopali expleto usque ab anno 1732. ibidemque nonnullis aliis Testibus sub annum 1734. ad Oratoris instantiam judiciario subjectis examini, Causa in eo statu permansit ad annum usque 1739., quo Orator caussatus, deperditum fuisse ejusdem Processus exemplar ad Sacram Congregationem, ut ajebat, transmissum, ob

tinui

tinuit ab eadem Sacra Congregatione decerni, ut nova ipsi actorum copia à Curia Archiepiscopali fieret.

Morem gessit huic Rescripto Eminentissimus Archiepiscopus, & sub eodem tempore, quo Sacrum hunc Consessum de sequuta traditione Processus certiores fecit, eidem pariter significare non omisit, Oratorem ab anno 1734. extra Claustrum, tametsi pluries, & à Vicario Generali cl. me. Cardinalis Odescalchi Archiepiscopi Antecessoris, & à Superioribus Religionis monitum, ut ad Conventum rediret, in privatis ædibus adhuc versari. Id vero in causa fuit, ut ejusdem Oratoris Defensori haud secus hic in Urbe negocii hujus expeditionem urgenti totidem vicibus declaratum sit, ne unquam ille confideret preces suas super petita in integrum restitutione fore exaudiendas, nisi prius ad Claustra reverteretur.

Interea vero jure suo juxta ejusdem Sacræ Congregationis Rescriptum utens Religio curavit, Oratorem in Carceres Conventus detrudi, à quibus tamen is paulo post furtive egressus novum Eminentissimis PP. fategit exhiberi libellum, quo exponens, se minime posse in Conventu sui Ordinis degere, & cæptam super nullitate suæ Professionis Causam prosequi, demisse postulavit, ut fieret sibi facultas cum habitu suæ Religionis inter Regulares etiam alterius Ordinis commorandi; Cumque Sacra Congregatio perpensis omnibus circumstantiis censuerit ejusmodi precibus annui posse, remque totam in hunc finem commiserit arbitrio, & prudentiæ Eminentissimi Archiepiscopi, nuper Eminentia sua retulit, Oratorem collocatum à se fuisse in Domo Religiosa Congregationis Sanctissimi Salvatoris, quæ regulam Sancti Augustini profitetur. Hinc itaque suam ille modo instaurans petitionem rogat decidi Dubium, quod ad calcem præsentis Restrictus apponetur.

Nullitatem Professionis Orator adstruit ex eo, quod per vim, & metum adactus fuerit Religioni nomen dare. Id autem satis probatum iri putat ex iis, quæ Testes in examine perhibuere. Duo namque referunt, quod Anna Luraschea, mortuo sub annum 1721. Bartholomæo Bettè viro suo, ex quo inter alios plures filios, Oratorem susceperat, Antonii Casiragi amore deperiens, hunc fulloniæ artis negocio ad prædefuncti Viri hæreditatem spectanti præfecit, & cum eo iniit sponsalia. Ne autem Oratoris præsentia, qui reliquis filiis natu major jam adolescere cæperat, impedimentum aliquod adferre posset, quominus ipsa cum Antonio Casirago tam negocii, quam domus hæreditariæ administrationem retinere, sibique omne commodum inde proveniens usurpare libere posset, modos omnes utrique excogitarunt, quibus eum e domo expellerent, cogerentque ad Claustra confugere.

Cæperunt itaque non solum ea, quæ ad victum necessaria erant, Oratori denegare, verum etiam probris non desierunt ipsum postea lacessire, gravibusque etiam verberibus afflictare; Imo vero quidam Andreas Meda alter ex Testibus in Processu examinatis enarrat, Oratorem aliquando à propria Matre in cubiculo clausum, tam ab ipsa, quam ab Antonio Casirago immaniter adeo habitum fuisse, ut ad ejus clamores accurrens Andreas eumdem repererit ex percussionibus in facie graviter deformatum, plurimoque etiam sanguine conspersum, & una simul viderit Antonium Casiragum, qui ibidem gladium enudatum præ manibus tenebat.

Præ-

Præter hæc juratas exhibet Orator declarationes tam ab ipſa Matre ſua, quam à prædicto Antonio Caſirago ſub annum 1738. ad propriæ conſcientiæ exonus editas, in quibus omnia in facto ſuperius recenſita confirmantur. Publicum quoque profert Inſtrumentum, in quo ſub diem 15. Maii 1725., decem videlicet, & quatuor diebus, antequam Religioſa nuncuparet vota, ſolemniter coram Notario, & Teſtibus, interpoſita etiam juris jurandi religione, proteſtatus eſt, Regularem Auguſtiniani Ordinis habitum induiſſe, ſeque Religioſæ deinde Profeſſioni devincturum eſſe non aliam ob cauſſam, niſi ut ſe à ſævitia matris, & Antonii Caſiragi, ſuæque vitæ periculo liberaret, nunquam vero futurum, ut eidem Profeſſioni voluntatem ſuam accomodet, quum immo in animum ſuum firmiſſime induxerit, ubi primum libertas ſibi fiat, adverſus Profeſſionem ejuſmodi veluti abſque interno conſenſu editam reclamare.

Quamvis autem Orator intra quinquennium à die Profeſſionis de ejus nullitate in judicio non egerit, & Sacris ſeſe Ordinibus manciparit, nullam tamen exinde tacitam animi ſui ratificationem induci poſſe exiſtimat, tum quia, vix elapſo quinquennio, ſub annum 1731. ad obtinendam in integrum reſtitutionem Summo Pontifici preces porrexerit, tum quia, in primævo adhuc propoſito permanente matre ſua, eadem ſibi duraret cauſſa metus, tum demum quia neceſſariæ ad ſubeundas litis expenſas pecuniæ ſibi deficerent.

Religionis nomine adverſus Oratoris inſtantiam nihil hactenus deductum eſt. Auditus vero Procurator Generalis Ordinis ſuper libello, in quo Orator, dum adhuc extra Clauſtra degeret, Superiores Conventus ſui de nimia quadam ſeveritate ſecum exercita inſimulabat, exponit, eumdem Oratorem ab aliquot annis irreligioſe viventem fortaſſis ad eludendam unice ſuorum Superiorum obedientiam de inſtruendo judicio ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis excogitaſſe.

Deliberandum igitur erit ab EE. VV.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Dilata, & Orator examinetur formiter.

Seſs. 25. c. 12. de ref.

VENETA VOTORUM. Expoſuit Sacræ Congregationi de Propaganda Fide Joannes Abrahami Thaumagian Clericus Armenus Urbis Conſtantinopolitanæ, quod, poſt Regularem Profeſſionem à ſe emiſſam inter Cænobitas Armenos Monaſterii S. Lazari Venetiarum, nuncium accepit de morte Patris ſui, cujus ipſe ſupererat unicus Filius, & hæres, adeoque ne paterna hæreditas, ſe extra Dominii Ottomanici fines manente, juxta illius Ditionis leges ad alios Conſanguineos, ſuis etiam Matre, & Sorore prorſus excluſis, devolveretur, conſilium cæperit redeundi in Patriam, quemadmodum, habita prius, ut ipſe aſſerit, à Superiore Monaſterii licentia, id fuit executus, deindeque rebus illic compoſitis, Venetias iterum animo repetendi Monaſterium reverſus eſt. At ab eo rejectus, acribuſque etiam correptus verbis, quod, inconſulto Abbate, uti ſibi obtrudebatur, è Monaſterio diſceſſiſſet, Romam idcirco venerit, ejuſdem S. Congr. authoritatem, qua ſtatui ſuo conſuleretur, imploraturus.

Ejuſmodi preces fuerunt à Sac. Congregatione de Propaganda Fide ad Apoſtolicum Nuncium Venetiis degentem tranſmiſſæ, ut eas Abba-

t

ti Mechitar prædicti Monaſterii Superiori communicaret; At ipſe plura negans in iiſdem precibus expoſita, nullis potuit d. Nuncii Apoſtolici officiis, aut ſuaſionibus adduci, ut Clericum Oratorem in ſuo Monaſterio reciperet, quin imo in literis, quas ipſemet Abbas eidem S. Congregationi dedit, aperte profeſſus eſt, ſe nunquam ad id conſenſum ſuum fore præſtiturum.

In hoc itaque rerum ſtatu ſpem omnem abiiciens Clericus Taumagian de ſuo futuro reditu ad Clauſtra, vel ſaltem pro certo habens fieri nequaquam poſſe, ut ibi cum ſpiritus quiete, ubi etiam denuo in iis admitti obtineret, commorari amplius queat, demiſſe ſupplicavit à quolibet votorum nexu abſolvi; Hanc vero petitionem quum Sacra Congregatio de Propaganda Fide cenſuerit ad hunc Sacrum Senatum eſſe remittendam, rogantur hodie Eminentiſſimi PP. Dubiis inferius deſcriptis reſpondere.

Ut propoſitum ſibi finem facilius aſſequatur Orator, probare nititur, vota ab ſe nuncupata haudquaquam ſolemnia eſſe, ſed dumtaxat ſimplicia. Quamvis enim Formula Profeſſionis, quæ in eo Monaſterio S. Lazari adhiberi conſuevit, his verbis concepta ſit -- „ Ego Joan„nes Abrahami Taumagian voveo, & promitto Deo Omnipotenti, „ B. Mariæ ſemper Virgini, B. Antonio, & omnibus Sanctis, & tibi, „ Pater, toto tempore vitæ meæ ſervare Regulam S. Patris noſtri „ Benedicti, quam profitetur noſtra Religio, & Conſtitutiones Mo„nachorum noſtræ Religionis à Summo Pontifice approbatas viven„do in obedientia, in paupertate ſine proprio, in caſtitate, & in pa„ratavoluntate effundendi ſanguinem pro fide catholica S. Romanæ Eccleſiæ -- ait tamen, neque Monachos illos vere Religioſos eſſe, neque Conſtitutiones in Formula enunciatas Summi Pontificis approbatione fuiſſe unquam communitas.

Enim vero ex monumentis, quæ in Archivio S. Congregationis de Propaganda Fide ſervantur, illud conſtat, Monachos olim in Armenia degentes ob diras, aſſiduaſque Infidelium perſequutiones in Civitatem Moduni Venetæ Ditionis anno 1704. conceſſiſſe, ibique conſtructo Monaſterio ſub Prioris Abbatis imperio novam quamdam inſtituiſſe Congregationem, quam Reformatam appellant. Deinde quum ſupplicaſſent, ut ejuſmodi Congregatio ab Apoſtolica Sede approbaretur, iiſque cumularetur Privilegiis, quibus aliæ Religiones præſertim in Italia gaudere ſolent, Sacra Congregatio de Propaganda Fide juſſit ad ſe tranſmitti Regulas, & Conſtitutiones, quas Monachi ſervandas ſibi propoſuerant; Earum vero tenore exhibito, ipſarumque examine commiſſo cl. me. Cardinali Gabriellio, licet is ſedulo eaſdem Conſtitutiones emendaverit, ac meliorem in formam redegerit, Sacra tamen Congregatio differendam cenſuit earum approbationem, donec experimento ad aliquot annos protracto doceretur, illas ſic emendatas exacte ſervari. Cumque ſub annum 1718. repetitæ poſtmodum à Monachis fuerint preces pro ipſarum confirmatione, neque tunc temporis ea indulta fuit, nullaque deinceps ad illam impetrandam promota eſt amplius inſtantia.

Hinc autem colligit Orator, ſolemnium votorum jure haudquaquam potiri Profeſſionem qualemcumque in dicta Congregatione emiſſam; Nullum quippe aliud votum uti ſolenne modo agnoſcit Eccleſia, quàm quæ in aliqua ex Religionibus ab Apoſtolica Sede approbatis

juxta præscriptas solemnitates emittuntur, & illud castitatis, quod sacro cuique Ordini adnexum est, uti patet ex Rescripto Bonifacii VIII. *in cap. unic. de voto & voti redemt.*, atque ita communiter docent *Navar. in Manual. cap. 12. num. 32.*, *Fagnan. in cap. consulti de regular. n. 24. & 44. Azor. instit. mor. lib. 11. cap. 16. num. 1. Anaclet. in tit. Decretal. Qui cler. vel nov. Perbing. in Decretal. lib. 3. tit. 54. de voto, & voti redemt. §. 1. n. 6. Pontaf. Dictionar. cas. conf. verb. votum cas. 24.*

Eoque magis vota hæc simplicia dumtaxat habenda esse Orator sibi persuadet, quia etiamnum Ordo Monasticus, sive Regulare Institutum sub nomine S. Antonii Abbatis apud Armenos vigens numquam Apostolicæ confirmationis robur obtinuit, neque veram, propriamque constituit Religionem, itaut Monasteria, sive Conventus hujus Ordinis, quorum plura in Oriente adhuc extant, Armeno Idiomate vocentur *Miapanch*, idest simplicem quamdam Congregationem efformantes, a qua tam Superior Religiosos dimittere, quam Religiosi pro libitu discedere queunt, si nondum Sacris Ordinibus fuerint initiali, quemadmodum hujus rei testimonium perhibent Archiepiscopus Cæsareæ, & alter Marassi, necnon alii quidam Sacerdotes illiu Nationis.

Hæc sunt potissima rationum momenta, ob quæ putat Orator vota, quibus se devinxit, non esse solemnia; Sique in hunc sensum descendant quoque Eminentissimi PP., confidit absolutionem ab hisce Votis, quam ipse postulat, sibi haud ægre concedendam esse ob causas superius expositas, & præsertim ob iteratas declarationes Abbatis Monasterii, qui eumdem recipere omnino detrectat.

Hac autem in re ponderandum occurrit, plures institui quæstiones de Regulari Professione, quæ fiat in Religione a Summo Pontifice non approbata: Primo nimirum an eadem Vota, si non ut solemnia, saltem uti simplicia manere debeant rata, ac firma, itaut qui ea nuncupavit, obstrictus sit, eadem servare in seculo, vel alterius Religionis ab Ecclesia approbatæ statum amplecti: Secundo, num vota ejusmodi ita individuam, ac limitatam obligationem contineant permanendi in Religione, in qua vovens Professionem emisit, ut si ab illa coactus sit egredi, neque ad aliam Religionem migrare, neque in seculo ad ullum castitatis, paupertatis, & obedientiæ votum teneatur: Et tertio demum, an ullum discrimen statuendum sit inter eum, qui Professionem emisit sciens Religionem probatam non esse, & alterum, qui id ignoraverit.

De hisce quæstionibus agunt Doctores, quorum aliquos collegit *Passerin. de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. artic. 10. n. 505. & seq.* ibique tuetur præsertim sub *num. 533.*, quod, si vovens scivit, Religionem non esse approbatam, censendus sit sese voto simplici obstrinxisse ad regulare illud institutum servandum, si vero ignoraverit, neque Professio valida sit ex defectu potestatis, neque voti simplicis effectum sortiatur ex defectu voluntatis in eo, qui Professionem emisit.

Cæterum quia Orator ultro fateri videtur, se votis saltem simplicibus devinctum esse, bina hæc Dubia juxta ipsius petitionem Eminentissimis PP. disceptanda proponuntur.

I. *An*

I. *An sit locus præstandi consilium Sanctissimo propetita dispensatione in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Dilata, & ad mentem.

VITERBIEN. CATHEDRATICI. In Ecclesia Cathedrali Viterbii duæ olim aderant Dignitates, ac duo supra decem Canonicatus peculiaribus Præbendis, præter massam omnibus communem, ditati. His adjuncti postea fuere nonnulli alii Canonici veteris tamen communis massæ haudquaquam participes, sed singuli propria, distinctaque dote contenti. Ejusmodi generis est Canonicatus, qui ex reditibus suppressæ Parochialis Ecclesiæ S. Stephani fuit in eadem Cathedrali sub annum 1656. erectus. Hunc autem aliquot ab hinc annis adeptus Christopharus Calabresius, non renuit ille primum Cathedratici nomine annuum censum scuti unius cum dimidio ex fructibus suæ Præbendæ Episcopo solvere, quemadmodum alii quoque Canonici a prædictæ massæ consortio secluſi consueverant illud præstare seorsim ab iis, qui ex eadem massa participant; At postmodum authumans, se nullo jure posse ad separatam, singularemque istam Cathedratici solutionem compelli, detrectavit eam imposterum persequi; cumque ipsius vestigiis cæperint inhærere quidam alii Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Angeli ejusdem Civitatis Viterbii contendentes, se non posse, uti singulos, ad Cathedratici solutionem pro suis Præbendis adigi, quamquam istas habeant distinctas, nec ipsi de communi veterum Canonicorum massa participent, oborta inde est controversia, quæ sub Dubiis inferius apponendis sapientissimo Eminentiarum VV. judicio decidenda proponitur. *Sess.23.c.13. de ref.*

Censet Canonicus Calabresius, qui aliorum quoque Canonicorum in eadem navi versantium jura tueri profitetur, controversam Cathedratici exactionem hactenus ab Episcopo factam a censura Sacrorum Canonum deviare; Inquit enim, non aliud jus Episcopo esse, quam duos solidos ab unaquaque Ecclesia sibi subjecta Cathedratici nomine exigere ad *text. in can. placuit, can. illud te, capit. fin. 10. quæst. 3. & cap. conquerente de off. jud. ord.*, neque hac in re innovatum aliquid dici posse à Concilio Romano sub s. m. Benedicto XIII. habito, quippe quod veteres tantum ut tolleret dubitationes sæpius exortas, cujusnam valoris esse deberent isti duo solidi, scuta duo Romana in eorum locum constituit, ut conjicitur ex ejus sanctione sub *tit. 3. cap. 4.* Inde autem colligit, quod, sicuti solius Ecclesiæ onus est, ejusmodi censum in honorem Cathedræ Episcopalis persolvere, ita nec ipse, neque cæteri Canonici, quamvis de antiqua massa communi nihil participent, ad Cathedratici solutionem uti singuli compelli queant, sed præfatos duos solidos, sive duo scuta præstanda esse ab omnibus Canonicis collective sumtis, sive antiquis, sive aliis de massa non participantibus, per quos omnes quemadmodum unum dumtaxat corpus, atque unum Capitulum constituitur, sic etiam tota Cathedralis Ecclesia representatur.

Contra vero Episcopus propugnat, sibi jus esse exigendi Cathedraticum a Canonico Calabresio, aliisque Canonicis postea adjunctis seorsim ab illis, qui de massa communi participant; Primo quidem ex titulo eos om-

omnes indiſcriminatim complectente, quia ſcilicet dū ipſi maſſæ communionem non habent, diſtinctum quoque, ac peculiare debeant ſubire onus Cathedratici, quum Epiſcopo Cathedraticum debeatur ab univerſis Diæceſis ſuæ Beneficiatis, uti expreſſe in Sacris Canonibus ſuperius adductis præſcribitur: Secundo vero ex ratione peculiariter Calabreſium tangente, ab eo nimirum deſumpta, quod ſicuti Canonicatus per ipſum poſſeſſus erectus fuit ex reditibus Parochialis Eccleſiæ olim collapſæ, atque ſuppreſſæ, ita idem Canonicatus adhuc remaneat affectus primævo Cathedratici oneri, cui ſubiiciebatur Eccleſia ipſa Parochialis, ne detrimentum ex ea ſuppreſſione dicatur Epiſcopo illatum.

Partes collitigantes in ſcripturis circumferendis jura ſua exponunt; lis itaque una cum relatione, quam dedit Epiſcopus, diligenter inſpectis, grave non erit reſpondere.

I. *An Canonici poſſidentes Præbendas diſtinctas, & non participantes de maſſa teneantur contribuere in communi cum Canonicis de maſſa ad ſolutionem Cathedratici, ſive potius uti ſinguli pro illorum Præbendis cogi valeant ad illius ſolutionem*, & quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam.

II. *An Epiſcopus teneatur reſtituere ſummas huc uſque a dictis Canonicis ſeparatim exactas in caſu &c.*

Ad I. negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam.
Ad II. ſatis proviſum in primo.

Seſſ. 22. c. 2. de ref.

ROMANA, SEU JANUEN. LEGATI. Ad dirimendas lites dudum exortas inter Juſtinianam Familiam Januenſem, & Raphaelem, ejuſque filios Balthaſſarem, Apolloniam, & Argentinam, nec non alios de Juſtinianis in Inſula Chij olim commorantes ſuper ipſorum admiſſione ad Legatum a Marchione Vincentio de Juſtinianis relictum favore Pauperum ex eadem familia deſcendentium, deputata fuit ſub annum 1720. particularis Congregatio, quæ die 25. Januarii 1728. ad alterum ex tribus Dubiis ſibi propoſitis -- *An, quomodo, pro qua ſumma, & à quo tempore Chienſes Actores ſint admittendi ad participationem duarum ex tribus partibus fructuum*, reſpondit -- *Alexandrum, Dominicum, & Bartholomæum pro nunc non eſſe admittendos: Fortunium vero, Thomam, & Raphaelem eſſe admittendos: Franciſcum etiam admittendum, donec non fuerit revocata Sententia D. Dandini, in ſumma pro nunc ſcut. 85. annuorum pro Fortunio. Aliorum ſcutorum 85. pro Thoma. Aliorum ſcutor. 65. pro Raphaele, & aliorum ſcut. 65. pro Franciſco menſtruatim ſolvendorum à die prima Januarii* 1728.

Pluries deinde cum alii de Juſtinianis, tum etiam memoratus Raphael, qui tres alios filios, nimirum Franciſcum, Mariam, & Iſabellam interea procreavit, conſtitutam ſubſidiorum quantitatem ab eadem Congregatione ſibi augeri poſtularunt; At quia Balthaxar unus ex filiis Raphaelis primo natus alterius Legati pii *Silvani* nuncupati beneficio fruiturus brevi dicebatur, ſub diem 17. Aprilis 1734. Reſcriptum prodiit quoad Raphaelem -- *Ad mentem, quæ eſt, ut expectetur exitus Cauſæ reſpectu Balthaxaris ejus Filii*; -- die vero 8. inſequentis Auguſti -- *Non eſſe ſolvendum Balthaxari aſſignamentum durante participatio-*

n

ne Legati Silvani, & amplius, -- & quoad Argentinam filiam ejuſdem Raphaelis -- *Aſſignanda eſſe ſcuta 5. menſtrua durante ejus educatione in Monaſterio tantum, & amplius* -- Quoad Appolloniam alteram filiam -- *Solvenda eſſe ſcuta 5. menſtrua durante anno probationis, & poſtmodum ſcuta tria pro livello ſecuta oblatione, & amplius* -- Raphaeli vero *Solvenda pro nunc eſſe ſcuta octo menſtrua pro ſe, ac Franciſco, & Maria filiis poſtea natis, & amplius.* --

Poſtmodum vero rogante denuo Raphaele ampliorem ſibi ſubſidii taxam decerni etiam pro tempore præterito, atque á die nativitatis filiorum, eadem particularis Congregatio die 8. Maii 1735. juſſit illam augeri *uſque ad ſcuta 10. menſtrua incipien. a die prima Junii*, iterumque die 18. Auguſti 1736. -- *uſque ad ſcuta 10. menſtrua incipien. à die 1. Septembris proxime futuri* --, rejecit autem ſubinde alias ejuſmodi inſtantias, quæ fuerunt inſequentibus annis non ſemel ab eo promotæ.

At necdum acquieſcens præfatus Raphael, quamquam poſtea ex motu proprio Sanctiſſimi D. N. feliciter Regnantis ſubſidium pro ſe, ſuiſque filiis ad menſtrua ſcuta 21. adaugeri obtinuiſſet, novas rurſus ad Summum Pontificem preces habuit, ut annua ſumma ex Legato Marchionis de Juſtinianis pro Franciſco Maria, & Iſabella filiis ſuis jam adſignata à die nativitatis eorumdem filiorum, ſibi præſtaretur; Cumque preces iſtæ fuerint ad hanc S. Congregationem remiſſæ, diſputandum hodie proponitur Dubium inferius deſcriptum.

Annua hæc ſubſidia ut à die nativitatis filiorum ſolvenda ſibi decernantur, ſuadere nititur Raphael, tum ex natura Legati certo generi perſonarum relicti, quippe quod iiſdem perſonis, ſtatim ac in lucem ſunt editæ, ex ipſa legantis voluntate quæſitum eſſe contendit, tum ex judicio ſæpedictæ particularis Congregationis, quæ impenſas ab ipſo factas occaſione nativitatis filiorum ex eodem Legato decrevit perſolvi, tum demum ex proprio facto Juſtinianæ familiæ Januenſis, a qua ſub annum 1729. Salvator ex Thoma Juſtiniano Chienſi progenitus, quum vix limen vitæ attigiſſet, fuit ad hujus Legati participationem admiſſus.

Verum adverſus hæc nomine Juſtinianæ familiæ Januenſis obiicitur, pluries jam ex prædictæ Congregationis particularis ſententia eamdem, quæ modo inſtauratur, petitionem fuiſſe rejectam, eoque magis impræſentiarum eſſe denuo rejiciendam, quia ex toties adauctis ſubſidiis ſola Raphaelis familia menſtruis ſcutis 45. ditata hodie comperiatur, dum præter ſcuta 21. eidem pro ſe, ac tribus filiis noviſſime per Summum Pontificem impartita, Balthaxar eorum alter menſtrua ſcuta decem ex Legato Silvani Juſtiniani, tres vero filiæ, quarum duæ moniales ſunt, & una educationis cauſſa in Monaſterio degit, menſtrua ſcuta quinque ex iſto Legato percipiunt, ac proinde haud æquum fore, ut aliquid amplius ex eodem Legato uni tantum familiæ tribuatur.

Spectat jam vero ad Eminentiſſimos Patres decernere.

An aſſignamentum jam factum ex Legato Marchionis Vincentii Juſtinianii debeatur Franciſco Mariæ, & Iſabellæ de Juſtinianis à die eorum nativitatis in caſu &c.

Negative, & amplius.

PA-

Sess. 25. c. 19. de Regul. & Monial.

PACEN RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Scholastica Rodriquez de Roade Astorga supplicavit Sanctissimo D. Nostro feliciter Regnanti, ut sibi beneficium restitutionis in integrum impartiri dignaretur ad proponendam nullitatem Religiosæ Professionis, quam ex vi, metuque a Joanna de Astorga matre sibi illato perperam devovisse ait in Monasterio S. Catharinæ Villæ de Zafra sub nomine Sor. Mariæ à S. Francisco. Remissis autem ejusmodi precibus ad hanc Sac. Congregationem, istius jussu confectus subinde fuit processus coram Pacensi Episcopo, citatis tam Priorissa illius Monasterii, quam Subpriore Conventus S. Mariæ de Mina Ordinis Prædicatorum, cujus regimini subest idem Monasterium.

Ex formali Testium examine super articulis ab Oratrice exhibitis una cum reliqua actorum serie ad Sacram Congregationem transmissa satis probari putat Oratrix, se per vim, & metum ad emittenda Religiosæ Professionis vota coactam fuisse, eaque nullo unquam tempore, vel expresse, vel tacite ratificasse; Primo namque ultra ea, quæ de immoderata Joannæ de Astorga sævitia in filiam suam, dum hæc in materna domo educaretur produnt nonnulli Testes, ipsamet Joanna verita non est fateri, se dudum, ne subsidia a cl. me. Cardinali de Astorga Archiepiscopo Toletano sibi pollicita pro dote Oratricis, ubi vellet in Domino nubere, ejusque præsertim gratiam amitteret, plurimum sategisse, Filiæ suæ suadere, ut Religiosum statum amplecteretur; Hac vero semper abnuente, illud tandem cæpisse consilium, ut Oratrix subdole, ac ementito sub prætextu, quod Moniales S. Catharinæ eam invisere peroptarent, ad Monasterium illud deferretur, quemadmodum tuam in id operam conferente Sacerdote Panduro maternæ domus Præfecto illuc reipsa delata est; subindeque in Monasterium inducta, ac ibidem à Monialibus invita, & effuse plorans detenta, uti præcæteris de hac fraude edocti Soror Josepha Maria à S. Joanne altera ex prædictis Monialibus, & Sacerdos ipse Pandurus testantur.

Secundo, Plures ex Monialibus de visu perhibent, Oratricem eo tempore intra Monasterii sepia ita reclusam summo semper mærore apparuisse affectam, nec ab uberi lacrymarum effusione unquam temperasse, quin vero pluries postea ante Professionis tempus fuisse protestatam, se velle in seculo manere, animum suum religiosæ vitæ instituto penitus aversum usque adeo ostendens, ut quadam vice juxta depositionem Sororis Mariæ Josephæ à S. Petro -- „ Si volle buttar fuori „ del Convento da una fabbrica, che si stava facendo in alcune mura „ di esso, e che questo succedè nell' anno del suo noviziato, e che si „ sarebbe gettata fuori, se non l' avessero intesa le guardie -- & alia die, quemadmodum enarrat altera Monialis tunc temporis Novitiarum Magistra -- „ Uscì per una finestra d' un tetto, che corrisponde „ alla strada bastantemente alto, e non ritrovandola nel Noviziato, „ principiò à cercarla, e la ritrovò nel detto tetto, e li disse, che? „ che? voleva fare, come aveva fatto tal spropósito, e gl' aveva risposto che? che? volevano fare le Religiose di essa quì?

Tertio, quod plurimæ, & graves minæ intercesserint sub ipsummet tempus, quo Oratrix solemnibus Religionis votis se mancipavit; Id enim nedum eadem ejus mater confessa est, sed nonnullæ pariter Moniales recensuere, ac inter istas præcipua est præfata Soror Josepha Maria à

S. Pe-

S. Petro, à qua deponitur, -- Che in presenza del Testimonio o Don-
„ na Giovanna de Astorga Madre di Donna Scolastica la minacciò ri-
„ gorosamente, dicendogli, che se non professava li caveria mille
„ vite, che avesse, che considerasse quello, che faceva, che nel non
„ professare, e dargli gusto gli toglieva il suo sovvenimento, mentre
„ in altro caso la farebbe in pezzi, come si sparte un Pollo, e che gli
„ fece molte altre minaccie con molte maledizioni, che gli man-
dò -- idque ipsum inquit audivisse ab Oratricis Matre altera ex Testi-
bus Maria Ostiz.

Quarto, Eadem Soror Josepha Maria à S. Petro, aliæque plures depo-
nunt, Oratricem post emissam Professionem officia Monasterii sibi
commissa non per se ipsam, sed per interpositam alterius Monialis
personam, ut plurimum consuevisse exercere, servitium vero Chori,
aliaque id generis Communitatis opera satis ægre, summaque animi
acerbitate semper expleviſſe, & tandem mores suos tam in gestando
habitu, quam in reliquo vitæ genere à Regulari instituto prorsus alie-
nos facile omnibus fuisse perspectos. Ad hæc sæpedictus Sacerdos
Pandurus refert, se pluries ab Oratrice post emissam Professionem se-
cum colloquente maledictis, & probris fuisse impetitum, quippe qui
conscius maternæ fraudis ipsam ad Monasterium modo superius enar-
rato deceptam traduxerit.

Religio Oratricis instantiæ non contradicit. Episcopus vero in relatione
ad Sacram Congregationem transmissa hæc habet -- „ Per la cogni-
„ zione che ho della sostanza di questa dependenza, e di ciò che si è
„ trattato colla Supplicante, devo manifestare all' EE. VV. tener per
„ certo tutto ciò, che dalla detta Donna Scholastica si espone à Sua
„ Santità, e che la riferita in alcun tempo avanti, ne dopo della sua
„ Professione, ne pure nel medesimo atto di quella ebbe volontà di
„ essere tale Religiosa, ne l' ha mai avuta, anzi che una speciale repu-
„ gnanza, e contradizione ad esserla nel riferito Convento; Per il che
„ stimo, che non sia tal Religiosa, e parimente ho riconosciuto ritro-
„ varsi la di lei anima in un notabile rischio di perdersi eternamente, se
„ permanesse in quel Convento.

His igitur perpensis, quæ latiori calamo ab Oratricis Defensore exor-
nantur, placeat EE. PP. respondere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Die Sabbathi 21. Aprilis 1742.

TOLETANA JURIUM PAROCHIALIUM. Rogantur Eminentissimi Patres, resumpto Folio postremæ Congregationis sub diem 7. currentis mensis habitæ, Causam hanc hodie definire. *Sess. 22. c. 12. de ref.*

1. *An*

I. *An erectio Hospitalis S. Petri Villæ Matriti sub instituto Ven. Congregationis Presbyterorum sit confirmanda, vel potius sit locus illius suppressioni, & quomodo*; & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

II. *An concedendum sit prædictis Hospitali, & Congregationi indultum respective administrandi Sacramenta Pœnitentiæ, SS. Eucharistiæ, etiam per Viaticum, retinendi Oleum Sanctum, illudque administrandi Sacerdotibus Infirmis independenter a quovis Parocho, etiam S. Sebastiani*; & quatenus affirmative.

III. *An sub eodem indulto comprehendendi sint Ministri, seu Servientes, & Familiæ degentes intra septa dicti Hospitalis, & Ecclesiæ cum eadem independentia a Parocho, sive Parochis in casu &c.*

IV. *An concedendum sit Indultum administrandi Sacramentum Eucharistiæ pro satisfactione Præcepti Paschalis, tam Sacerdotibus, quam Ministris, aliisque supradictis Personis, intra septa dictæ Ecclesiæ & Hospitalis degentibus, sive Infirmis, sive non in casu &c.*

V. *An indulgendum sit eidem Congr., & Hospitali jus sepeliendi tam Confratres, Ministros, aliosque in Hospitali decedentes, quam alios decedentes in quacumque Parochia, & sepulturam eligentes in dictis Ecclesia, & Hospitali cum eadem independentia a Parocho, seu Parochis eorumdem, & absque ipsorum interventu, & Cruce tam in associando, quam in sepeliendo Cadavera una cum emolumentis competentibus aliis Ecclesiis, & Hospitalibus exemptis a Jurisdictione Parochi in casu &c.*

VI. *An concedenda sit exemptio ab omni, & quacumque solutione cujusvis portionis, seu Quartæ Funeralis dictorum Ministrorum, Servientium, Familiæ, ac Sacerdotum in Hospitali decedentium in casu &c.*

VII. *An concedendum sit Hospitali, & respective Congr. Indultum exponendi in illius Ecclesia publicæ venerationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, celebrandi Divina Officia in Hebdomada Majori, benedicendi Candelas, Cineres, & Ramos Olivarum; & celebrandi quamcumque Festivitatem, Missas cantatas, Prædicationes, Anniversaria, & Officia Mortuorum, & peragendi quasvis Ecclesiasticas functiones fieri consuetas in Ecclesiis aliorum Hospitalium exemptorum, fruendique omnibus privilegiis, & prærogativis pariter ad instar aliorum Hospitalium authoritate Apostolica exemptorum in casu &c.*

Ad I. Dilata, & scribatur Archiepiscopo Administratori pro nova informatione juxta instructionem.

Sess. 23. c. 13. de ref.

CASERTANA CAPPELLANIARUM. Quum sexdecim Cappellani in Ecclesia Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Magdalu existentes consueverint juxta legem in veteri dictarum sexdecim Cappellaniarum erectione adjectam, semel in hebdomada a Missæ celebratione vacare, tempore autem infirmitatis teneantur alios, q Missas celebrent, aliaque subeant onera, substituere, si ipsorum ægritudo ultra tres menses protrahatur, alii quatuor Cappellani jux testamentariam dispositionē Jacobi Landulphi postmodum instituti, anno 1701. dictis antiquis sexdecim Cappellanis additi in supplici l bello sub annum 1737. Sacro huic Confessui porrecto duo postularun

alt

alterum, quod instar veterum Cappellanorum una die cujuslibet hebdomadæ declarentur a Missæ celebratione, & applicatione immunes; alterum vero, quod infirmitate aliqua detenti minime obstringantur, uti veteres Cappellani, Missas per Substitutum celebrare, tametsi infirma ipsorum valetudo ultra tres menses perduraverit.

Quoniam vero, discussis in Congregatione diei 14. Decembris dicti anni 1737. hisce Dubiis: I. *An quatuor Cappellanis q. Jacobi Landulphi Ecclesiæ receptitiæ Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Magdaluni ad instar antiquorum Cappellanorum competat beneficium vacandi a celebratione unius Missæ in singulis hebdomadis.* II. *An iidem quatuor Cappellani impediti ex causa adversæ valetudinis teneantur supplere per alium in Missis adimplendis, ac in canendis Horis Canonicis in casu &c.* relatum fuit: *Ad I. Negative, & quoad celebrationem juxta mentem Testatoris videatur particulariter. Ad II. Negative* --, iidem quatuor recentiores Cappellani utentes hodie beneficio novæ audientiæ pridem impetrato rogant ab EE. PP. responderi,

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

TROJANA. Ex gravi Terræmotus concussione, quæ Civitatem Fogiam sub annum 1731. enormiter labefactavit, magnum fecere detrimentum pleræque domus ad Præbendas Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ spectantes: Ne vero plures Canonici eam ob causam, aut omnino, aut nimia ex parte suorum redituum jacturam pati cogerentur, atque ita servitium Ecclesiæ paulatim desereretur, hæc inter Capitulares, suadente Episcopo, inita fuit deliberatio, nimirum, ut universi redditus tam ex fructibus Præbendarum, quam ex massa communi quotidianis distributionibus destinata, in unum conferrentur acervum, indeque primum sumerentur ducati mille in refectionem domorum erogandi; reliquæ vero ex iisdem proventibus superextantes pecuniæ, subductis necessariis Ecclesiæ sumtibus, inter Canonicos, qui divinis interessent officiis, deberent ex æquo dividi, atque ita tandiu servaretur, donec optata ædium restauratio perfecta foret, hac autem absoluta, ex toto redituum cumulo tres fierent partes, quarum una cederet in distributiones quotidianas, & ex aliis duabus distinctæ iterum Canonicorum Præbendæ constituerentur, *Sess. 24. c. 12. de ref.*

At renuentibus nonnullis Canonicis Præbendas suas, quæ ab omni Terræmotus vastitate ramanserant incolumes, juxta mox enunciatam præscriptæ rationis methodum cum aliis conferre, opus fuit ad dirimendas controversias inde obortas, Sacram hanc Congregationem consulere, quæ ad duplex propositum Dubium: I. *An omnia bona tam massæ communis, quam Præbendalia coacervari debeant ad effectum deinde dividendi reditus juxta modum ab Episcopo, & majori parte Capituli approbatum, & quatenus negative.* II. *An, & quomodo sit providendum tam Ecclesiæ, quam Dignitatibus, & Canonicis, quorum fundi præbendales, vel omnino, vel in parte perierunt*, die 6. Decembris 1732. rescripsit: *Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo*, Causaque rursus ad examen revocata, die 10. Januarii 1733. perstitit in decisis juxta modum, videlicet, *ut durante provisionali coacervatione redituum, quidquid erit de jure solvendum pro pensionibus* (quibus

bus ſubjacent nonnulli Canonicatus) *ſolvatur ex acervo eorumdem re dituum ; Quo vero ad prorogationem temporis , & quantitatem annu ſummæ eroganda in reparationem domorum , ad eumdem Epiſcopum pr ſuo arbitrio, & prudentia negocium remitteretur .*

Hiſce reſcriptis obſequens Epiſcopus decrevit ex univerſis Capituli redi tibus cumulum fieri , ex quo ducati 720. æquis partibus deberent in ter Canonicos pro Chori ſervitio diſtribui , alii ducati 149. in cauſa penſionum , aliorumque onerum cedere , quidquid autem ſupereſſe id omne refectioni ædium tribueretur ; Verum quia decem Canonic majorem Capituli partem conſtituentes , quorum Præbendæ null penſionis onere gravatæ reperiebantur , poſthabitis mox enunciat S. Congregationis reſolutionibus , & Epiſcopi Decreto , curarunt al quas ex memoratis ædibus reſtaurari non quidem ex fructibus omniu Præbendarum ſimul cumulatis , ſed ex pluribus Capitalibus cenſuu per debitores Capituli in ſumma ducatorum mille interea reſtitutis nec non ex pretio quorumdam prædiorum , quorum diſtrahendi facul tatem arbitrio Epiſcopi commiſſam Capitulum ipſum a S. Congrega tione Epiſcoporum,& Regularium negotiis præpoſita ſub annum 173 ob eamdem reparationis domorum cauſſam impetraverat , ea tame obligatione impoſita , quod ex fructibus ædium reſtaurandarum com mune ærarium redintegrari deberet , deindeque facta æquali diviſio ne unuſquiſque Canonicus propriam retinuit præbendam ad annuu reditum ducatorum centum redactam , Canonicus Garzillus nov huic præbendarum diviſioni , veluti quæ & Eccleſiæ ſervitio , & ſu Præbendæ nimis foret pernicioſa , non acquieſcens , fategit , præte bina alia Dubia , in hoc Sacro Senatu diſceptari : *An reſolutiones hu jus S. Congr. diei 6.Decembr. 1732. & 10.Jan. 1733 ſint in omnibu exequendæ, ſeu potius aſſerta diviſio noviter facta ſuſtineatur in caſu &* cui die 6. Decembris 1738. reſponſum fuit : *affirmative quoad prima partem , & negative ad ſecundam .*

Sed neque poſtrema hæc S. Congregationis reſolutio fuit hactenus exe quutioni plene demandata ; Omnium enim redituum acervus reipſa Capitulo factus non eſt , & quoniam Præbendarum Domus labefacta tæ , jampridem pecuniis ex prædictis Capitalibus cenſuum , nec no ex memorata Prædiorum venditione retractis inſtauratæ reperiebat tur , ipſo etiam Canonico Garzillo demum conſentiente , ſtatutu fuit ab eodem Capitulo , ut propriam quiſque Canonicus præbendam retineret , præcipua tamen manente tertia parte redituum pro quot dianis diſtributionibus , utque præterea quidam alius conficeretur pa vus acervus annuæ ſummæ ducatorum biſcentum tam pro diſſolven do ære alieno Capituli , quam pro redintegranda pecunia capitalium cenſuum , prædiorumque in cauſſam refectionis ædium erogata , cu jus pecuniæ redintegrandæ quantitas non amplior modo ſupereſ quam in ſumma duc. 1600.

His ita inter Canonicos conſtabilitis , totius Capituli nomine Sacræ hu Congregationi porrectæ nuper ſunt preces , quibus duo hæc ſibi ben gne indulgeri flagitant . Primum , ut pro redintegratione eorumde ducat. 1600. concedantur inducíæ annorum octo , quæ nullum omn no Eccleſiæ , ſed ipſis dumtaxat Canonicis damnum inferre ajunt : S cundum , ut iiſdem Canonicis ad cautelam abſolutio impertiatur a quibuſcumque cenſuris, quas forſan incurrerint , ſive ob licentiam c

ſtr

ſtrahendi prædia quædam inutilia Capituli cauſſa refectionis domorum a dicta S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, nulla facta mentione reſolutionum hujus S. Congregationis impetratam, ſive ob alienationem eorumdem prædiorum inde ſequutam, ſive demum ob neglectam ærarii communis ex fructibus domorum redintegrationem, quæ ex ipſius licentiæ præſcripto fieri debuiſſet.

Annuendum ſibi confidunt Canonici putantes, ſe hac in re nullius doli, vel fraudis redargui poſſe, quippe qui nihil pecuniæ ex retrovenditione cenſuum, vel ex diſtractione prædiorum receptæ in proprios converterint uſus, ſed eam omnem in neceſſariam ædium reparationem, atque Præbendarum utilitatem fideliter erogaverint, ex fructibus vero Præbendarum, necdum potuerint ærarium redintegrare, quum iſti vix congruæ ipſorum ſuſtentationi ſufficerent.

Modum hunc a Canonicis præſtitutum diſſolvendi æris alieni, & reſtituendæ pecuniæ ex annuis ducatis biſcentis per annos octo in communem maſſam conferendis, approbandum eſſe cenſent tam Epiſcopus Trojanus, quam alter Epiſcopus Bovinenſis, qui ambo juſſi ſunt ſuper Canonicorum precibus S. Congregationem inſtruere. Imo vero addit Epiſcopus Bovinenſis, haud quaquam expedire excogitatam omnium cujuſque Præbendæ redituum communionem, quippe quia non ita bene per Eccleſiæ Procuratores Præbendæ omnes excoluntur, ſervanturque, ſicut unuſquiſque ſuam tanquam rem propriam adminiſtrans majori tuetur ſtudio, pinguioremque reddere nititur.

Placeat igitur EE. VV. decernere.

An ſit annuendum precibus Capituli in caſu &c.

Prævia abſolutione a cenſuris, & diſpenſatione ab irregularitate, impoſita aliqua ſalutari pœnitentia arbitrio Epiſcopi pro gratia juxta petita, dummodo quolibet anno deponant ducatos 200. pro reintegratione communis ærarii, & de ſecuto depoſito doceant coram Epiſcopo.

BASILEEN. In Cathedrali Eccleſia Baſileenſi ea viget conſuetudo, ut ii, qui Canonicatum aliquem, ſive a Capitulo, ſive etiam ab Apoſtolica Sede fuerint aſſecuti, nonniſi tranſactis quatuordecim diebus poſt exhibitas eidem Capitulo collationis literas, Canonicatus ſui poſſeſſione donentur; Ad cujus propterea conſuetudinis normam, quum Capitulum vacantem quemdã Canonicatum Simeoni de Montoyc ſub diem 16. Maii 1741. contuliſſet, trigeſimam diem ejuſdem menſis ad tradendam illi poſſeſſionem conſtituit. *Seſſ. 24. cap. de ref.*

Collationem hanc anteceſſerat reſignatio alterius Canonicatus facta a Joanne Libero Barone a Payſporg, quæ literis Apoſtolicis in forma gratioſa a SSmo D. N. ſub datum 14. Kalendas Maii 1741. expeditis in favorem Antonii Beati Mynch de Mincheſtein admiſſa fuit; Quamquam vero ejuſmodi literæ, non antea Baſileam pervenerint, fuerintque a Procuratore memorati Antonii Mynch de Mincheſtein Capitulo exhibitæ, quam ſub diem 29. prædicti menſis Maii, idem tamen Procurator obtinuit a Capitulo decerni, ut ſequens die 30. ejuſdem Menſis, non expectato dierum quatuordecim intervallo, ad capeſſendam procuratorio nomine reſignati Canonicatus poſſeſſionem ſibi aſſignaretur.

Ea itaque adventante die tam Simeoni d Montoye, quam Procuratori

Antonii de Mincheſtein pro adipiſcenda ſui cujuſque Canonicatus poſſeſſione a Capitulo indicta, quum uterque in ea aſſequenda prior altero eſſe contenderet, idem Capitulum ad petitionem Procuratoris præfati Antonii de Mincheſtein poſtulantis, ne ex Poſſeſſione, qua forte priori loco traderetur Simeoni de Montoye, ullum juribus ſu Principalis detrimentum adferretur, explicite reſpondit, ſe id ſta tuiſſe, ut ex ordine dandæ poſſeſſionis nullum alterutri eorum præ cedendi jus quæreretur.

Sub hac igitur declaratione ambo adepti ea die Canonicatus ſui poſſeſſio nem rogant modo excitatam inter ipſos præcedentiæ controverſiam ab hoc Sacro Senatu decidi. Porro iſtam honoris prærogativam ſib deberi adſtruit Canonicus de Mynchefteín ex duplici titulo; prime ſcilicet ab anteriore tempore, quo vi memoratæ reſignationis jus ſib quæſitum eſſe contendit; In ejuſmodi enim præeminentiæ quæſtioni bus receptum ait, eum, cæteris paribus, honore potiorem eſſe, qu prior adeptus fuerit dignitatem, ut per *Text. in Can. fin. diſt.17.cap.1 cap.15. & cap.16. de major. & obed. l.1. & l.Jancimus* 4. *Cod. de con ſul. & l.2. Cod. de præfectis Prætor.* communiter tradunt *Ancharan conſ.215. Caſſan. in Cath. glor. mund. part.4. Manriguez de præced.q.1 n.17. Peralt. eod. tract. de præced. cap.3. n.4.*, præſertim quia ipſe pe collationem Canonicatus a Summo Pontifice ſibi factam non titulun modo, ſed & ejus poſſeſſionem uno, eodemque tempore acquiſiviſſ cenſendus ſit, quum Princeps ſola conceſſione poſſeſſionem æqu transferat, ac dominium ex *Doctr. Baldi in cap. ad audientiam de re ſcript. Frec. de ſub feud. lib.2. cap. quis dicatur Dux num.68. Sanfelic deciſ.333. n.10.*

Secundo ex ſuprema dignitate Summi Pontificis, a quo Canonicatun obtinuit, quum is, qui officium aliquod, vel beneficium a majori & digniori conſequitur, præ cæteris ſit honorandus, juxta *Gloſs. i l.2. ff. de alb. ſcrib. & in cap.1. verb. major.*, *& in cap. per tuas verb ſubdiaconatus de majorit. & obed. Gratian. diſcept. for.845. num.54 Marc. Laudenſ. tract. de dignit. quæſt.16. Manrignez de præced. qu.1 num.20.*, quemadmodum quiſquis a Summo Pontifice Sacris Ordini bus decoratur, clericos alios ab inferioribus Epiſcopis ordinatos de bet antecellere, uti per *Text. in Can. ult. diſt.17. Can. final. diſt.79 cap. per tuas de major. & obed.* docent *Gonzal. in Decretal. ad cap.1 ſub n.33. de major. & obed. Valenz. com.1. ſub num.16. Hallier. de Jacr elect. quæſt.2. part.5. cap.3. §.3. art.9. fol.387.*

His autem jactis, Canonicus de Mynchefteín nullatenus ſuffragari pu tat Simeoni de Montoye, pro vindicanda priore honoris Sede, Ca nonicatus poſſeſſionem, quam ipſe ſibi primo a Capitulo datam fort propugnet; Nam præterquamquod firmiter ſuſtinet, eam utrique fuiſſe uno, eodemque tempore traditam, tuetur præterea neutrat quoad juris effectum priorem, vel poſteriorem cenſeri poſſe ob ex preſſam jurium utriuſque partis præſervationem in ea tradenda a Ca pitulo declaratam.

Minuſque demum ſibi officere arbitratur enunciatam conſuetudinem expectandi quatuordecim dies, quam fortaſſe obtendat præfatus Ca nonicus de Montoye, ut inſimulet Capitulum de nimia feſtinatione qua ſuum Procuratorem ad Canonicatus poſſeſſionem admiſit; han enim conſuetudinem hactenus ita ſervatam fuiſſe ait, ut in arbitri

ejuſdem Capituli ſemper repoſitum fuerit illud temporis intervallum remittere, quemadmodum non tantum ex ipſius Capituli teſtimonio, verum etiam ex actis capitularibus, plura hujuſce rei exempla ab anno 1717. ad annum 1740. præſeferentibus comprobari adfirmat.

Adverſus hæc nihil uſquedum nomine Canonici Simeonis de Montoye allatum eſt. Onus jam vero erit EE. VV. deliberare.

An, & cui debeatur præcedentia in functionibus Canonicalibus, Capitularibus, & Eccleſiaſticis in caſu &c.

Iterum proponatur.

FIRMANA CONCIONATORIS. Univerſitas Caſtri S. Angeli in Pontano nominare quotannis ſolet Concionatorem, illique ſtipendium perſolvere, ut alternatim tempore Adventus, & Quadrageſimæ verbum Dei adminiſtret in aliqua ex tribus Eccleſiis ejuſdem Oppidi, videlicet Parochiali ſub titulo Sanctiſſimi Salvatoris, S. Franciſci Minorum Conventualium, & S. Nicolai Ordinis Eremitarum S. Auguſtini; In his tamen Regularium Eccleſiis non alius ab Univerſitate ad id munus ſeligi poteſt, quam Regularis illius Ordinis, in cujus Eccleſia Conciones habeantur. Noviſſime autem, quum ex turni ordine Conciones habendæ forent in Eccleſia Eremitarum S. Auguſtini, quædam inter eoſdem Fratres, ac Vicarium Foraneum ejuſdem Oppidi excitatæ fuerunt controverſiæ, quæ demum ad hanc Sacram Congregationem delatæ ſunt. *Seſſ.24. c.11. de ref.*

Promotor Curiæ Archiepiſcopalis, a quo jura Vicarii Foranei, & ejuſdem Curiæ propugnanda ſuſcipiuntur, illud primum contendit, non aliter Religioſo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ab Univerſitate electo in ipſorum Eccleſia prædictis temporibus Adventus, & Quadrageſimæ concionari licere, quam ſi approbationem ab Epiſcopo ferat, illamque poſtea Vicario Foraneo exhibeat; Quamvis enim ex Concilii Tridentini Decreto *in cap.2. ſeſs.5. de ref.* Regulares in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare volentes a propriis ſuperioribus approbari, ab Epiſcopo vero benedictionem dumtaxat petere debeant, quemadmodum explicatur *a Fagnan. in cap. Grave gerimus de offic. ordin. n.24. Anaclet. lib.1. tit.31. §.6. num.146. & de Franchis contr. inter Epiſcopum, & Regul. part.1. num.577. verſ. ſecundo ex Concil.*, id tamen minime protrahendum eſſe putat ad eum caſum, quo Regulares ipſi in Eccleſiis ſui Ordinis prædicent pro commoditate populi, a quo ſtipendium ſolvatur, & quando ad hoc miniſterium non ex ſuorum ſuperiorum juſſu, atque deſtinatione, ſed ex alterius nominatione, ſive delectu aſſumpti ſunt, juxta ea, quæ tradunt *Monacell. formul. Eccl. tit.12. formul.7. in annot. n.3. & 4. & Piton. diſcept. Eccleſ.101. num.11.*, ubi deciſum refertur a Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita in una *Alatrina 3. Julii 1693.*, quod etiamſi jus nominandi Regularem Concionatorem in propria Eccleſia pro commoditate Univerſitatis, quæ eleemoſynam ſolvat, ſpectaret ad Generalem Ordinis, electio tamen fieri deberet ab Epiſcopo; Inde enim arbitratur præfatus Epiſcopalis Curiæ Promotor recte colligi, quod Regulares ad obeundum prædicationis officium ab Univerſitate nominati nedum debeant literis deputationis, ſeu approbationis Archiepiſcopi communiri, verum etiam teneantur eas Vicario Foraneo exhi-

exhibere, quia aliter sciri non posset, eos ita electos, vel probatos fuisse, ac præterea, quia id conforme est præscripto a Diœcesana Synodo sub annum 1660., in qua de licentia per Concionatores ab Archiepiscopo impetranda in hæc verba sancitur: *Nostra autem licentia Vicariis Foraneis locorum exhibenda erit.*

Addit præterea, hanc esse Firmanæ Diœcesis consuetudinem, & præsertim in loco S. Angeli constanter hactenus servatam, ut Concionatores etiam Regulares in propriis Ecclesiis prædicaturi, postquam ab Archiepiscopo probati fuere, hujus approbationis documentum Vicariis Foraneis ostenderent, idque satis probari censet, tum ex relatione ipsius Archiepiscopi Firmani ad Sacram Congregationem transmissa, in qua hæc habetur „ Mos antiquus est hujus Diœcesis „ etiam Synodicis Decretis confirmatus, ut Concionatores, qui a „ Communitatibus Locorum pro tempore Adventus, & Quadragesimæ eliguntur, attributis publicis stipendiis, quamvis Regulares „ sint, post approbationem, & benedictionem ab Archiepiscopo impetratam, antequam in locis designatis concionari incipiant, Vicariis Foraneis eorumdem Locorum se sistant, doceantque approbationem, & benedictionem sese impetrasse, *tum ex depositione „ quorumdam Sacerdotum, aliorumque Testium adfirmantium*: Qual„ mente in tempo, che la bon. mem. del Signor D. Nicolò Giovan„ netti fù Vicario Foraneo di questa Terra di S. Angelo per lo spazio „ d' anni trenta in circa, li PP. Predicatori, sì Agostiniani, che „ Francescani, e di qualunque altro ordine, prima di principiare „ le di loro predicazioni, si sono sempre presentati avanti il Signor „ Vicario foraneo suddetto con passare ad esso le solite convenienze „ tum demum ex testimonio alterius Sacerdotis octuagenarii ita de prædictis Concionatoribus a longe antiquiori tempore perhibentis, nimirum „ Che venivano alle Case de' sudetti Vicarj Foranei, e si pre„ sentavano avanti li medesimi. dicendo essere Predicatori eletti, e „ di avere li necessarj requisiti, ed ordini.

Hæc spectant ad duplicem disceptationem, cujus argumentum exhibent bina Dubia priori loco mox subnectenda. Quia vero alia quoque oborta est quæstio, num de eleemosynis, quæ certis quibusdam diebus Adventus, & Quadragesimæ, occasione Concionum in Ecclesia eorumdem FF. Eremitarum S. Augustini, sive in subventionem Hospitalis Orphanotrophii, & expositorum infantium, sive pro Redemptione Captivorum, sive pro Terræ Sanctæ subsidio, sive demum pro suffragio animarum in Purgatorio existentium speciatim colliguntur, & quarum aliquæ non in Ecclesia tantum, verum etiam ostiatim per Castrum fieri solet, ratio reddenda sit necne Vicario Foraneo, hujus quoque controversiæ decisio ab EE. PP. exposcitur.

Porro Archiepiscopalis Curiæ Promotor ejusmodi eleemosynarum rationem Vicario Foraneo a Fratribus Augustinianis reddendam esse tuetur, quia Synodus Diœcesana eleemosynas, quæ pro Hospitali, & pro redimendis Captivis colliguntur, ad Archiepiscopum a Vicariis Foraneis transmitti decernit, earum vero, quæ in animarum suffragationem sunt destinatæ, explicite jubet rationem Vicariis Foraneis esse reddendam. Subjungit præterea id quoque ex juris præscripto citra dubium procedere, quum nemini liceat absque Episcopi permissione eleemosynas per Civitatem, & Diœcesis loca quæritare. Accedit

cedit insuper, quod de illa eleemosynæ specie, quam fideles pro necessitatibus Terræ Sanctæ elargiuntur, imperatum jamdudum fuit a san. mem. Urbano VIII., & novissime a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIV. in suo Brevi, incipien. *Salvatoris*, omnibus Locorum Ordinariis, ut nedum Christifideles ad ejus largitionem excitari, verum etiam ut summas inde collectas Syndicis Apostolicis tradi curent, deque sua ejusmodi jussibus paritione, quum statum propriæ Ecclesiæ occasione Visitationis Sacrorum Liminum, Sanctæ Sedi exponunt, docere teneantur; Quod utique ab Episcopis adimpleri nequaquam posse subjungit Promotor Fiscalis, nisi ipsi, vel per se, vel per Vicarios Foraneos de hisce eleemosynis rationem valeant exigere.

At e diverso singulis hisce Promotoris Fiscalis conatibus sese opponentes Fratres Eremitæ S. Augustini sustinent primo, Religiosum conciones habiturum in Ecclesia proprii Ordinis nequaquam indigere Archiepiscopi approbatione juxta sancitum à. S. Tridentino Concilio *c.2. sess.5. de Ref.*, immo vero sufficere, ut Regularis in Ecclesia sui Ordinis prædicare volens benedictionem ab Episcopo Diœcesano petat, quamvis eam non obtinuerit, declaratum est ab hac S. Congregatione *in Andrien. Januarii* 1708. *lib.*11. *Decret. pag.*26. *tergo*, *&* *in Narnien.*13. *Julii* 1669. *lib.*26. *pag.*257. *ad* 5. *Dubium*; Secundo inquiunt, eumdem pariter obstrictum non esse, antequam prædicationis officium subeat, coram Vicario Foraneo se sistere, eique benedictionis, sive approbationis ab Archiepiscopo impetratæ documentum ostendere, quum id nullo jure cautum esse reperiatur, negantque præterea hoc unquam fuisse in Castro S. Angeli servatum, ut satis evinci arbitrantur ex testimonio, quod proferunt, plurium ejusdem Loci Incolarum; Et tertio demum contendunt, liberum sibi esse eleemosynarum largitionem, quam Christifidelibus in propria Ecclesia commendaverint, ab iis colligere, suoque prorsus arbitrio distribuere, quin ad ullam de ipsis rationem Vicario Foraneo reddendam compelli queant per ea, quæ notat *Pignattell. consult.*206. *num.*69. *tom.*4. Cæterum profitentur, se haudquaquam renuere eleemosynas sive in subsidium Hospitalis, sive pro necessitatibus Terræ Sanctæ, sive redimendis Captivis destinatas Syndicis Apostolicis, aliisque Officialibus ad eas recipiendas selectis tradere, (quemadmodum à se hactenus peractum fuisse adfirmant) dummodo ipsis plena fides de summa collecta habeatur.

Jura in utramque Partem circumferentur; Iis itaque inspectis una cum relatione Archiepiscopi Firmani, rogantur Eminentissimi PP. pronunciare.

I. *An Concionatores Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui per Turnum eliguntur à Communitate in Castro S. Angeli in Pontano, ultra benedictionem, teneantur etiam petere approbationem à Reverendissimo Archiepiscopo*, & quatenus affirmative.

II. *An dicti Concionatores teneantur se præsentare coram Vicario Foraneo Locali, & doce tam de dicta approbatione, quam de benedictione.*

III. *An, & de quibus eleemosynis, quæ recipiuntur occasione Concionum*

Ad-

Adventus, & Quadrageſimæ, idem Vicarius Foraneus valeat exi gere rationem in caſu &c.

Ad I. Affirmative in caſu, de quo agitur. Ad II. Affirmative Ad III. Vicarium Foraneum certiorem fieri debere de eleemoſynis, qua colliguntur pro ſubſidio Terræ Sanctæ, Redemptionis Captivorum Hoſpitali, & ſuffragio Animarum purgantium tantum.

Seſſ. 25. c. 4. de reſ.

LUNEN. SARZANEN. DEPUTATIONIS VICARII PERPETUI Compererat Epiſcopus ſub annum 1681. occaſione Sacræ Viſitationis Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi Loci Inſulæ, haud ſatis eſſe uniu Rectoris operam, ut ſpirituali Populorum curæ, tam in dicto Loco Inſulæ, quam in Terra Milliarinæ, aliiſque adiacentibus Villis degentibus apte conſuleretur, quum unicus Paſtor apud d. Eccleſiam S. Jacob reſidens nequaquam poſſet, ſive ob copiam ovium ſuarum longe la tequediſperſam, ſive ob multam viarum difficultatē, atque itineris diſtantiam unicuique earum, prout, neceſſitas aliquando poſtularet præſto eſſe, & ſæpe ſæpius ipſimet Incolæ Terræ Milliarinæ, affinium que Villarum eamdem ob cauſam nequirent ad diſſitam S. Jacobi Eccleſiam convenire; Proindeque ut huic malo occurreret, decretum edidit, quo imperatum eſt Parocho, ut ipſe ſibi Vicarium adſciſceret qui in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Terræ Milliarinæ reſideret, ibique Sacramenta miniſtrare, earumque animarum curam gerere teneretur Ad congruam vero ſuſtentationem ejuſdem Vicarii, qui poſſet ad nutum Parochi amoveri, conſtituit annuum biſcentum librarum ſtipendium ab ipſo Parocho perſolvendum, & quædam Confraternitas S. Bernardi onus ſibi ſuſcepit conducendæ Domus, quam deberet Vicarius iſte inhabitare.

Tranſactode in plurium annorum ſpatio Populus Loci Milliarinæ ſupplex hanc adiit Sacram Congregationem pro obtinenda veteris illius Paræciæ diviſione, novaque alterius erectione in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ ejuſdem Loci, ſed binis propoſitis Dubiis -- I. *An ſit locus petitæ diſmembrationi* -- II. *An Parochus teneatur reſidere in Terra Milliarinæ* --, Eminentiſſimi PP. reſcripſerunt -- *Ad utrumque Negative* --, *ut ex Lib.* 53. *Decret. pag.* 73.

Res ita ſtetit ad hæc uſque noviſſima tempora, quibus Homines Milliarinæ aliud ineuntes conſilium poſtularunt ab Eminentiſs. PP. non quidem veteris Parochiæ diſmembrationem, ſed illud ſolum, ut unico manente Rectore, perpetuus ad ipſius nominationem in Eccleſia S. Jo. Baptiſtæ Vicarius pro exercenda Animarum cura deputaretur.

Ad has vero preces excitatus Epiſcopus, ut de toto rerum ſtatu Sacram Congregationem, audito Rectore Inſulæ, edoceret, ſuam nuper ipſe exactam tranſmiſit relationem, in qua recenſens primum ex pluribus antiquis viſitationum, ac etiam hujuſce Parochialis collationum documentis apparere, quod olim Eccleſia S. Jacobi Inſulæ, & altera S. Joannis Baptiſtæ duas inter ſe diſtinctas efformarent Paræcias in unam poſtea redactas, ad petitam quod attinet Vicarii perpetui deputationem teſtatur, ægre admodum reperiri idoneum Sacerdotem, qui in munere Curati apud Eccleſiam Milliarinæ reſideat; *Agitur enim* (ſunt ejus verba) „ de Cura Animarum laborioſa ratione multitudinis Po-

„ puli

„ puli, nam major pars planum inhabitat, & ad Ecclesiam Milliarinæ „ pro Sacramentorum susceptione confluit. Augetur labor, & nimium „ frequentibus morbis, quibus planities ob aeris malignitatem obnoxia est, æstivo præsertim tempore, & salarium vix sufficit pro necessaria Curati sustentatione, Quod si hæc incommoda sola satis essent retrahendo probato, & idoneo Sacerdoti a susceptione muneris Curati, multo magis hoc præstant, si superaddantur assiduæ, quæ „ inter Parochum, & Curatum incidunt quæstiones de hujus dependentia ab illo in Sacramentorum administratione, ac de obligatione „ se ab una ad aliam Ecclesiam transferendi, quoties advocetur cum „ evidenti discrimine, ne si Parocho pareat, Populum Milliarinæ sibi „ infensum reddat, si vero obtemperare detrectet, vel per usum facultatis removendi, qua Parochus fruitur, vel per dilationem in „ Salario persolvendo a munere dimittatur, vel decedere cogatur.

Ac demum ita concludit -- „ Ex his apparet longe utilius fore, si Cura„ tus a Parocho Insulæ semper nominandus, & eodem Salario libra„ rum ducentum, quas ex certis fundis percipiat, conducendus ab „ ipso ad ejus libitum amoveri nequeat, & nullatenus in Sacramento„ rum administratione Populo Milliarinæ, & aliarum Parochialium „ functionum exercibile ab eodem Parocho dependeat, salvo tantum„ modo huic jure prælationis, quatenus per se ipsum Sacramenta mini„ strare velit, hoc pacto cessabunt tot, quæ ex dicta dependentia su„ borta sunt, & quotidie suboriuntur dissidia inter Parochum, & Cu„ ratum ac utrumque Populum vicissim suas Pastoris partes sustinen„ tem, neque timor, vel amotionis á munere Curati retrahet ido„ neos Sacerdotes ab eo suscipiendo, vel ad jam susceptum sponte de„ serendum impellet.

Huic tamen Vicarii perpetui deputationi nedum Parochus, verum etiam Populus ipse Loci Insulæ acriter contradicunt, adeoque omnium hinc inde Collitigantium perpensis juribus, decidendum erit.

An, non obstante Resolutione capta sub die 3. *Martii* 1703. *super asserta dismembratione Parochiæ sit locus deputationi Curati perpetui in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Loci Milliarinæ cum annuo assignamento, seu congrua librarum biscentum dari solita Curato amovibili in casu &c.*

Negative, ita tamen, ut Vicarius non possit amoveri, nisi ex causa per Episcopum approbanda.

FERETRANA JURIS SEPPELLIENDI. Quæstio inter Jo. Angelum Calbinum Archipresbyterum, sive Parochum Loci Maceratæ Feltriæ, ac Moniales S. Claræ ejusdem Loci novissime est orta, num licuerit prædictis Monialibus tumulare in Ecclesia sui Monasterii Cadaver Puellæ Annæ Bartoli Fanensis Diœcesis, qua in eodem Monasterio, dum degebat educationis causa, decessit, vel potius ea sepelienda foret in Ecclesia Parochiali, intra cujus limites Monasterium ipsum est situm. *Sess.* 23. *c.* 13. *de ref.*

Binis potissime rationum momentis probare nititur memoratus Archipresbyter nonnisi cum manifesta jurium suorum violatione prædictum Cadaver traditum fuisse Sepulturæ in enunciata Monasterii Ecclesia; Primo nimirum ex juris præscripto, quo Monialibus omnino interdi-

ctum eſt, quaſcumque Laicas perſonas in ſuis Eccleſiis ſepelire, v
pro Laicis ſepulchra conſtruere, ut communiter tradunt *Nicol.*
Floſch. verb. Sepultura n.5., *Matthæuc. in Official. Cur. Eccl. ver*
Offic. quoad Sepultur. cap.48. n.4. Monacel. Formul. Leg. Pract. tom.
Formul,22. tit.11. num.5. tom.2. & alii paſſim, quod adeo verum c
authumat, ut nullius etiam conſuetudinis prætextu id jus Monial
queant ſibi adſciſcere, ex adductis per *Urſajam in Iuſtit. Crimin. lib.*
tit.8. decrim. viol. Sepult. num.65. Pignatel. Conſ.175. num.4. tom.

Secundo vero *ex addit. ad Statuta Cleri Rom. in cap.3. de jure eligen*
ſepulturam ad §.9., ubi habetur, quod puellæ, ſive quælibet alia pe
ſona Laica, quæ vel famulatus, vel alia quacumque cauſſa in Mon
ſteriis ſive virorum, ſive Monialium decedunt, tumulandæ ſint in S
pulchro Majorum, ſi habeant, ſin minus in Parochia, ſub qua deg
Monaſterium.

Contra vero Moniales, (juxta ea, quæ ipſis auditis Sacræ huic Congr
gationi reſcripſit Epiſcopus) adſerunt ſibi jus tumulandi cadaver
puellarum intra Monaſterii ſepta morientium, non ſolum quia Pue
læ iſtæ æque ac Moniales, prorſus exemta ſint a quibuſcumque jur
bus Parochorum, proptereaque non a Parocho, ſed a proprio Confe
ſario Sacramenta percipiant, verum etiam quia duplex jamdiu in i
ſam Eccleſiã Sepulchrum reperiatur extructum, alterum ſcilicet p
Monialibus, alterum vero pro Puellis, quæ ibidem educationis cauſ
commorantes forte decedant: Addunt ulterius id etiam confirma
ex conſuetudine Feretranæ Diæceſis a nonnullis, quæ proferunt
exemplis comprobata, juxta quam ejuſmodi Puellarum Cadavera
Monaſteriorum Eccleſiis ſepulta ſunt nullo Parochis tradito fune
emolumento. Has autem ob rationes Epiſcopus ipſe ita concludit
Crederei che per queſti motivi, e per quello dell' eſenzione del Monaſte
dalla giuriſdizione Parochiale abbino potuto eſſe Monache ſepelire
Educanda defonta independentemente dal Parocho, ne poterſi da que
pretendere alcuna quantità di cera, e neppure la Quarta, che ſolo vi
dovta per ragione delli amminiſtrati Sagramenti.

De ſimili controverſia actum fuit in una *Pennen. Sepulturæ 6. J*
lii 1737. (ubi tamen ea concurrebat peculiaris circumſtantia, qu
Puella ſepulturam elegerat in Eccleſia Monaſterii) & propoſitis hiſ
Dubiis -- *I. An licuerit tumulare cadaver Mariæ Nolli in Eccleſia M*
nialium S. Claræ Civitatis Pinnæ, & quatenus negative. -- *II. An*
locus exhumationi, & *reſpective reſtitutioni dicti Cadaveris una cu*
funeris emolumentis favore Eccleſiæ Collegiatæ, & *Parochialis S. J*
annis Evangeliſtæ ejuſdem Civitatis in caſu &c., Sacra Congregat
reſcripſit -- *Ad I. affirmative. Ad II. proviſum in primo*, & *ampliu*
Eamdem vero quæſtionem late pertractant Doctores in Folio illi
Cauſæ adnotati, quibus addi poteſt *Scarfanton. ad Ceccoper par.3. a*
dit.48. n.58., & *ſeqq.*

Iis itaque perſpectis, grave non erit Eminentiſſimis PP. reſpondere.

I. *An Ven. Monaſterio Monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ*
ceat ſepelire in ejus Eccleſia Cadavera Puellarum educationis cau
ibidem commorantium, & *in eodem Monaſterio decedentium*,
quatenus negative.

II. *An ſit reſtituendum Parocho ejuſdem Terræ Cadaver Annæ Bartoli ea*
cationis cauſa in dicto Monaſterio degentis, ibique defunctæ,
ſep

ſepultæ, ſive ſaltem facienda ſit declaratio de ea retinenda nomine Parochiæ.

III. *An eidem Parocho reſtituenda ſint una cum cera integra emolumenta Funeris ejuſdem Annæ Bartoli in caſu &c.*

Ad I. Affirmative conſtito de electione Sepulturæ. Ad II. Negative. Ad III. deberi quartam funeralem tantum.

FIRMANA REPARATIONIS ECCLESIÆ. S. M. Urbanus VIII. Eccleſiam Parochialem S. Michaelis Archangeli de jurepatronatus Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ pro duabus ex tribus partibus, pro tertia vero Comitis Petri Giliuccii utpote Fabricæ elegantia, ſitus amænitate, atque ingenti Parochianorum numero ſatis conſpicuam, necnon annuis ſcut. 500. reditibus ditatam ad preces eorumdem Patronorum Collegiatæ Eccleſiæ titulo decoravit, in eaque duas inſtituit Dignitates Prioratum nempe, & Subprioratum, quatuor Canonicatus, ac duo perpetua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica *Clericatus* nuncupanda; Ex univerſis vero tam ipſius Eccleſiæ S. Michaelis, quam aliarum S. Leonardi, & S. Tiburti reditibus communem omnibus Canonicis, aliiſque Beneficiatis maſſam conflari juſſit, eamque ita diſtribui, ut detractis prius emolumentis ratione curæ animarum obvenientibus certa redituum quantitas pro cujuſque Præbendæ, ac Beneficii fructibus applicari, reliqua vero in quotidianas diſtributiones converti deberet, ac poſtremo juſpatronatus, quod antea ad Parochianos pro duabus ex tribus partibus, ad Comitem vero Giulucci pro altera parte, uti dictum eſt, ſpectabat, iiſdem, eorumque ſucceſſoribus integrum reſervavit, quemadmodum ex Bulla Erectionis latius conjicitur. *Seſſ. 116. de reſ.*

Quum autem prædicta Eccleſia S. Michaelis ob ſuam vetuſtatem plurima reſtauratione indigere modo comperiatur, neque peculiares habeat reditus Fabricæ deſtinatos, Heraclius Pedrini ejuſdem Eccleſiæ Prior, & Canonicus Natali ſui muneris eſſe duxerunt, Eminentiſſimis PP. exponere hanc Eccleſiæ indigentiam, eorumque poſtulare ſententiam ſuper ratione, qua foret ejuſdem neceſſitati conſulendum. Dubitatio ſcilicet in eo verſari dicebatur, num in Fabricæ Eccleſiæ commodum cogendi eſſent Canonici, aliique ejuſdem Eccleſiæ Clerici Beneficiarii ad mediæ annatæ ſolutionem juxta præſcriptum in Concilio Romano *ſub tit. 27. de Eccleſiæ ædif. cap. un* & a Summo Pontifice Benedicto XIII. in Conſtitutione, quæ habetur in *Appendice ejuſdem Concilii pag. 271.* vel potius Eccleſia reparanda ſit ſumtibus Parochianorum, & Familiæ Giliucci, penes quos ejuſdem Eccleſiæ Patronatus adhuc reſidet.

Archiepiſcopus hac ſuper re juſſus Sacram Congregationem inſtruere auditis omnibus, quorum intereſt, retulit, Parochianos, & Comites Giliucci non aſſentiri ſolutioni mediæ annatæ eo ſub obtentu, quod hæc numquam fuit hactenus ſoluta, quamquam ipſi Compatroni nihil in Eccleſiæ reparationem de proprio ære contulerint, eoſdem vero putare, quod, ſicuti in fundatione dos fuit conſtituta, & hæc anno 1631. reditum annuum ſcutorum 500. circiter conflabat, ſatis inde huic negocio á Patronis conſultum eſſe dicatur. At e diverſo memoratus Pedrini ejuſdem Eccleſiæ Prior, & Canonicus Natali, quorum

nomine datæ fuerunt preces ſuperius expoſitæ, arbitrabantur (ut ſubjungit Archiepiſcopus) enunciatam dotem aſſignatam fuiſſe pro Præbendis, & quotidianis diſtributionibus inter duas Dignitates, quatuor Canonicos, & duos Præbendarios, qui Matutinis, & Veſpertinis horis interſunt, dividendam, minime vero in finem ſervandi ſarta, reficiendique tecta Eccleſiæ, & adjacentium domorum, quæ celeri alioquin reparatione indigere, Archiepiſcopus ipſe veluti Teſtis oculatus adfirmat. Totum denique Capitulum eadem ſuper re auditum, reſpondit, ſibi nihil in hoc negocio agendum eſſe.

Hac itaque relatione ab Archiepiſcopo accepta ad novas Heracliti Pedrini preces demandatum eſt eidem Antiſtiti, ut tam Parochianis, & Familiæ de Giliucci Patronis, quam ſingulis Canonicis, & Præbendatis, aliiſque omnibus, ad quos hac de re quidquam pertinere poſſet, congruum præfigeret terminum ad ſua jura in hac S. Congregatione adducenda, quo tandem expleto ſæpedictus Prior Pedrini putans omnino vel ad tramites laudatæ Conſtitutionis Benedictinæ eos omnes, qui Canonicatus, & Beneficia in hac Eccleſia obtinuerunt poſt annum 1725. nempe poſt editam eamdem Conſtitutionem cogendos eſſe dimittere medios anni fructus, ut iſti in neceſſariam dictæ Eccleſiæ reſtaurationem queant erogari, vel juxta text. *in can. piæ mentis 16. queſt. 7. & ibi gloſs. in verb. collata, & in can. nemo de conſecrat. diſt. prima ubi gloſs. in verb. domum*, ad ſuſtinendum iſtius reparationis onus compelli debere Patronos., enixe rogat ab Eminentiſſimis PP. decidere.

An, & ad quos ſpectet reparatio Eccleſiæ in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſſ. 24. c. 16. de ref.

ALEXANEN. SPOLII -- Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ad inſtantiam Promotoris Fiſci ſub annum 1740. ab hodierno Epiſcopo monitum, ut rationem ſibi redderet bonorum omnium Vincentii de Marra ſui in Epiſcopatu Prædeceſſoris, oppoſuit primum in Curia Epiſcopali, ſe nullatenus ad rationes hujuſmodi reddendas cogi poſſe, quia longe pridem, anno ſcilicet 1718., quo modernus Antiſtes ad Alexanenſem Eccleſiam venerat, omnia prædicta Anteceſſoris bona fuerint illi ab Œconomis reſtituta, deindeque ab ipſomet Præſule partim, inconſulto prorſus Capitulo, diſtracta, partim vero in proprios uſus, vel Palatii Epiſcopalis commodum retenta; Poſtmodum vero coram hac Sacra Congregatione malam horum Bonorum adminiſtrationem in Epiſcopum ipſum retorquens expoſuit -- *Non ha mai reſo conto dello Spoglio del Veſcovo Anteceſſore, che da principio preſe poſſeſſo di detta Chieſa Cathedrale ſi appropriò a ſe*. Quocirca ſuper hac re invicem decertantibus Epiſcopo, ſive ipſius Curæ Promotore, & Capitulo, oportet tandem ad leniendas ſimultates inde obortas decidere dubia, quæ inferius deſcribentur.

Promotor Epiſcopalis Curiæ, ut probet, Bona prædefuncti Epiſcopi fuiſſe per Capitulum adminiſtrata, proindeque ad ejuſdem Adminiſtrationis rationem non niſi Capitulum ipſum teneri, hæc in facto recenſet, quæ ex pluribus a ſe hxhibitis documentis ſatis comprobari arbitratur.

Inquit nimirum, quod ſtatim poſt obitum Epiſcopi de Marra quoddam de bonis penes eum repertis confectum eſt à Capitulo inventarium, in quo tamen notabile eſt, nullam legi deſcriptam pecuniarum quantitatem

tatem, ſed aliquas dumtaxat Veſtes, & alia quædam mobilia reperiri adnotata. Ex his autem, quæ minus pretioſa viſa ſunt, & uſui Palatii Epiſcopalis magis accomoda, diſperſim in varis ejuſdem Palatii manſionibus relicta fuere, alia vero, cuſtodiæ cauſſa, in duobus Cubiculis, quorum claves retinuit Deputatus Capituli, ipſius juſſu depoſita.

Ubi primum ad Alexanenſem Eccleſiam pervenit modernus Epiſcopus, cæpit is quidem de ratione applicandi Spolium Anteceſſoris juxta præſcriptum in Conſtitutione ſan. me. Innocentii XII. incipien. *Inſcrutabili* illico cogitare, ſed quandam ob litem contra Capitulum jam intentatam a Principe S. Viti, qui veluti Creditor Defuncti Præſulis res plures ad ſpolium pertinentes ſibi vendicare contendebat, quum debuerit ab ea ineunda ſuperſedere, intelligens de cetero, integrum prioris Inventarii exemplar ad memoratum Principem, ejus inviſendi gratia, fuiſſe a Capitulo tranſmiſſum, novam juſſit ſub annum 1721. à Sacerdote Lichelli Eccleſiæ Cathedralis Canonico rerum omnium ſub ſpolio cadentium fieri deſcriptionem, earum vero, quæ in duobus Cubiculis depoſitæ ſervabantur, cuſtodiam reliquit Presbytero Salvatori Mattei Hæredi Canonici Mattei ejus patrui, qui primum earum rerum cuſtodiam habuerat.

Poſt hæc, quum anno 1730. lis adhuc cum Principe S. Viti penderet, Capitulum coram Epiſcopo congregatum animadvertens plures ex prædictis rebus mobilibus non leve paſſas fuiſſe detrimentum, ſegregatis iis, quæ magis vitiatæ fuerant, reliquas eodem in loco, quo reperiebantur, ſub cuſtodia Procuratoris ipſius Capituli adhuc retinendas eſſe decrevit, illas vero per Palatium Epiſcopale diſpertitas ejuſdem Epiſcopi curæ commendavit.

Anno autem 1732. rebus cum dicto Principe S. Viti nondum compoſitis, Epiſcopus præcepit Capitulo, ut copiam ſibi faceret Inventarii ab eo poſt obitum Epiſcopi de Marra confecti, cumque ab hoc præcepto Capitulum reclamaverit ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitam, hæc habita Epiſcopi relatione reſpondit, ut is prout de jure, procederet; Quamobrem efformato iterum ſuper ea quæſtione judicio coram Epiſcopo, exhibita demum fuit a Capitulo ſub annum 1735. authentica Inventarii copia, ex qua conſtare aſſeritur, non omnia, quæ ex ſpolio provenerant, fuiſſe in iſto fideliter deſcripta.

Interea vero lite cum ſæpedicto Principe S. Viti tandem extincta, Canonicus Lichelli Procurator Capituli facultatem ab Epiſcopo obtinuit vendendi Bona ad enunciatum ſpolium ſpectantia: ea tamen ſub lege ut pretium, quod inde retrahi, contingeret, in arca ſacra deponeretur. Peracta itaque a dicto Procuratore una cum duobus aliis Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, quos Fabricerios vocant, nonnullarum ex præfatis rebus venditione, pretium inde retractum depoſitum primo fuit in Arca Sacra, deindeque juſſu Epiſcopi, & accedente Capituli conſenſu, partim in emptionem annuorum Cenſuum pro Fabrica ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ, partim vero in alios ipſius Eccleſiæ uſus eſt erogatum: Ex mobilibus autem, quæ invendita remanſerunt, aliqua ad uſum Sacræ Suppellectilis accomodata decrevit Epiſcopus Sacrario Cathedralis, conſenſum patiter ad id præſtante Capitulo, applicari, cetera vero per Ædes Palatii Epiſcopalis diſtributa, ac vetuſtate, uti præfertur, pene attrita, Menſæ, eidemque Palatio voluit attri-

tribui, tametsi Capitulum postremæ huic applicationi renuerit assentiri.

Hæc ea sunt, quæ veluti in facto sufficienter comprobata, & ad omnium controversiarum modo cùm Capitulo vigentium decisionem magis præcipua exponit Promotor Fiscalis contendens inde colligi, mobilia, quæ in Spolio Episcopi Prædecessoris deficere comperiantur, esse a Capitulo restituenda, dispositionem vero eorum, quæ Fabricæ applicata sunt, veluti rite factam, sustineri, eam autem, quæ de nonnullis mobilibus rudioris, & ad alium usum ineptæ materiæ, favore Episcopalis Palatii peracta est, improbari non posse: & si qua tandem de iis ratio reddenda sit, nonnisi a Capitulo eam fore postulandam, & ab ipso demum qualiacumque damna, quæ forte ex minus recta, fidelique hujus Spolii administratione, sive custodia Cathedrali Ecclesiæ obvenisse dignoscantur, debere refici.

Capituli nomine contra hæc nihil hactenus allatum fuit; Onus itaque erit EE.VV. ex juribus utrinque posthac facile circumferendis respondere.

I. *An, & a quo restituenda sint mobilia deficientia in Spolio Episcopi Marra in casu &c.*

II. *An applicatio dicti Spolii facta ab Episcopo favore Fabricæ sustineatur.*

III. *An applicatio reliquorum mobilium ejusdem Spolii favore Palatii Episcopalis sustineatur -- & quatenus negative ad utramque.*

IV. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.*

V. *An, & a quo reddenda sit ratio de administratione, & alienatione mobilium dicti Spolii, nec non reficienda sint prætensa damna in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

Die Sabbathi 5. Maii 1742

BInæ Causæ, quarum alteram Eminentissimi PP. sub diem 21. Mensis nuper elapsi jusserunt, iterum proponi, alteram vero ad hodiernam Congregationem differri, priori loco discutientur. Resumpto itaque Folio ea die distributo placeat EE. VV. definire.

BASILEN.

Sess. 24. c. 12. de Reform. *An, & cui debeatur præcedentia in functionibus Canonicalibus, Capitularibus, & Ecclesiasticis in casu &c.*

Iterum proponatur.

FIRMANA REPARATIONIS ECCLESIÆ. *Sess.27. c.7. de Ref.*
An, & ad quos spectet reparatio Ecclesiæ in casu &c.

Dilata; & scribatur Archiepiscopo pro nova informatione juxta instructionem.

REGIEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Postulante Fratre Josepho Dominico Ferrari beneficium restitutionis in integrum adversus Religiosam Professionem, ex assertis vi, metuque sibi à Constantino Patre, necnon à Jacobo Germano Fratre natu majore illatis, in Conventu Sanctæ Mariæ Gratiarum Civitatis Corrigii sub Instituto Fratrum Prædicatorum emissam, propositum fuit die 12. Augusti superioris anni consuetum Dubium -- *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* At, ejus resolutione dilata, præceperunt Eminentissimi PP., ut Orator formali subiiceretur examini. Hoc itàque jam peracto supplicat modo idem Fr. Josephus Dominicus tum ex veteribus, tum ex novis ipsius nomine circumferendis juribus, & præsertim inspecta mox dicta judiciaria sua depositione, declarari. *Sess.25. c.19. de Reg.*
An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

POTENTINA ADMISSIONIS AD PARTICIPATIONEM. Utens modo Sacerdos Januarius Cominelli facultate jamdudum impetrata demisse rogat, ut Causa hæc, in qua, discussis sub diem 2. Decembris superioris anni duobus Dubiis *I. An asserta admissio Sacerdotis Januarii Cominelli ad locum participationis vigore resolutionis Capitularis facta de Mense Augusto* 1739. *una cum subsecuta possessione capta sub diem* 3. *Februarii* 1740. *sustineatur; Et quatenus affirmative. II. An, & a qua die, & in qua summa debeantur fructus, & distributiones in casu &c.*, responsum fuit. *Ad primum negative, ad secundum provisum in primo* -- novo subiiciatur examini, adeoque deliberandum proponitur. *Sess.24. c.12. de refor.*
An sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

ROMANA, SEU JANUEN. ASSIGNAMENTI. Inter cæteros ex Justiniana Familia Chiensi descendentes, qui pro suis alimentis annua quædam subsidia ex legato Marchionis Vincentii de Justinianis consecuti fuere, adnumeratur Paulus Justinianus, cui Auditorium Rotæ sub ànnum 1715. pronunciavit, menstrua scuta decem ex eodem legato fore suppeditanda. *Sess.22. c.4. de refor.*

In hunc itaque finem adsignata fuere Paulo Justiniano tot Loca Montium ad prædictum legatum spectantia, quorum fructus menstruæ illi præstationi responderent; Ipse vero vendidit primum diversis Personis ipsorum fructuum commoditatem, accepto pretio scutorum decem, & octo pro quolibet centenario, reservato sibi jure eamdem commoditatem redimendi, deindeque eam cessit Archiepiscopo Battelli, qui, restituto primis Emptoribus pretio ab iis tradito, summam præ-

præterea ſcutorum octoginta pro ipſo redimendi jure præfato Paulo Juſtiniano perſolvit.

Tam Archiepiſcopus Battelli, quam Franciſcus, & Hieronymus de Dominicis ejuſdem Archiepiſcopi Hæredes dictorum locorum montium fructus ad plures annos exegere, donec Congregatio Particularis à ſan. me. Clemente XII. ſuper adminiſtratione legati Marchionis Vincentii de Juſtinianis deputata ſub annum 1734. inter cetera, quæ edidit Decreta, ſtatuit quoque -- „ delendas omnes attergationes loco „ rum montium factas favore illorum de Juſtinianis Chienſium, etiam „ ſi fuerint quo ad fructuum commodum in alias perſonas translatæ „ reſervato tamen pro nunc, & donec aliter fuerit à Sacra Congrega „ tione proviſum, eiſdem aliis perſonis jure exigendi à Legato por „ tiones, ſeu ratas æquivalentes fructibus locorum, quæ cujuslibet, & „ illarum favore fuerunt translata, & ad Eminentiſſimum Pico pro „ executione; „ quemadmodum Decretum iſtud, jubente eodem Eminentiſſimo Cardinali Pico, fuit poſtea executioni demandatum.

Actum deinde eſt in eadem Particulari Congregatione de quantitate alimentorum unicuique ex Juſtinianis Chienſibus præfinienda, ac fere omnibus ad legati emolumentum admiſſis menſtrua ſcuta quinque ſuerunt pro eo tempore conſtituta. Ii vero Juſtiniani Chienſes, qui ſubſidia olim ex dicto legato obtenta in alias perſonas diſtraxerant, pariterque Emptores ejuſmodi ſubſidiorum, quos inter præfati Hærede Archiepiſcopi Battelli ab omni legati commodo, ſive ab exigendis dictorum Locorum Montium fructibus fuerunt ad hanc uſque diem excluſi.

Jam verò Hæredes prædicti jus ſuum metientes ex perſona memorati Pauli Juſtiniani poſtulant ab hac Sac. Congregatione, cui controverſiæ omnes ad legatum Marchionis Vincentii de Juſtinianis ſpectantes à Sanctiſſimo Domino Noſtro feliciter regnante remiſſæ fuerunt, ut menſtruum aſſignamentum jampridem factum eidem Paulo Juſtiniano ſibi tradatur, contendentes, id ſibi omni jure debitum, quippe qui cauſam habent à ſæpedicto Paulo, cui menſtrua ſcuta decem fuerunt ab Auditorio Rotæ per ſententiam in judicatum tranſactam aſſignata, quique propterea nequaquam vetabatur jus iſtud ſuum, donec ipſe viveret, duraturum in alios transferre.

Contra vero Juſtiniana Familia Januenſis, cui tradita eſt antedicti Legati adminiſtratio, ſeſe opponens huic petitioni propugnat, ceſſionem illam fructuum locorum Montium, quam Archiepiſcopus Battelli à Paulo Juſtiniano retulit, nulla firmitate ſubſiſtere, quia nimirum ſuper alimentis, quæ teſtamento, vel codicillis fuerint relicta, vetitum ſit ullo modo contrahere, niſi accedat authoritas Judicis, ad præcavendas fraudes, ſive improvidas diſtractiones, ex quibus remaneat alimentarius neceſſario alimentorum ſubſidio deſtitutus per textum *in l. cum bi* 8. *ff. de tranſactionibus*, *& l. de alimentis Cod. eodem* adeoque ſuſtinet, jus alimentorum veluti ſiſtens in ſolo uſu ita inhærere oſſibus Alimentarii, eumque tantum reſpicere, ut minime poſſit in alium transferri, ſecundum ea, quæ tradunt *Cujac. in d. l. cum bi de tranſact. Venturin. Conſ.* 18. *num.* 73. *Galerat. de renunciat Centur.* 1. *renunc.* 50. *num.* 10. *Menoch. de arbitrar. Caſ.* 170. *num.* 1. *&* 3. *Coler. de alim. lib.* 2. *cap.* 8. *ſub num.* 63. *&* *num.* 71.

Id autem eo magis obtinere autumat in hypotheſi, qua Marchio Vincen

centius de Juſtinianis pium hoc legatum reliquit ea expreſſa cauſſa, ut illuſtris familiæ ſuæ decus, & ſplendor ſervaretur, quemadmodum ex verbis teſtamenti, cujus particulam exhibet, videtur colligi: Decori autem familiæ proſpectum non eſſe arbitratur, ſi iis, quibus ex eo legato conferuntur ſubſidia liberum foret, hæc eadem aliis improvide cedere.

Jura in utramque partem circumferuntur, quibus inſpectis, ſtatuere oportet.

An aſſignamentum factum Paulo Juſtiniano ſit conſignandum in caſu &c.

Negative, & amplius.

NEAPOLITANA SEU SALERNITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. F. Hyacinthus ab Auria Sacerdos Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſub annum 1738. a S. M. Clemente XII. imploravit beneficium reſtitutionis in integrum adverſus lapſum quinquennii, ut facultas ſibi fieret juribus ſuis experiundi adverſus Religioſam Profeſſionem, quam ab anno 1714. nuncupavit in Conventu ejuſdem Ordinis Terræ Solofræ. *Seſs. 25. c. 19. de reg.*

Quum autem Sacræ hujus Congregationis juſſu, cui preces iſtæ remiſſæ fuerant, confectus poſtea ſit Proceſſus in Archiepiſcopali Curia Neapolitana, receptæque in eo fuerint, ultra formale Oratoris examen, juridicæ plurium Teſtium depoſitiones, citatis non ſolum Superiore locali memorati Conventus, verum etiam Nicolao, & Salvatore de Auria ejuſdem Oratoris fratribus, qui, ne paternæ hæreditatis commodum ei aliquando commune facere teneantur, ipſius inſtantiæ acres contradictores ſe præſtiterunt, rogat modo Frater Hyacinthus, ut Eminentiſſimi PP. Dubium mox ſubnectendum decidant.

Triplici ex capite profeſſionis ſuæ nullitatem Orator adſtruit. Primum illud eſt, quod aſſiduis minis, & verberibus ā patre ſibi inflictis coactus fuerit, quamvis a Regularis vitæ Inſtituto penitus abhorreret, Religioni nomen dare, ac ſolemnibus votis ſeſe obſtringere: Secundum, quod integrum probationis annum haud quaquam expleverit, ſed eodem decurrente probationis tempore è clauſtris aufugiens extra Conventum, integram noctem tranſegerit. Tertium denique, quod ipſe tam ante, quam poſt emiſſam ab ſe Profeſſionem, utpote lùe celtica infectus, prorſus inhabilis foret nuncupandæ Religioſæ Profeſſioni ob peculiares Ordinis Conſtitutiones, quæ *part. 2. cap. 1. §. 3. & 4.* non ſolum vetant, quempiam notabili aliquo defectu laborantem ad Ordinem admitti, verum etiam irritam ejus profeſſionem decernunt.

Quæ oratoris petitioni faveant, quæque obſiſtant, abunde ſupeditabunt jura in utramque partem facile circumferenda; Quibus perſpectis, dignabuntur Eminentiſſimi Patres pronunciare.

An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negative, & amplius.

REGIEN. DOMUS. Comes Cæſar Franciſcus Palludi in libello Sacræ huic Congregationi porrecto expoſuit, ſe literis ab Apoſtolica *Seſs. 24. c. 12. de reſ.*

Sede impetratis, effectum fuisse coadjutorem Comitis Joannis Bapt
stæ Canosia Canonici, & Præpositi Collegiatæ, ac Parochialis E
clesiæ S. Prosperi Civitatis Regii Lepidi, annuente eodem Comi
Canossa veluti ob ingravescentem ætatem ferendis oneribus chori,
animarum curæ minus idoneo; Quum autem a dicto Præposito C
adjuto, qui omnes fructus, distributiones quotidianas, & alia qu
cumque emolumenta sibi reservavit, propriæ commoditatis causs
Parochiales Ædes Ecclesiæ adnexæ, & ex provedentia Testatoru
Parocho destinatas non inhabitentur, supplicavit memoratus Coadj
tor ab hac Sacra Congregatione decerni, ut ædes prædictæ, sibi on
omne tam Canonicatus, quam Curæ animarum absque ullo emol
mento sustinenti concedantur, undē in illis degens queat prompti
Paræciæ necessitatibus occurrere.

Super hisce precibus jussu Sacræ Congreg. excitatus ab Episcopo Præp
situs Coadjutus duo adversus illas objicit; Primum, quod ea domu
quam pro usu habitationis sibi relinqui Coadjutor expostulat, ha
quaquam Parochialis sit, aut pro residentia Parochi destinata; Idq
ostendere nititur tum quibusdam documentis hanc eamdem domu
veluti ad Præposituram spectantem, & inter Capitalia a Bonis Par
chiæ sejuncta descriptam perhibentibus, tum testimonio duorum S
cerdotum quinque supra septuaginta annorum ætatem agentium,
prædictæ Ecclesiæ S. Prosperi participantium, qui ab ipsorum mem
ria testantur, domum illam ab aliis, quæ Canonicæ vocantur, omn
no distinctam esse, ac Præpositos pro tempore semper in propriis æd
bus extra Parochialem Ecclesiam, numquam vero in controver
domo, quam aliis semper locare consueverunt, habitasse.

Secundum, quod, & si domus illa pro habitatione Parochi deservire
haud tamen in hunc usum concedenda foret Cæsari Francisco Pallu
quippe qui Dignitati Præposituræ dumtaxat, nullatenus vero Cu
animarum datus sit coadjutor; Prætereaque etiam ex quo Præposit
non per se ipsum, sed per Vicarium descriptum in Albo Sacerdotu
Participantium, curam animarum exercere teneatur, uti hactenus
more positum fuit; Hanc vero consuetudinem satis probari censet
iis, quæ proferunt memorati duo Sacerdotes in eorum attestation
videlicet -- *esser sempre stata osservanza uniforme, ed invariata, che
Signori Prevosti pro tempore della Chiesa di S. Prospero abbiano
Cappellano, o sia Curato nella stessa Chiesa nominato dal Sig. Prevost
ed ascritto alla Tabella de Signori Sacerdoti partecipanti della predet
Chiesa, quale adempisce le funzioni parochiali, ed amministra li Sa
Sagramenti agli infermi, e sovviene li Parochiani alle occorrenze co
sua assistenza, non essendosi mai veduto, ne saputo, che li Signori Prevo
pro tempore amministrino essi in persona li Sagramenti fuori di Chiesa*

Hæc præcipua habentur in juribus a Defensore Coadjuti tantum hac
nus allatis; Onus itaque erit Eminentissimorum PP., inspectis qu
que iis, quæ nomine Coadjutoris opponentur, deliberare.

*An Canonicus Præpositus Coadjutus teneatur assignare ædes, de quibus ag
tur, Canonico Præposito Coadjutori in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

T

TUDERTINA JURISDICTIONIS. In honorem Sacræ cujuſdam Imaginis Beatiſſimæ Virginis, quæ miraculis clara evaſerat, Communitas Tudertinæ Civitatis, ex plurimis Fidelium Oblationibus Eccleſiam ſub titulo B. Virginis de Conſolatione una cum Hoſpitali illi adjuncto conſtruxit, ibique pro eorumdem Eccleſiæ, & Hoſpitalis adminiſtratione, aliiſque pietatis exercendis operibus Confraternitas laicorum fuit erecta. *Seſſ. 25. c. 8. & 9. de ref.*

Laudabile hoc, & pium Communitatis opus fovere cupiens S. M. Clemens VII. ſub annum 1528. ad ipſius Communitatis ſupplicationem conceſſit, ut Confraternitas prædicta, & Laici dumtaxat per eam deputandi Eccleſiam, ac Hoſpitale, illorumque bona, & jura quæcumque adminiſtrare, Cappellanos, alioſque Miniſtros ad ipſorum nutum ponere, vel amovere, bona etiam ſtabilia prædictis Eccleſiæ, Imagini, & Hoſpitali, ſive per actus inter vivos, ſive per ultimam voluntatem obventura diſtrahere, eorumque pretium in Eccleſiæ, vel Hoſpitalis utilitatem convertere, ac demum alia quæcumque abſque ullius licentia, authoritate, ſeu conſenſu peragere libere poſſent.

Juſſit præterea idem Clemens VII. „ ut nullus etiam Apoſtolica, & „ ordinaria, ac mixta quavis authoritate fungens de Eccleſia, ſeu „ Hoſpitali, ac bonis, Cappellanis, oblationibus, & rebus prædictis „ vel indirecte quovis quæſito colore aliquatenus niſi de expreſſo omnium, & ſingulorum Confratrum nemine diſcrepante conſenſu in „ ſcriptis habito intromitti poſſit, itaut quæcumque erectiones, inſtitutiones, applicationes, appropriationes, collationes, proviſiones, commoda, uniones, ac diſpoſitiones de Eccleſia, & Hoſpitali, ac bonis, „ & oblationibus, & rebus prædictis Apoſtolica, ordinaria, mixta authoritate etiam per Romanos Pontifices de cætero quomodolibet facien. nullius eſſent roboris, & momenti.

Ex amplis hujuſce privilegii verbis, quum nuper ejuſdem Confraternitatis Rectores ſeſe omnino ab Epiſcopi juriſdictione in iis, quæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis regimen quocumque modo attinent, exemptos eſſe contenderent, Epiſcopus vero id abſque ſuæ dignitatis detrimento pati non poſſe authumaret, muneris ſui eſſe duxit, Sacram hanc adire Congregationem, a qua citatis Defenſore Fabricæ Sanctiſſimæ Conſolationis Tuderti, Franciſco Nucciarello ejuſdem Fabricæ Miniſtro, aliiſque litis conſortibus decerni obtinuit ſub diem 17. Maii elapſi anni, ut cauſa ſuper dubiis inferius deſcribendis in eadem S. Congregatione proponeretur.

At paulo poſt memorati Confraternitatis Rectores ſolliciti, quod vetus illud privilegium a S. M. Clemente VII. impertitum novo Apoſtolicæ authoritatis præſidio firmaretur, literas in forma Brevis ſub diem ſextam Junii ejuſdem anni à Sanctiſſimo Domino Noſtro feliciter Regnante impetrarunt, in quibus Summus ipſe Pontifex enarrans ſibi Confraternitatis nomine expoſitum fuiſſe, -- *Quod ut litteræ prædictæ* (Clementis ſcilicet, quorum tenor ibidem refertur) *firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent*, eaſdem Clementis litteras confirmavit, approbavitque, *non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque*.

Nunc vero urgens Epiſcopus diſceptationem Cauſæ ad hunc Sacrum Se-

natum antea delatæ, neutrum ex recenſitis Apoſtolicis Brevibus ſib
putat obeſſe, quominus ſæpedictam Eccleſiam, & Hoſpitale viſitan
di, atque a Confratribus eorum adminiſtrationis rationes exigend
jure potiatur; Non primum Clementis VII., quia nulla in eo ſpecia
lis, & expreſſa legitur exemptio a viſitatione Epiſcopi, atque obliga
tione rationes eidem Epiſcopo exhibendi, ac præterea quia hui
exemptionis privilegio, ſi quod eſſet a d. Brevi impertitum, omnin
derogatum cenſeri deberet à Sacro Concilio Tridentino *de reform
ſeſs.22. cap.8. & 9.*, præſertim vero quum ad ejuſdem Conciliari
Sanctionis normam Anteceſſores Epiſcopi hactenus ſemper Eccle
ſiam, atque Hoſpitale viſitare, atque ab Adminiſtratoribus ratione
exigere conſueverint, quemadmodum ex pluribus Decretis, & Acti
bus Viſitationum ab anno 1524. ad annum uſque 1699., quæ in Sum
mario per Promotorem Fiſcalem diſtribuendo afferuntur, uberrim
probari contenditur.

Non etiam alterum Breve a Santiſſimo Domino Noſtro nuper obten
tum; Primo, quia ob nullam factam mentionem litis jam tum coran
hac Sacra Congregatione pendentis ſuper iſto controverſæ exemptio
nis negocio, Summi Pontificis gratia vitio ſubreptionis, vel obre
ptionis infecta maneat; Secundo, quia ſecuti per literas Clemen
tis VII. nulla tribuitur exemptio a juriſdictione, & viſitatione Epiſco
pi, ita nec ea per aliud poſterius Breve, quod priores dumtaxat lit
ras confirmat, ullomodo conceſſa intelligatur: Et tertio demum
quia inanis omnino ſit confirmatio, & approbatio Privilegii exem
ptionis (ſi revera illud extabat) quod ſubinde per Concilii Tridenti
Decretum *cit. ſeſs.22. de reform. cap.8. & 9.* fuerat jam penitus a
rogatum; confirmatio quippe, & approbatio pro certo ponens firm
tatem, ac validitatem actus, qui confirmatur, omni caret effectu,
ea defecerit; Potiſſime vero, quia Summus Pontifex in laudato Br
vi, robur utique ſe adjicere declaravit privilegio Clementis VII.,
firmius illud ſubſiſteret juxta preces ſibi a Confraternitate porrecta
nullo autem uſus eſt verbo, quod ejuſdem Privilegii innovatione
præſeferret.

De hac ipſa controverſia exemptionis a jure viſitandi, & exigendi rati
nes, itidemque de facultate diſtrahendi bona immobilia abſque ul
ſive Epiſcopi, ſive etiam Apoſtolicæ Sedis Beneplacito, (quæ n
nunc etiã in quæſtionem venit), conſultus olim ex parte Adminiſtr
torum ejuſdem Confraternitatis *Card. de Luca* reſponſum dedi
quod inter ejus opera impreſſum reperitur *Diſc.42. lib.3. part.1.
juriſdict.*

Eo itaque una cum juribus in utramque Partem adferendis inſpect
grave non erit pronunciare.

. *An Eccleſia, & Hoſpitale S. Mariæ Conſolationis ſubſint Juriſdictio
& Viſitationi Ordinarii ad formam Sac. Concilii Tridentini,
ſerto Privilegio non obſtante*, & quatenus affirmative.

II. *An Rectores, aliique Adminiſtratores Bonorum dictæ Eccleſiæ,
Hoſpitalis eidem Ordinario rationem reddere teneantur.*

III. *An prædicti Rectores, & Adminiſtratores ſubjaceant extravag. Am
tioſæ de Reb. Eccleſ. non alien. quoad alienationes Bonorum, t*

non subjectorum , quam subjectorum oneribus Missarum ex Testatorum voluntate , non obstante asserto Privilegio , & quatenus affirmative .

IV. *An alienationes huc usque factæ sive Beneplacito Apostolico sustineantur in casu &c.*

Dilata , ad sequentem .

NULLIUS TERRÆ PONTIANI COMMUTATIONIS VOLUNTATIS . Martinus de Dominis Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Nicolai Terræ Pontiani , scripto sibi hærede in postremis tabulis sub annum 1722. exaratis Joanne Baptista de Dominis Clementis Fratris sui Filio, ita disposuit - „ E morendo detto Gio. Battista Domini mio Erede quandocumque , che Dio non voglia , senza Figli „ maschi legitimi , e naturali nati di legitimo Matrimonio da principio contratto , e non legitimati per susseguente Matrimonio , ó „ rescritto , ò grazia del Prencipe , quali così legittimati, e fatti legittimi escludo dalla mia Eredità , ordino , e commando , che detti „ frutti di tutta la mia Eredità, e beni ereditari senza alcuna detrazzione, „ ne di Trebellianica, ò altra detrazzione legale , che espressamente „ proibisco , si erigga , e istituisca colle necessarie , & opportune licenze nella Terra di Ponziano mia Patria un Monastero di Monache dell' Instituto , e Regole di S. Francesco d' Assisi de Minori „ Conventuali , per comodo, e beneficio solamente di tutte le descendenti del quondam Gianbattista Domini mio Padre , tanto per linea Mascolina , quanto Feminina in infinitum , e che le medesime „ descendenti , che vorranno Monacarsi in detto Monastero , debbano essere ammesse con pagare ciascheduna di esse solo scudi 200. à „ detto Monastero per Dote , ò sia elemosina dotale , per uso poi , e „ abitazione di dette Monache debba servire la mia Casa , che possiedo dentro detta mia Patria . E perchè detta mia Casa non sarà capace per detto Monastero , vi sarà bisogno di essere ampliata , perciò per detto effetto , e anco per mettere assieme quella somma di „ denaro , che sarà necessaria per provedere detto Monastero di suppellettili , ed altre cose , ordino durante la vita di detto mio erede, „ debba mettere à moltiplico ogn' anno scudi 50. à beneficio delli Figli di detto mio erede , se gli averà, e non avendo Figli à beneficio, „ e augmento del Monastero sostituito come sopra &c.

Sess. 24. c. 4 de ref.

Vix biennio a die obitus Testatoris exacto Præfatus Joannes Baptista de Dominis Sacram adiit Congregationem Fabricæ S. Petri, eique in effuso libello exponens , se Patrui hæreditatem adivisse cum beneficio legis , & inventarii -- *Per non pregiudicarsi si per le ragioni che li competano sopra li beni del quondam Clemente Domini suo Padre , come anche per le ragioni dotali Materne* --, demandatum vero Monasterii opus pro fœminis dumtaxat ex Seniore Joanne Baptista de Dominis ipsius testatoris Patre descendentibus , adimpleri nequire , tum quia fere impossibile videatur , eum semper Puellarum numerum ex genere vocato fore extiturum, qui ad efformandam Monasterii Communitatem sufficiat , tum etiam quia universa bona hæreditaria longe mino-

minora sint, quam ut ex iis novum possit extrui Monasterium, congruisque cumulari reditibus, dum ex tota hæreditate valorem scutorum 15000. non excedente plurium censuum capitalia, & debitorum nomina summam usque scutorum 6672. 52. conflantia ob eorumdem debitorum inopiam inania prorsus effecta detrahi debent, adeat sola superstit summa scutorum 8551., & hæc veluti constans, partim ex nonnullis domibus, aliisque paucis ædificiis in Terra Pontiani sitis non uberem fructum reddentibus, partim ex prædiis Ecclesiasticæ Emphiteusi suppositis, aut nullo pacto ex concessionis lege, aut sine solutione quindennii haudquaquam in manus, ut ajunt, mortuas transire permissis, par minime sit designatæ novi Monasterii constructioni, addensque præterea se nondum spe Prolis ab Uxore sua suscipiendæ destitui, qua utique superveniente, conditionalis Monasterii substitutio evanesceret, supplex idcirco petiit ad tenuem aliquam, & æquam compositionem super negocio hujus piæ voluntatis una cum absoluta jurium omnium Reverendæ Fabricæ competentium cessione admitti.

Id vero ut impetraret, paratum se obtulit, explicatam in eodem stipulandæ compositionis Instrumento obligationem emittere, de erigendo post sui obitum, etiamsi cum Filiis Masculis decederet, Canonicatu in Ecclesia Collegiata S. Nicolai Terræ Pontiani, deque illi assignando in dotem annuo reditu scutorum 50. reservato tamen sibi, suisque hæredibus jure præsentandi ad eundem Canonicatum, ac imposito ejus Possessori onere duplicis Missæ singulis hebdomadis in suffragium Animæ Testatoris celebrandæ. Hisce autem precibus Congregatio Reverendæ Fabricæ ita rescripsit -- *Ad Dom. Commissarium Romanelli, qui attentis, & veris existentibus narratis, ac facto prius per Oratorem in Banco Rev. Fabricæ depositio scutorum* 200. *ad commodum, & beneficium ipsius Rev. Fabricæ, eumdem Oratorem super expositis etiam ante adventum conditionis, & cum cessione Jurium Rev. Fabricæ in forma consueta ad compositionem admittat, facta insuper per prædictum Oratorem obligatione erigendi post ejus obitum Canonicatum, ut in precibus, & ad formam Instrumenti stipulandi, & non aliàs &c.*

Ad tramites istius rescripti composita subinde res fuit, & exaratum est instrumentum, in quo dictus Commissarius Romanelli expresse testatur, compertam habuisse precum veritatem, ac præsertim quod ex bonis hæreditariis Canonici de Dominis Testatoris nomina debitorum usque ad summam scutorum 6672. 57. exigi amplius nequirent, quodque super reliqua hæreditatis parte Joannes Baptista de Dominis *consequi deberet etiam sua jura paterna, materna, & alia*; Sic autem compositione cum Tribunali Reverendæ Fabricæ peracta, erectus paulo post fuit etiam Canonicatus, qui ditatus censibus annui reditus scutorum 88. ad nominationem hæredis Joannis Baptistæ de Dominis præfato Romanello deinde collatus asseritur.

Nuper vero descendentes ex altero Joannæ Baptista de Dominis senior supplicem Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnanti porrexere libellum, quo rogant, commutari ultimam voluntatem præfati Canonici Martini de Dominis, ut nempe loco Monasterii extruendi plures erigantur Canonicatus, & aliqua constituantur annua subsidia dotali pro puellis ex se descendentibus, quæ in Domino velint nubere. Ho

autem ut aſſequantur, non uno ex capite tranſactionem Joannis Baptiſtæ junioris cum Revẽrenda Fabrca ſuperius recenſitam oppugnant.

Inquiunt enim, non aliter Adminiſtratoribus Fabricæ jus eſſe tranſigendi ſuper legatis ad pias cauſas relictis, quam ſi, & dies, vel conditio adimplendæ voluntatis morientium advenerit, & certum temporis ſpatium hæredibus, aliiſve gravatis pro ejuſmodi piæ voluntatis executione, vel pro impetranda ab Apoſtolica Sede illius commutatione, ſi ea nequeat executioni mandari, per Judicem præfiniatur, ad notata *per Ventrigl. in Prax. Fo. Eccl. par.2. annot.*28. §,2. *num.*6. 7. 8. *&* 25., *Marant.*, *reſponſ.*41. *num.*15., *Veſpignan. in compend. Privil. R. Fabricæ fol.*36. §.7.

Ulterius objiciunt facultatem tranſigendi á Sacra Congregatione Fabricæ tributam fuiſſe *attentis*, *ac veris exiſtentibus narratis*, plura vero in precibus Joannis Baptiſtæ de Dominis expoſita à veritate prorſus aberrare; Et *primo* aſſertionem illam, qua expoſuit, ſibi competere jus detrahendi bona paterna, ac materna ex hæreditate Patrui, quum ex documentis, quæ modo exhibentur, compertum ſit, eumdem Joannem Baptiſtam, ſequuto vix obitu Patrui, exegiſſe ſummam ſcut, 300., quæ Felix de Dominis ei legaverat pro quibuſcumque juribus ad ipſum Joannem Baptiſtam ſpectantibus ſuper hæreditate utriuſque ſui Genitoris. *Secundo* alteram, qua inquit cenſus, & nomina debitorum hæreditaria Canonici Martini de Dominis ād ſummam uſque ſcut.6672. aſcendentia nequaquam exigi poſſe, quum tamen ex notula ipſa rerum hereditariarum in inſtrumento tranſactionis relata liquido appareat, quantitatem nominum haud majorem eſſe ſcutis 6485:,ex his vero præter ſcuta biſcentum ab hæredibus Joannis Baptiſtæ de Dominis Junioris recepta ex retrovenditione dimidiæ partis cenſus in ſorte ſcut.400. conſtituti, plurimos alios cenſus ab ipſo Joanne Baptiſta traditos fuiſſe in dotem Canonicatus ab eo erecti, eumdemque Jo: Baptiſtam pro cautione aliorum nominum debitorum plura accepiſſe pignora, unde patet haud verum eſſe, quod hujuſmodi cenſus, & credita inutilia remanſerint; *Poſtremo* neque illud veritati accedere, quod caſus ſubſtitutionis Monaſterii adhuc penderet ab incerto eventu nativitatis filiorum ipſius Joannis Baptiſtæ de Dominis, quum is, qui poſt trigenariam cum ſua Uxore cohabitationem nullos unquam ſuſceperat filios, atque id temporis ſeptuageſimum ferme ætatis annum agebat, ab omni profecto ſpe gignendæ Prolis penitus decidiſſet. Ex his autem rationum momentis, ſicuti deſcendentes prædicti Joannis Baptiſtæ ſenioris enunciatam tranſactionem irritam prorſus eſſe opinantur, ita petitam voluntatis commutationem ſibi facilius indulgendam eſſe confidunt.

Super ejuſmodi precibus a Summo Pontifice ad hanc Sacram Congregationem rejectis auditus Canonicus Mancini, qui poſt obitum cl. me. Card .Laurentii de Alteriis poſtremi Abbatis Commendatarii Vicariii quadam poteſtate in Terra Pontiani eo tempore fungebatur, relata diſpoſitione præfati Canonici de Dominis, quod attinet ad ejus adimplementum, ſic ait -- *non paucas incurrit difficultates tum reſpectu aſſis hæreditarii dicti quondam Canonici Martini de Dominis nunc vix aſcendentis ad ſcuta decem millia circiter attenta dilapidatione facta á quondam Joanne Baptiſta poſt obtentam prædictam jurium ceſſionem à Reve-*

Reverenda Fabrica , tum etiam reſpectu Puellarum Monacandaru deſcendentium ex dicto quondam Joanne Baptiſta Sen. de Dominis , qu eum eligi debeant ex ſeptem Familiis ad præſens exiſtentibus , numqua conſtituere poterunt numerum ſufficientem Monialium, dum omnes Pue læ exiſtentes in dictis Familiis non excedunt numerum decem , quaru partim ſunt infantilis ætatis , partim nimis provectæ , ultra quod no omnes vocantur ad agni Nuptias, neque omnes impendere poſſunt ſc. 20 pro ingreſſu Monaſterii , ut voluit Canonicus Martinus Teſtator ; Dem de vero ſententiam ſuam aperiens ſuper Oratorum petitione hæ ſubdit -- *Proptereaque crederem potius annuendum fore ab EE. VV. com mutationi voluntatis petitæ à deſcendentibus omnibus , cum hac tame limitatione , quod Canonicatus non ſint quatuor pauciores , & quod bin ſubſidia dotalia ſcut. 50. pro quolibet deſumenda ex maſſa communi aicl rum quatuor Canonicatuum diſtribuenda non ſint favore cujuſcumqu deſcendentis ex dicto quondam Joanne Baptiſta ſeniore de Dominis , ſe iis tantum Puellis , quæ clauſtralem vitam ducere ſtatuerint , iſtaqu præfata ſubſidia iteratis vicibus conſequi valeant , donec ad ſumma ſcut. 400. perveniant, ſicque fiat , quod omnes Puellæ deſcendentes à d cto quondam Joanne Baptiſta ſeniore , quæ Domino famulari delegerint conſequantur dotem ſufficientem pro ingreſſu monaſterii earum arbitr eligendi ; fiet etiam quod deſcendentes Maſculi præferendi in collatio Canonicatuum pariter Domino in Sacris Altaribus dicabuntur .*

Jam vero digladiantibus inter ſe deſcendentibus ex Joanne Baptiſta d Dominis ſeniore , qui urgent pro mox propoſita commutatione vo luntatis , & Hæredibus alterius Jo. Baptiſtæ Junioris , cui e diver contendunt , firmam eſſe debere tranſactionem cum Reverenda Fa brica initam , & quatenus etiam quidquam foret ab ea immutandum id ſaltem poſtulant , ut aliquod ex controverſa hæreditate ſubſidiu elargiatur viduæ relictæ prædicti Joannis Baptiſtæ Junioris nunc pene octuagenariæ , quæ ſecus ad ſummam redigeretur egeſtatem , utqu etiam Canonicatus ex bonis hæreditariis jam erectus , quem poſſid Canonicus Romanelli ſæpedicti Teſtatoris Canonici de Dominis co ſanguineus , in ſua firmitate relinquatur, oportet diſcutare ,

I. *An ſubſtineatur compoſitio cum ceſſione jurium facta à Rev. Fabri S. Petri favore qu. Joannis Baptiſtæ de Dominis ?* Et quaten negative .

II. *An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis qu. Can nici Martini de Dominis ? & quomodo in caſu &c.*

Ad primum negative, ad ſecundum dilata , & firmetur ſtatus hær ditatis Canonici Martini de Dominis coram Vicario Apoſtolico , q procedat etiam pro redditione rationis adverſus hæredes Joannis Bapt ſtæ de Dominis Junioris .

D

Die Sabbathi 2. Junii 1742.

SEVERINI MATRIMONII. Quum Causa hæc descripta in Folio Congregationis sub diem 7. Aprilis currentis anni habita non fuerit ea die proposita, Lucretia Ricardi, quæ interea temporis curavit aliis canonicis probationibus juramentum quoque septimæ manus ad plenius avertendas exceptiones à Defensore Matrimonii excitatas superaddi, modo enixe postulat, ab Eminentissimis PP. deliberari. *Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.*

An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.

Affirmative.

TUDERTINA JURISDICTIONIS. Examen hujus Causæ sub diem 5. mensis mox elapsi ad hodiernam Congregationem dilatæ, & cujus duo priora Dubia fuerunt in hunc, qui sequitur, modum reformata, rogantur Eminentissimi PP. assumere. *Sess. 22. c. 8. de Ref.*

I. *An Episcopus habeat jus visitandi Ecclesiam Consolationis, tam in iis, quæ concernunt cultum divinum, quam in iis, quæ respiciunt gubernium œconomicum, itaut Rectores, aliique Administratores dictæ Ecclesiæ teneantur eidem rationem reddere.*

II. *An idem Episcopus habeat jus visitandi Hospitale dictæ Ecclesiæ, & respective exigendi redditionem rationis ab illius Administratoribus.*

III. *An prædicti Rectores, & Administratores subjaceant extravag. Ambitiosæ de Reb. Eccles. non alien. quoad alienationes Bonorum, tam non subjectorum, quam subjectorum oneribus Missarum ex Testatorum voluntate, non obstante asserto Privilegio*, & quatenus affirmative.

IV. *An alienationes huc usque factæ sine Beneplacito Apostolico sustineantur in casu &c.*

Dilata, & proponatur omnino in prima Augusti etiam unica.

TUDERTINA CENSURARUM. Marcellus de Felicianis Rector Ecclesiæ Parochialis Castri Petronii exposuit Curiæ Episcopali, quod tametsi cum ipse, tum sui Antecessores in pacifica, ac diuturna possessione reperirentur cujusdam ripæ, & quercuum in ea existentium, quæ adjacent prædio dictæ Ecclesiæ Parochialis sub vocabulo *il Pantano*, quia tamen Franciscus Nucciarelli Æconomus Fabricæ Ecclesiæ S. Mariæ Consolationis Tuderti quæstionem sibi moverat super pertinentia ejusdem Ripæ, passus est trahi ad ineundam sub mensem Decembris 1738. quandam concordiam cum præfato Œconomo, cujus vigore pars memoratæ ripæ cum nonnullis arboribus *Sess. 21. c. 22. de ref.*

cedere deberet prædictæ Fabricæ, altera vero pars remanere apud Ecclesiam Parochialem, ea tamen adiecta lege, ne ad ullam Arborum incisionem procedi posset, nisi prius obtentis assensu, & licentia Ordinarii. At paucos post dies quum Oeconomus Fabricæ, nullo adhuc impetrato à Curia Episcopali Beneplacito, plurimas prædictæ Ripæ Quercus, etiam ultra eas, quæ cessæ fuerant eidem Fabricæ incidere fecit, de hoc propterea excessu conquerens prædictus Rector ut iste opportuna correctione emendaretur, ab eadem Episcopali Curia postulavit.

Episcopus itaque præmissa cognitione causæ, memoratum Nuciarelli declaravit incursum in Censuras, nisi ab eo intra terminum quinque dierum doceretur de legitima facultate dictas arbores incidendi; Ab ho autem decreto provocantes tam dictus Nucciarelli, quam Rectore Fabricæ citarunt Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, nec no Rectorem dictæ Parochialis Ecclesiæ coram Auditore Signaturæ Justitiæ Urbis pro remissione Causæ ad A. C. in Civilibus, sed varia po decreta postremo Causa remissa fuit ad eamdem Episcopalem Curiam, sed in Civilibus tantum.

Verum tamen ex ejusmodi limitata Causæ remissione haud satis negoci consultum arbitrans sæpedictus Parochus Sacram hanc adiit Congregationem, rogavitque pronunciari incursos in censuras tam Nuccia rellum, quam alios prædictæ incisionis quercuum complices; Sacr autem Congregatio post acceptam super hisce precibus relationem Episcopi, qui censuit præfatos Œconomum, aliosque Rectores Fabr cæ ab incursu in censuras excusari non posse, jussit congruum iisdem præfigi terminum ad jura sua coram Eminentissimis Patribus dedu cenda. Et quamquam illi, ut hoc declinarent judicium, confug rint ad Auditorem Sanctitatis suæ petentes denuo causam juxta decr tum Auditoris Signaturæ Justitiæ remitti ad Curiam Episcopalem T dertinam in civilibus, id tantum obtinuere, ut quoad pertinentia Ripæ, & Quercuum servari mandaverit enunciatum Auditoris S gnaturæ decretum, quo vero ad incursum in censuras Causa deber in hoc Sacro Consessu proponi.

Nunc igitur instat Parochus, ut Nuciarellus, aliique litis consortes ce suris irretiti declarentur, atque in hunc finem profert depositione plurium Testium, ac Peritorum, quibus probatur tum antecede possessio Ripæ hodie controversæ ab ipso, ejusque Prædecessoribu pacifice semper habita, tum novissima Quercuum in eadem Ripa ex stentium incisio jussu Nucciarelli peracta, tum valor earumde Quercuum adscuta duodecim ascendens, tum denique conditio, qu apposita fuit in memorata concordia, ne ad ullam arborum incisi nem procederetur, antequam consensus Ordinarii accessisset. Ex h autem putat idem Parochus Nucciarellum, aliosque complices cit dubium incurrisse pœnas, quæ contra alienantes, & usurpantes bo Ecclesiæ statuuntur in *extravag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alienand* & in Concilio Tridentino *sess.* 22. *c.* 11. *de Ref.* Incisionem enim arb rum frugiferarum, tamquam veram, & propriam alienationem, si illæ sint magni valoris, sive parvi, sub prohibitione alienationis con prehendi ad effectum saltem, ut necessario requiratur licentia Ord narii colligitur ex iis, quæ tradunt *Panimoll. decis.* 60. *adnot.* 3. *n.* 4

& deci ſ.78. n.16. & ſeqq. Pacion. de loc. & cond. cap.14. §.3. num.3. & num.9. Card. de Luc. de Alienat. diſc.1. num.116.

Adminiſtratores Fabricæ Eccleſiæ S. M. Conſolationis ad vindicandam a quavis delicti nota ſæpedictam arborum inciſionem, exhibuerunt Epiſcopo quoddam Privilegium ſuæ Confraternitati a ſan. mem. Clemente VII. conceſſum, quo fit eidem poteſtas vendendi, & alienandi bona ſtabilia prædictæ Eccleſiæ, & Hoſpitali adnexo obventura, nec non convertendi pretium inde proveniens in fabricam, manutentionem, & utilitatem eorumdem Eccleſiæ, & Hoſpitalis abſque ullius licentia, & authoritate.

At Epiſcopus cenſet Privilegium iſtud a poſterioribus Bullis Summorum Pontificum, quibus confirmata eſt diſpoſitio *Extrav. ambitioſæ*, fuiſſe abrogatum, prætereaque caſum hunc, ſi adhuc vigeret, haudquaquam comprehendere. Dignentur itaque EE. PP. decernere.

An cenſuræ ſint relaxandæ in caſu &c.

Dilata, & proponatur una cum præcedenti.

PISTORIEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Raphael, & Joannes Baptiſta Fratres de Converſinis, hærede inſtituta Congregatione B. Mariæ Virginis, ut vocant *de Platea* mandarunt ex proventibus ſuæ hæreditatis adſignari quotannis dotem uni puellæ ex Familia Converſina Piſtorienſi, ſtatim ac ad ætatem novem annorum pervenerit; Nulla autem exiſtente ad hanc dotem aſſequendam idonea, eligi voluere a Fratribus prædictæ Congregationis ſimul cum duobus præſtantioribus viris ſex puellas, quæ quartumdecimum ætatis annum expleverint, quarum parentes, ac Fratres honore ſummi Magiſtratus (Confalonerium appellant) fungerentur, atque inter eas ſorti committi tot ſubſidia Dotalia, quot æquarent reditus bonorum hæreditariorum, conſtituto unoquoque ſubſidio ex ſcutis centum; Pecuniam vero, quæ ultra centena hæc ſcuta reliqua foret, erogari juſſerunt in celebrationem totidem miſſarum pro animæ ipſius Teſtatoris, aliorumque ſuffragio. Quod ſi deeſſent illius generis puellæ, ſubſidia Dotalia ſortito conferri præceperunt aliis puellis nobili ſtirpe editis ex ordine, quem vocant *Graduatorum*, taxatis tamen quoad iſtas ſingulis ſubſidiis in ſcutis 50. Denique hæc a Teſtatoribus adjecta fuit declaratio -- *Quella fanciulla, che averà ottenuta la dote un' anno di qualſiſia Famiglia non poſſa concorrere, ne conſeguire in altri anni, ma ciaſcheduna ſia contenta di una ſola dote.* *Seſſ.22. c.6. de Ref.*

Octavius Converſinus, cui quatuor erant filiæ præter duos filios, anno 1692. prævia hujus Sacræ Congregationis conſultatione obtinuit a ſan. mem. Innocentio XII. bina ex prædictis ſubſidiis dotalibus unicuique earumdem quatuor Puellarum adjudicari, ea tamen in literis Apoſtolicis adjecta clauſula -- *abſque ſpe ulterioris conceſſionis*; Quare cum idem Octavius, qui ab eo Pontifice non duo tantum, ſed tria hujuſmodi ſubſidia aſſignari ſingulis ſuis filiabus poſtulaverat, incitatus a rei familiaris anguſtia, eaſdem inſtauraſſet preces anno 1701., hæc S. Congr. petitionem rejecit, ut in *lib.51. Decr. pag.621.*

Paternum exemplum ſecutus Eques Lambertus de Converſinis) poſtquam juxta legem teſtamenti dotem conflatam ex pecunia, quam in

fructu reddit per unum annum hæreditas, obtinuisset pro singuli duabus filiabus) anno 1716. impetravit a san. mem. Clemente XI assignari filiæ majori natu proventus ejusdem hæreditatis per alios duos annos, demandata simul annua versione fructuum hujus acervi in novum capitale, quousque puella nuptias non contraheret; Eandem quoque gratiam pro alia filia secundogenita fuit assecutus anno 1726. ex Rescripto san. mem. Benedicti XIII. Ac demum anno 1729. consulta prius hac Sacra Congr. impetravit ab eodem Pontifice per litteras apostolicas attribui cuique ex dictis suis fialibus in causam dotis fructus memoratæ hæreditatis per alios quinque annos. Bona autem hæreditaria reddunt in annuo fructu scuta circiter 270. sed scuta dumtaxat biscenta erogari solent in causam subsidiorum.

At quum Congreg atio B. Mariæ de Platea quæstionem Equiti Lambert de viribus hujus gratiæ movisset, res ad hanc Sacram Congr. delat fuit; indeque auditis iis, quorum intererat, ac præcipuè Pistorien si Civitatis Primatibus, tum validitatē indulti, tū ejus redintegrationem quam petebat Lambertus, acriter impugnantibus, acceptaque etiam Relatione Episcopi, qui Lamberti precibus annuendū fore censebat potissimum propter jam initum tractatum de nuptiis a filia natu majori contrahendis cum Equite Cammillo Floravantio, ratione præsertim habita ad Pontificium Indultum de subsidiis dotalibus jam impetratum, sub diem 22. Septembris 1731. proposito dubio -- *An Breve Apostolicum sit executioni mandandum*, responsum fuit - *Affirmative quoad subsidia dotaliæ assignata filia majori natu dumtaxat*.

Nuper autem Eques Lambertus iterum supplicavit Sanctissimo Domino Nostro feliciter Regnanti, ut per confirmationem, sive etiam novam concessionem gratiæ a S. M. Benedicto XIII. collatæ, altera ejus filia secundogenita vigesimum jam ætatis suæ annum agens, ac sæcu appetens nuptias, eodem, quo filia primonata, subsidiorum dotalium per quinque annos beneficio donetur; Cumque Sanctitas sua ejusmodi preces ad hanc Sacram Congregationem rejecerit, ipsius jussu excitati ab Episcopo tam Congregatio B. M. V. de Platea, quam Nobiles Civitatis, quos *Confalonericos*, & *Graduatos* vocant, plu obiicinnt, ex quibus evinci authumant, priorem gratiam a S. M. Benedicto XIII. concessam neque viribus subsistere, neque ulla conveni causa, quæ suadeat eam redintegrari oportere.

Ac primo quidem validitatem gratiæ oppugnant ex pluribus facti circunstantiis, quæ in precibus Lamberti memorato Summo Pontifici porrectis vel silentio pressæ, vel minus recte asseruntur expositæ; Ha enim inter alia enarravit -- *Tanto più che alle volte si può dare il caso che quelli, che* pro tempore *godano il detto grado di Confaloniere. non abbino Figlie, o avendone, non sono capaci di doti, o per età, o per altro, ed in tal caso la grazia predetta non sarebbe di pregiudizio ad alcuno*: Quum tamen eo tempore sexdecim jam puellæ ad assequendum subsidium dotale aptæ reperirentur, & nunc plures aliæ existant. E contra vero tacitus præteriit tam substitutionem aliarum nobilium puellarum ex genere *Graduatorum* ad subsidii dotalis emolumentum quam legem a testatoribus indictam, ne puellæ cujusvis familiæ dotis annuæ commodo jam semel donatæ aliquid amplius ex præstationibus subsidiorum ejusmodi imposterum consequi possint.

Co

Confirmationi autem, ſive conceſſioni ex integrō ejuſdem gratiæ plura maxime adverſari exiſtimant. *Primò* nimirum ſatis claram teſtatorum voluntatem, quod filiæ ex Familia Converſina prognatæ hæreditariis dumtaxat unius anni reditibus frui debeant, eorumque diſertam prohibitionem, ne plura ſubſidia uni puellæ conferantur. *Secundo* non arctum cognationis vinculum, quod teſtatores inter, & Equitis Lamberti filias intercedeit, utpote in decimo tantum lineæ tranſverſæ gradu illis conjunctas. *Tertio* plura, & copioſa emolumenta, quæ idem Lambertus ex ſpeciali Summorum Pontificum gratia conſecutus jam fuit pro filiarum dote, itaut filia quidem natu major ex ſubſidiis, de quibus agitur, ſummam ſcut., 2000. minor vero ſcuta ſeptingenta perceperit. *Quarto* Reſcriptum ipſum ab hac Sacra Congregatione editum anno 1731., quod controverſum Apoſtolicum Breve executioni demandari deberet quoad ſubſidia dotalia aſſignata *filiæ majori natu dumtaxat*, cujus quidem reſpectu habita præ oculis fuit peculiaris illa facti circumſtantia jam initi tractatus nuptiarum ſub ſpe obtinendi ea ſubſidia. *Quinto* jus aliis Nobilium puellis ex earum ſubſtitutione quæſitum ad iſtas dotes. *Sexto* detrimentum obveniens animabus teſtatorum, qui per expetitæ gratiæ conceſſionem demandato celebrationis Miſſarum ſuffragio fraudarentur. *Septimo* demum ſatis opulentum Equitis Lamberti patrimonium ex calculo relato in *Sum. Contradictorum num.* 11. valorem ſcut. 19531. adæquans, ex quo facile præſtari poſſe inquiunt dotem ſcut. 2000., inſpecto illius Civitatis more, puellis nobilibus congruam, quemadmodum dotis in ea quantitate inter ejus generis perſonas conſtitutæ plura ab anno 1697. ad annum uſque 1730. exempla proferunt.

Verum Eques Lambertus tum ex conceſſionibus ipſis Summorum Pontificum, quas olim pro filiarum dote obtinuit, tum ex duabus relationibus Anteceſſorum moderni Epiſcopi hactenus ad Sacram Congregationem tranſmiſſis luculenter probatam iri authumat ſuam paupertatem, adeout facultates ſibi non ſuppetant præſtandæ congruæ dotis minori filiæ; Unde omnem æqui bonique rationem expoſcere ait, ut ex tacita Gentilium ſuorum, qui dotalia ſubſidia in pauperes diſtribui jufſerunt, voluntate, filia natu minor ultra ſeptingenta ſcuta jam habita, aliam mille ſcutorum ſummam ex hæreditariis fructibus ad quinquennii tempus percipiendis nanciſcatur: quemadmodum hanc eſſe conſuetudinem Apoſtolicæ Sedis facile concedendi applicationem plurium ſubſidiorum dotalium, vel redituum complurium annorum ad conſtituendam dotem alicui puellæ de familia Teſtatoris, probat exemeplis pluribus relatis in *Deciſ. Rot.* 98. & 171. *cor. Duran.*, atque in Decretis hujus Sac. Congregationis, de quibus in *Romana Applicationis Legati* 20 *Septembris* 1692. *in Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718., *in Camerinen. Subſidiorum Dotalium* 8. *Auguſti* 1733., *in Panormitana Subſidiorum Dotalium* 15. *Januarii* 1735., aliiſque. Facilius vero gratiæ locum fieri putat, quoniam ex ſubſidiis jam antea receptis, atque aliis, quæ modo poſtulat, vix dimidia conficiatur pars congruæ dotis: Hanc enim in ſcut. 3000. puellis nobilibus conſtitui ſolere ex una, atque altera Ordinarii Relatione id teſtante demonſtrat.

Neque ſuis precibus obeſſe inquit ea, quæ Contradictores opponunt.

Non

Non quidem vetitam a teſtatoribus collationem plurium ſubſidiorum uni puellæ, veluti quæ prohibitio ad fœminas tantum ex genere ſubſtituto, non vero ad deſcendentes ex eorumdem Teſtatorum familia referri debeat, atque ulterius protrahenda minime ſit ad hæc tempora, quibus hæreditarii proventus ob redactionem fructuum locorum Montium a Venerab. Servo Dei Innocentio XI. factam in dimidia fere parte decreverunt, doteſque contra pro ſæculi luxu adauctæ ſunt: Non etiam Decretum Sac. Congr. ſub annum 1731. adjudicans ſubſidia dotalia per quinque annos *filiæ Majori natu dumtaxat*; Ideo namque filiam alteram ab eodem beneficio tum tumporis excluſam fuiſſe reponit, quia nondum ætatis erat ad nuptias contrahendas idoneæ: Non deniqne ullum detrimentum vel animabus teſtatorum, vel puellis ſubſtitutis obveniens; quum nihil impediant quominus illud, quod ex reditibus in ſubſidia dotalia convertendis quotannis ſupereſt, erogetur in celebrationem Miſſarum, quemadmodum teſtatores juſſerunt: Damnum vero cæteris filiabus ſubſtitutis contingens leviſſimum debeat reputari, tum quia applicatio redituum in dotem filiæ Oratoris ad breve tempus ſit duratura, tum etiam quia incertum omnino eſt illarum jus, veluti quod a dubio ſortis eventu, atque ab aliena electione dependeat.

Modernus Epiſcopus jamdudum retulit, Presbyteros Congregationis B. Mariæ de Platea ſibi aperte declaraſſe, æquiſſimo Eminentiſſimorum Patrum Oraculo ſe prorſus hac in re adhæſuros, quod porro conſentire non videtur cum ſcriptis, quæ ad impugnandam petitæ gratiæ conceſſionem eorũ quoque nomine circumferuntur; Ipſe vero Epiſcopus, quod attinet ad præſentem ſtatum, & conditionem Lamberti ſupplicantis hiſce verbis exponit -- *Idem Orator adhuc reperitur gravatus iiſdẽ quinque filiis maſculis, ac dicta Filiaſecundogenita in matrimonium collocanda, ac in iiſdem ſtatu, & terminis reperiri dici poteſt, in quibus reperiebatur tempore obtentæ præcedentis gratiæ prædictæ, excepta filia primogenita jam nupta: Hæreditas enim unius ex patruis poſtmodum defuncti, quæ magni momenti non exiſtit, relicta fuit ad favorem ejus filii ultimogeniti, & ab ea detrahi debent legata, onera, & æs alienum, quibus dicta hæreditas eſt obnoxia, ac propterea ipſi Oratori vires non ſuppetunt, quo competentem dotem dictæ puellæ aſſignare valeat, quam requiratur ſumma ſcut. 3000. pro dote, & ſcut. 500. pro corredis juxta ejus nobilem conditionem, ſtylumque familiarum nobilium hujus Civitatis, prout alias a Prædeceſſore meo iſti Sacræ Congregationi ſignificatum fuit.*

Omnibus itaque mature perpenſis, onus erit EE. VV. deliberare.

An Breve Apoſtolicum ſit exequendum etiam quoad filiam ſecundogenitam non obſtante reſolutione capta ſub die 22. Septembris 1731. in caſu &c.

Negative.

Seſſ. 24. c. 12. de Ref.

TROJANA SERVITII. Diſceptata olim fuere coram hac Sacr. Congregatione inter Promotorem Curiæ Epiſcopalis Trojanæ, & Clerum ejuſdem Civitatis tria hæc Dubia -- *I. An ſimplices Sacerdotes nullum habentes Beneficium in Cathedrali Eccleſia Trojana, nullumque ex ipſa retrahentes emolumentum teneantur aſſiſtere ſervitio dictæ Eccleſiæ ſin*

ſingulis diebus de præcepto. II. An conſtet de attentatis III. An ſuſpenſio a divinis lata contra Sacerdotes ſimplices ſuſtineatur, iiſque ſud diem 20. Septembris anni 1704. ita reſponſum fuit -- *Ad primum . & ſecundum affirmative : Ad tertium negative, & ad D. Pro-Secretarium cum Agente Epiſcopi juxta mentem .*

Quum autem modernus Epiſcopus , occaſione viſitationis ſacrorum liminum , Sacræ huic Congregationi renunciaſſet anno 1733. ſervitium Cathedralis Eccleſiæ à Clero non tantum negligi , verum etiam penitus detrectari , ſic ei reſcriptum eſt -- *Clero Urbano impera , ut ex edicto tuo , & Sacræ hujus Congregationis Decreto Cathedrali Choro inſerviat , abſtineatque recenſito in tuis literis abſurdo illo , quod tentant inducere , nulla abs te habita ratione cujuſcumque inibitionis , niſi manu Sanctiſſimi Patris ſignatæ .*

Poſt literas ita datas nulla amplius per plures annos hac ſuper re delata fuit ad Sacram Congregationem querela ; ſed nuperrime quum inter varia tam a Sodalitate Sanctiſſimæ Annunciationis B. M. V. , quam ab altera ſub auſpiciis S. Leonardi Civitatis Trojanæ condita fuerint pro afferto ipſarum regimine ſtatuta , inter quæ præ cæteris cautum reperitur , ut certus in earum Eccleſiis conſtitueretur numerus Sacerdotum , qui Cappellani ſint nuncupandi , quique præter aliqua ab ipſis explenda Miſſarum , & Anniverſariorum onera , nonnullas teneantur peragere Eccleſiaſticas functiones , ſinguliſque diebus Feſtis in eaſdem convenire Eccleſias , ubi ſuperpelliceo induti tum vacare cantui divinæ pſalmodiæ , tum ſolemne Miſſæ Sacrum debeant perſolvere ; ſeptem vero in hunc finem pro Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciationis , & decem pro alia Sancti Leonardi a Confratribus uniuſcujuſque Sodalitatis ex Clero Urbano delecti fuerint Sacerdotes ; ab hiſce propterea novo hoc Cappellanorum nomine inſignitis , ac ſervitium in memoratis ſtatutis præſcriptum jam præſtare aggreſſis quum renuatur ullum deinceps Cathedrali Eccleſiæ famulatum impendere , novæ ſuper ejuſmodi recuſatione ab Epiſcopo primum , mox autem acriores a Capitulo auditæ ſunt conqueſtiones , quæ hodiernæ diſceptationi dant cauſſam .

Scilicet Cathedralis Eccleſiæ Canonici rogant ab Eminentiſſimis Patribus declarari , quod Sacerdotes , ſive Cappellani prædicti nulla prorſus ratione queant ſe ab ejuſdem Cathedralis ſervitio ſubducere , quippe quia tum ex veteri conſuetudine , cujus initii memoria non extat , tum ex pluribus antiquis æque , ac recentioribus ſynodicis legibus , tum demum ex enunciata Sacræ hujus Congregationis ſententia univerſus Civitatis Clerus Eccleſiæ Cathedralis ſervitio mancipatus exiſtat.

Ex his autem inferunt , haudquaquam potuiſſe memoratos Presbyteros afferto Sodalitatum famulatui quod in Eccleſiæ Cathedralis detrimentum vergeret , irrequiſito Epiſcopo , nullaque ab Apoſtolica Sede impetrata venia , ſeſe addicere ; Potiſſime vero , dum nulla urget neceſſitas , vel ſatis æqua concurrit ratio , ob quam Sacerdotum cætus , ſive Collegium in hiſce Laicarum Confraternitatum Eccleſiis habeatur , quin imo Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtitutis potius repugnent , Presbyteros ſuperpelliceo ornatos cum Laicis ejuſmodi Sodalitatum Confratribus diverſo utentibus habitu in divinis canendis laudibus commiſceri .

Addunt

Addunt præterea, illud quoque ab iisdem Sodalitatibus perperam fuiſſ geſtum, ut ſtipendio Cappellanorum deſtinaverint reditus, qui i pauperibus Puellis dotandis, alendiſque Infantibus expoſitis hactenu erogari conſuevere.; Id autem eo magis improbatione dignum exiſti mant, quia nihil circa utriuſque Eccleſiæ regimen, vel leviter im mutare liceat Confratribus, inconſulto Cathedralis Capitulo, quo ex vetuſtis quibuſdam viſitationum actis aliquam ſuper iisdem Eccle ſiis juriſdictionem ſibi merito aſſerere authumat, præſertim vero ſu per Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciationis, in qua mos eſt, ut ſinguli annis unus ex Canonicis a Capitulo electus conſtituatur, qui Cappel lani Major's, ut ajunt, munus exercens, Miſſarum ſolemnia, aliaſqu Sacras Functiones ibidem expleat.

Contendunt inſuper iidem Cathedralis Eccleſiæ Canonici, teneri omne ex Clero Urbano, Canonicis divina officia celebrantibus Pluvialibu indutos adſiſtere, juxta præſcriptum in Cæremoniali Epiſcoporun *lib.2. cap.3.* ibi -- *Canonicus hebdomadarius in Sacriſtia Pluviali &c & cum eo parantur quatuor, aut ſex Presbyteri de gremio ipſius Eccleſiæ non tamen Canonici, & in fin, §.16.* ibi -- *Sex Pluvialia a Presbyteris ſeu Clericis totidem Hebdomadario aſſiſtentibus ſumantur* --, itidemqu ſuſtinent ab iisdem Presbyteris Diaconi, & Subdiaconi miniſterium Canonicis Miſſam canentibus præſtandum eſſe, quemadmodu n ſu pra hominum memoriam ſervatum fuiſſe colligunt tum ex Teſtibus tum ex Diæceſana Synodo ſub annum 1735. edita, quæ immemora bilem hanc conſuetudinem probe agnitam commendavit, adeoqu præfatos Cappellanos ad præbendum hujuſmodi ſervitium revoca omnino debere.

Præter hæc, quæ ſub duobus Dubiis priori loco mox præſcribendis diſcu tere oportet, duplex altera proponitur quæſtio nimirum, qui debean hujuſmodi litis expenſas ſubire, & num duobus Canonicis, qui eiden liti adſiſtentiam præſtituri huc acceſſere, tradendum ſit indultum quo licite ab Eccleſiæ ſervitio, eodem perdurante litigio, abeſſe poſ ſint, & quotidianas diſtributiones lucrari..

Defenſor Capituli, cujus tantum jura hactenus allata ſunt, propugna hujuſce litis expenſas ab Epiſcopo una cum toto Capitulo ſuſtinenda eſſe, quia ſcilicet utrique interſit, Cathedralis Eccleſiæ ſervitium ejuſque in peragendis ſacris functionibus decorem ſervari; confirmat que ex eo, quod Epiſcopus Prædeceſſor, ut ſponſæ ſuæ ſplendo conſuleret, non dubitaverit etiam ſolus ſimilem controverſiam ad verſus Presbyteros, & Clericos Civitatis inſtituere, atque tueri: cen ſet præterea enunciatum Indultum binis Canonicis, qui ad proſpe ros iſtius Cauſæ curandos ſucceſſus fuerunt ab eodem Capitulo ad Ur bem tranſmiſſi, denegandum non eſſe juxta declarationes ab hoc ſa cro Conſeſſu non ſemel editas, & ſignanter in *Viterbien. 8. Septem bris* 1737, *& in Trojana Præbendarum 6. Decembris* 1738.

Dignentur itaque Eminentiſſimi PP. reſpondere.

I. *An quoad Presbyteros Cappellanos nuncupatos Confraternitatum San ctiſſimæ Annunciationis, & S. Leonardi ſit ſervanda reſolutio die 20. Septembris* 1704. *ſeu potius iſti teneantur, ſeu poſſint obſervar ſervitium, & alia quoad eoſdem injuncta, & ſtabilita in ſtatut*

dictarum Confraternitatum in casu &c., & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An iidem Presbyteri, seu Cappellani teneantur Canonicis divina officia peragentibus inservire cum Pluvialibus, vel in ministerio Diaconi, & Subdiaconi, vel aliàs, & quomodo in casu &c.*

III. *An, & qui teneantur ad expensas hujus litis in casu &c.*

IV. *An duobus Canonicis ad Urbem transmissis ad effectum assistendi huic liti debeatur indultum absentiæ, & lucrandi distributiones in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

BISINIANEN. Duo inter Capitulum Bisinianensis Ecclesiæ, & Archidiaconum, Dignitates, aliosque ejusdem Ecclesiæ Canonicos disputata fuere coram hac Sacra Congregatione Dubia -- *I. An bona Capituli sint communi nomine administranda, ita ut omnes eorum fructus, & proventus poni debeant in communi massa, & quatenus negative -- II. An, & quomodo sint dividenda inter Participantes in casu &c.*, prodiitque sub diem 2. Decembris nuper elapsi anni Rescriptum - *Ad Primum affirmative, ad Secundum provisum in primo.* *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Huic resolutioni haud acquiescentes Archidiaconus, aliique Canonici ex novæ Audientiæ beneficio ad hodiernum examen bina ea dubia revocari obtinuerunt, quæ propterea una cum aliis pluribus inter ipsum Capitulum, & Archidiaconum, ceterosque in hac lite consortes postea excitatis ab Eminentissimis Patribus decidenda se offerunt.

Dubia porro hæc sunt.

I. *An sit standum, vel recedendum à Decisis in casu &c.*

II. *An, & a quo tempore sint restituendi fructus bonorum, de quibus agitur supra æqualitatem accepti.*

III. *An constet de deteriorationibus agrorum, aliorumque bonorum Capituli*, & quatenus affirmative.

IV. *An, & ad quæ damna Deteriorantes teneantur.*

V. *An constet de melioration ibus eorumdem Bonorum Capituli*, & quatenus affirmative.

VI. *An, & ad quorum commodum cedere debeant.*

VII. *An Parochi Ecclesiæ Cathedralis Bisunianen. teneantur residere intra confines propriæ Parochiæ.*

VIII. *An iidem Parochi possint esse de gremio Capituli*, & quatenus affirmative.

IX. *An Dignitates sint compatibiles cum Parochis.*

X. *An Parochi in Capitulo possint habere vocem activam, & passivam.*

XI. *An Dignitatibus solemniter celebrantibus inservire debeant pro Diacono, & Subdiacono.*

XII. *An primæ Dignitati competat retentio clavis depositorum, & archivii.*

XIII. *An eadem prima Dignitas recognosci debeat tamquam chori Præfectus.*

XIV. *An convocatio Capituli demandari debeat a prima Dignitate privative quoad alios.*

XV. *An Dignitatibus, & Canonicis debeantur portiones lucrativæ, & oneroſæ.*

XVI. *An Canonicatuum erectio facta de anno* 1710. *ſuſtineatur in caſu &c.*

Ad I. in deciſis, & amplius. Ad II. reſtituendos eſſe à die hodiernæ reſolutionis. Ad III. IV. V., & VI. Ad Ordinarium, qui procedat prout de jure. In reliquis dilata, & ſcribatur Epiſcopo, qui auditis Partibus, referat cum ſuo voto.

Seſſ. 25. c. 19. de regul.

MESSANEN. SEU MELEVITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Adverſus Religioſæ Profeſſionis vires, quam Joſephus Borgi ſub diem 11. Februarii 1711. nuncupavit in Conventu Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Civitatis Meſſanæ, proclamavit ille poſt viginti, & ultra annorum ſpatium in Archiepiſcopali Curia Meſſanenſi, ibique confecto judiciario Proceſſu, ac Profeſſionis jura tuentibus Promotore Curiæ, ac Procuratore prædicti Conventus, irritam a Vicario Generali, nec non Regulari Superiore loci ad cauſæ cognitionem adhibito, pronunciari obtinuit ſuſceptam ab ſe Religioſæ vitæ obligationem veluti quæ nonniſi gravi cogente patris metu fuerit ab ipſo elicita.

Dimiſſo itaque regulari habitu Clauſtra deſerens Orator in Civitate Melitenſem Patriam ſuam, uti Presbyter ſecularis, conceſſit, ubi quum poſt aliquod tempus ab Ordinario vetitus fuerit, ne amplius ad Altaris miniſterium accederet, Sacram hanc adiit Congregationem, ut ſibi in ſtatu Clerici ſecularis permanſuro, & congrua Patrimonii dote proviſo Sacerdotalis officii obeundi poteſtas fieret; Sacra autem Congregatio, poſt datas hac ſuper re literas, tam Archiepiſcopo Meſſanenſi, quam Epiſcopo Melitæ, juſſit exhiberi ſententiam ſuper aſſerta nullitate Profeſſionis, tum etiam edoceri, a quonam Orator beneficio reſtitutionis in integrum donatus fuiſſet adverſus lapſum quinquennii, deindeque inſtructa, quod beneficium ejuſmodi ab Apoſtolica Sede non obtinuerat, Oratorem de iſtius neceſſitate admonuit.

Summo proinde Pontifici Orator ſuas exhibuit preces, quibus ad hunc Sacrum Conſeſſum rejectis novæ datæ ſunt literæ Archiepiſcopo Meſſanenſi, ut acta in Curia ſua ante prolationem enunciatæ ſententiæ confecta tranſmitteret. Verum hodie exponens idem Orator nonnulla ob impedimenta, quæ ex ſcriptis ejus nomine circumferendis patebunt, præmiſſorum actorum copiam nullo pacto haberi poſſe, adeoque eximiam ſupremi hujus Tribunalis æquitatem implorans, ne ob ſolennium probationum inopiam abſque ſuifacto, & culpa contingentem, jus quoque ſuum deficiat, impenſe rogat, ut ea, quæ nuper aliunde colligere potuit documenta ad probandam Profeſſionis ſuæ nullitatem admittantur.

Duplici nimirum ex capite ſe nulliter profeſſum contendit, primo ex indicata cauſſa metus ſibi a Patre incuſſi, ſecundo ob perpetuum Luis celticæ morbum, quo ab ipſa nativitate ſive a Parentibus, ſive a Nutrice contracto ſe hactenus laboraſſe conqueritur. Veritatem prioris cauſſæ ſatis evinci putat abs jurata declaratione, quam Michael ipſius Genitor ad exonus propriæ conſcientiæ ſub annum 1736. in hæc verba edidit

edidit -- *Che essendo rimasto Vedovo verso l' anno 1704. in età giovanile con cinque figli passai al secondo matrimonio, dal quale pure ebbi figli, però pressato dalla seconda moglie, e per sgravarmi dal peso di numerosa prole procurai di fare Religioso Giuseppe Borgi mio figlio del primo letto, benchè non avesse l' inclinazione, e mi riuscì di fargli avere l' abito di Religioso di S. Agostino, e mi tenni sempre fisso a fargli fare la professione regolare, quantunque non era inclinato, ma alieno da tale stato, nel quale procurai, che proseguisse con precluderli sempre la strada di poter pensare a mutazione alcuna facendoli disperare il modo di poter vivere in altro stato.*

Id à Patre expositum alii quoque confirmant Testes, qui præterea enarrant Oratorem, ob animum, quem Religiosæ capessendæ vitæ reluctantem ostendebat, minis, alimentorum subtractione, verberibus sive a proprio Genitore, sive à Noverca male adeo affectum fuisse, ut sævitiæ hujusmodi evadendæ gratia non semel è paterna domo fugam arripere, ac tamdem ad claustra pergere adauctus fuerit, aperte iisdemmet Testibus significans, hanc unam ob causam se nomen Religioni daturum.

Deponunt quoque memorati Testes, Oratorem pluries in ipso probationis tempore de coacto in Religionem ingressu secum fuisse conquestum, eumque non semel vidisse in uberes lacrymas erumpere, Choro una cum aliis Religiosis interesse, ac audivisse omni asseveratione confirmantem, se velle omnino e claustris egredi; Quæ quum iidem Testes ipsius Patri referrent, ille propositi tenax totos ajebat se impensurum conatus, ne Filius Regularem dimitteret habitum, hæc identidem repetens -- *O campa, o muore, Monaco Agostiniano dev' essere.*

His ita ad comprobandas Genitoris violentias adductis, confidit Orator, tacitam sibi Religiosæ Professionis ratihabitionem ex diuturno temporis spatio, quo in Claustris permansit, opponi non posse, tum quia eadem semper, Patre adhuc vivente, duraverit causa metus, tum quia non intermissa plurium actuum serie animum suum cuicumque ratihabitioni maxime adversantem ostenderit. Siquidem anno vix a die Professionis elapso ad Melitensem Insulam reversus, ac pene in disperationem adductus in remotas Terræ partes, uti statuerat, aufugisset, nisi precibus, atque suasionibus Francisci, & Mariæ Borgi suorum fratrum fuisset a proposito revocatus, quemadmodum frater, & soror ipsi testantur. Præterea sub diem 15. Septembris 1715. solennem coram Notario, & testibus protestationem emisit, se nullo unquam pacto adsensurum fore Religiosæ Professioni, imovero adversus eam opportuno tempore juris remediis acturum; Eamdem protestationem innovavit sub annum 1722. occasione, qua a Patre Provinciali oblatum ipsi ultro fuit munus Vicarii Prioris in Conventu Civitatis Syracusæ obeundum, & tertio demum repetiit quoque anno 1723., quum illud ejusdem Prioris munus, quod refugere nequivit, exercere aggressus est.

Hinc vero progrediens ad alteram luis celticæ causam, ut ab infantia, usque se illa ægritudine miserrime affectum fuisse ostendat, binas exhibet depositiones, alteram Testium Familiarium, & alteram Medicorum, qui eam sibi perspectam fuisse adfirmant. Ab ejusmodi au-

tem morbo perpetuo,& incurabili irritam reddi Religiosam Professionem arbitratur ex iis, quæ tradunt *Marant. tom.5. rispons.106. Navar. de Regul. lib.3. cons.25. num.2. Sanch. ad Præc. Decal. lib.5. cap. 4. num.57. & 60.*, eam vero nullo unquam temporis intervallo posse convalescere, quum eadem semper causa irritans perseveret, juxta ea, quæ docent *Sanch. de matrim. lib.7. Disput.37. num.32. & 33.*, *Suarez. tom.3. de Relig. lib.7. cap.3. num.7.8. & 9.*, *Barbos. de Off. de pot. Ep' part.3. allegat.104. num.20.*

Hæc habet Orator, cujus jura Eminentiss. PP. oculis subjicientur: Interea vero non abs re in eorum memoriam revocare actum de Oratore fuisse in causa *Sicula Restitutionis in integrum*, *& nullitatis Professionum* proposita die 14. Septembris 1740. cujus folium poterit ab Eminentiis VV. resumi. Ibi enim *sub* §. *Jussa Sacræ Congregationis* referuntur ea, quæ prioribus supremi hujus Senatus literis rescripsit Archiepiscopus Messanensis opinans, quod Orator beneficio restitutionis in integrum ab Apostolica Sede impetrando non indigeret, quia nempe obstaculum ex lapsu quinquenni deductum cessaret tum ob eamdem metus causam, quæ semper duraverit, tum propter crebras,assiduasque Oratoris conquestiones, & protestationes, à quibus effectum sit, ne quinquennium posset dici completum; Quæ quidem rationum momenta ad excludendam necessitatem restitutionis in integrum expensa, tametsi merito fuerint a Sacra Congregatione improbata, ad aliquod tamen præsidium hodiernis minus solennibus Oratoris probationibus adjiciendum apta fortasse censeri possunt.

Omnibus itaque inspectis, placeat respondere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Dilata, & Orator subijciatur formali examini cum Interrogatoriis dandis ex officio à Promotore Fiscali coram Ordinario Melevitano.

Sess.22. c.4. de ref.

LEODIEN. CONCORDIÆ. Carolus Franciscus Rossi de Liboy Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Civitatis Leodiensis hæredem scripsit Canonicum de Moraichen ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ Decanum, sibique conjunctum sanguine in quibuscumque juribus, ac bonis tam mobilibus,quam immobilibus -- *ad eis gaudendum* (sunt verba Testamenti, quæ dantur e Gallico idiomate in Latinum transversa) *una cum Dominis de Capitulo S. Petri*, *& regendum similiter*, *& proventum applicandum in augmentum cujuslibet partis Fundationis piæ per nos in dicta Ecclesia factæ*, *vel ad talem aliam fundationem*, *quam mihi reservo facere*, *si opportunum censuerim*.

Nonnulla quoque in eodem Testamento legata reliquit, inter quæ usumfructum dimidiæ partis Villæ *de Paillæ* Carolo Massart, post cujus obitum voluit eamdem Villam ad suos heredes reverti his verbis -- *& deinde revertatur ad meos hæredes*, itidemque ipsi Carolo Massart, ejusque uxori usumfructum legavit prædiorum *de Temeppe*, *Chavagne Hargimont*,*& Roy*, & quarumcumque rerum in iis prædiis existentium cum onere tamen præstandi annuos quadringentos Imperiales *meo hæredibus*, sive *mon heritiers*, uti legitur in testamento (quæ adjectio postremæ literæ S. dubitationem ingerit, num ex incuria Notarii per errorem irrepserit, adeo ut legendum potius sit *meo heredi*, quam *meo hære-*

hæredibus, vel *meis hæredibus*, eadem pariter impoſita lege, ut vita functo utroque conjuge uſufructuario prædia illa *de Temeppe Chavagne*, *Hargimont*, *& Roy* revertentur ad memoratum Decanum de Moraichen *meum* (ut ipſe teſtator loquitur) *Cognatum*, *& meum hæredem*. In Codicillis vero poſtaliquod temporis intervallum confectis illud præcipue declaravit ſe per ſuum teſtamentum *à Carolo Maſſan partim ſcriptum intelligere*, *ut poſt ſuam mortem ſuus hæres poſſit frui*, *& gaudere omnibus ſuis mobilibus*, *& de iis diſponere tamquam de ſuo proprio*; *ſe referens quoad reſiduum ad ſuum dictum Teſtamentum.*

Poſtremæ huic Teſtatoris diſpoſitioni, ſive prioris ejus voluntatis declarationi innixus Canonicus Decanus de Moraichen ſtatim eo defuncto omnium mobilium, quæ ad ipſius hæreditatem pertinebant, poſſeſſionem apprehendit. Verum contendente Capitulo S. Petri non modo reliqua hereditaria bona, ſed, & ipſa mobilia ſibi vindicare, veluti omnia in cauſſam Fundationis à Teſtatore deſignatæ in Teſtamento relicta, plures inde emerſerunt controverſiæ, ſuperquibus magna partium contentione diu agitatis, atque in dies acrioribus effectis variatum in Curia Viennenſi, tum in Curia Nunciaturæ Colonienſis, necnon etiam ab Officiali Eccleſiaſtico Leodienſi interpoſita fuere decreta, quæ nondum liti finem dedere.

Ne vero inter hæc concertationum diſcrimina univerſa bona hæreditaria, partim ex graviſſimorum ſumtuum cauſſa, partim ex neglecta eorum cura, & adminiſtratione in perditum irent, optimum tandem conſilium utrique Collitigantium parti viſum fuit inire concordiam, plurimum in id enitente Leodienſi Antiſtite. Tres nimirum ab eo delecti ſapientes viri, qui componendis ejuſmodi diſſidiis operam darent, rem eo deduxerunt, ut tandem tranſactio Capitulum inter, & Decanum, reſervato tamen Apoſtolicæ Sedis beneplacito, ſtatuta ſit. Ejus autem præcipuæ conditiones fuere, quod bona qnæcumque mobilia in Teſtatoris domo reperta, excepta tamen pecunia numerata, quæ illic adhuc extans piæ fundationi deberet cedere, Decano de Moraichen traderetur; Quod eidem Decano relinquantur quoque Bona feudalia, & ſignanter Dominia *de Semeppe Chavagne*, *Hargimont*, *& Roy* in Ducatu Luxem, Burgenſi ſita, tametſi eorum uſusfructus in Teſtamento Canonici de Liboy legati jure relictus ſit Carolo Maſſat: Quodque prædictus Decanus ſibi etiam retineat Domum quandam Leodii poſitam in Monte S. Martini; reliqua vero hæreditaria bona piæ Fundationis nomine penes Capitulum remaneant; Præterea conventum eſt, quod impenſæ pro defendenda lite adverſus Conſanguineos Canonici Libo, qui legitimam ejus ſucceſſionem ſibi appetebant, pro altera ex quatuor partibus ab ipſo Decano de Moraichen ſuppeditari deberent; Et demum quod idem Decanus nulla impoſterum hæreditatis onera ſubire teneatur, præter illa quæ in tranſactione ſpeciatim expreſſa forent, vel fundis apud eum manentibus impoſita reperirentur.

His ita conſtabilitis, ad obtinendam iſtius concordiæ approbationem tam Decani de Moraillen, quam Capituli nomine Sacræ huic Congregationi porrectæ ſunt preces; at quia ſub idem ferme tempus Vice Decanus, aliique nonnulli Canonici, qui antea Concordiæ illi conſenſum ſuum præſtiterant, mutato conſilio, eamdem Sacram Congregationem

nem adierè postulantes transactionem istam, veluti piæ Fundationis juribus nimirum perniciosam, irritam declarari, ut super hoc non levis momenti negocio matura iniri posset deliberatio, non solum jussus fuit Officialis Curiæ Leodiensis, verum etiam rogatus Eminentiss. Cardinalis de Alsatia, tum temporis hic in Urbe degens, ut ea de re Sacram Congregationem instruerent, suamque aperirent sententiam. Officialis prædictus, tametsi rationum momenta, quibus innititur Decanus de Moraichen parum juri, & æquitati consona arbitretur, ait tamen totius rei summam eo spectare -- „ An Vice-Decano, & Capitulo „ Sancti Petri per Decani Moraichon cavillationes, & recursus eo adactos conspicientibus, ut è duobus malis minus foret eligendum, ante „ transactionem inire satius non fuerit, quam totam hæreditatem controversam jam tunc non leviter corrosam æternis, ac inextricabilibus litigiis immergere; „ Laudatus vero Eminentissimus de Alsatia controversam transactionem censet omnino adprobandam, idque „ suadere videntur („ sunt ejus verba) „ consensus Capituli, de cujus „ agitur interesse, extinctio litium, quæ non sine magno tranquillitatis, & Ecclesiæ servitii dispendio huc usque exarserunt, & portio hæreditatis ex transactionis confirmatione in utilitatem piæ fundationis „ certissime cessura, ex quibus sicuti comprobatur justitia transactionis, ita facilius sternitur via ad ejusdem impertiendam approbationem ... eo, vel maxime, quia hisce omnibus maturè perpensis, „ manifesta etiam redditur utilitas causæ piæ. In casu etenim, in quo „ versamur, consulitur per transactionem periculo dilapidationis totius hæreditatis, quam aliter timere debemus ob varias, difficilesque „ circumstantias mihi satis perspectas.

Præter alia multa, quæ Decani, & Capituli nomine late adducuntur pro demonstranda transactionis justitia tria præcipue animadversione digna se offerunt. Primum est, quod, etsi quinque domus hæreditariæ Canonici de Liboy, quas *Claustrales* vocant, quæque, veluti in Claustris Ecclesiarum sitæ solo meræ detentionis usu apud Professores maneant, inter res mobiles adnumerentur, uti probat *de Mean* Author Leodicensis *obs.*98. *num.*17., quatuor tamen ex illis fuerunt piæ Fundationi in concordia reservatæ, una earum dumtaxat Decano tradita. Alterum est, quod ex communi Feudorum jure, immo etiam juxta peculiares Leodiensium Leges vetitum omnino sit de bonis feudalibus testari, nisi accesserit licentia Domini directi, eaque non impetrata, ad Agnatos defuncti Feuda ipsa etiam quo ad possessionem illico devolvantur ex iis quæ tradit dictus *de Mean. obs*26. *num.*6.; Tertium denique, quod in Ducatu Luxemburgensi eo jure vivitur, ut nullatenus fas sit de re quapiam favore piæ causæ disponere, saltem absque speciali supremi Principis, & Ordinum Provincialium facultate. Ex his autem contendit Decanus, cui Capitulum quoque adhærere propugnatur, eo minus piam Fundationis causam in hac transactione circumventam, aut læsam dici posse per dimissionem bonorum Feudalium, & Dominiorum *de Temeppe*, *Chavagne*, *Hargimont*, *de Roy*, quo certius est nunquam futurum esse, ut duo hæc rerum hæreditariarum genera Piæ causæ relinquantur.

Plura e diverso sunt, quæ ad ostendendam propositæ transactionis injustitiam allaturos pollicentur Vice-Decanus, aliique Canonici solo, ut in-

inquiunt, tuendæ piæ Fundationis zelo adacti, quibus propterea collatis, perpensisque deliberandum erit.

I. *An concordia inita inter Decanum ex una, & Capitulum S. Petri Leodiensis ex altera sit confirmanda in casu &c.* Et quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit providendum super pia Fundatione Canonici Francisci Rossi de Liboy in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. provisum in primo.

Sess. 22. Decr. de obser. & evit in celebr. Miss.

MANTUANA REDUCTIONIS MISSARUM. Joannes Dominicus Veneri sub annum 1735. supremas suæ voluntatis tabulas condidit, in quibus plura inter legata integrum pecuniæ, argenti, auri, aliorumque omnium bonorum mobilium, & immobilium usumfructum reliquit Annæ Federici conjugi suæ, vetuitque Hæredi inferius descripto, ne ab eadem Anna Federici auderet ullo pacto explorare quantitatem gemmarum, auri, argenti, & aliorum quorumvis mobilium in testatoris patrimonio existentem, deque eis rationes exposcere, volens tantum ad hæredem ea reverti mobilia, quæ post uxoris obitum supererent.

Hæredibus vero præcepit, ut, finito usufructu conjugi suæ relicto, scuta triginta septem unicuique ex tribus Ecclesiis, nimirum Parochiali S. Catharinæ, Ecclesiæ Sanctæ Charitatis, & alteri Conventus Fratrum Carmelitarum S. Theresiæ pro celebrando eo Missarum numero qui præstationi isti respondeat, singulis annis persolveret. Suum autem Hæredem nuncupavit Jacobum Joannis Fratris sui præmortui Filium, eique decedenti succedere voluit ejusdem Filios, Nepotes, aliosque Masculos in infinitum etiam per lineam femininam descendentes, post quorum defectum propriæ habitationis domum legati jure reliquit Societati Sanctissimi Sacramenti erectæ in Ecclesia Parochiali S. Catharinæ, eo adjecto onere, ut dimidia ejusdem Pensionum pars in celebrationem tot Missarum pro animæ suæ, suorumque Consanguineorum suffragio erogaretur.

At animadvertens postea idem testator, se nimium hæredem suum legatis gravasse, in codicillis sub annum 1737. exaratis tria perpetua Missarum onera superius recensita ad duplicem Missam quotidianam moderatus fuit, quarum altera in Ecclesia S. Catharinæ, altera vero in Ecclesia FF. Carmelitarum celebrari deberet, jubens annuam summam scut. 99. 50. pro hujus duplicis missæ quotidianæ adimplemento ab Hærede præstari.

E vivis excessit primum Testator, deindeque conjux usufructuaria; Quapropter Jacobus Veneri ad hæreditatem Patrui vocatus eam adivit quidem, sed cum beneficio legis, & inventarii, subinde vero caussatus, universa hæreditaria patrui bona, detracto ære alieno, longe imparia esse prædictæ annuæ præstationi scut. 99. 50. preces habuit ad hanc Sacram Congregationem, petiitque enunciatum duplicis Missæ onus ad unam tantum redigi Missam in Ecclesia Parochiali S. Catharinæ, veluti a Testatore magis dilecta, suamque ob inopiam congruo pro necessitate populi Missarum numero destituta quotidie legendam, sibique præterea indulgeri, ut una, atque integra præstatione scut. 90. 60., quæ à prædicta Parochiali Ecclesia in emptionem Prædiorum, vel Cen-

suum

ſuum convertantur, ſe, ſuoſque Hæredes à quacumque annuæ quantitatis impoſterum ſolvendæ obligatione poſſit omnino liberare, ſique hac in re obtineat, voti compotem fieri, paratum ſe obtulit alia ſexaginta ſupra centum ſcuta perſolvere, quæ debeant in cæptam jamdudum, ac prope deſertam ejuſdem Parochialis Eccleſiæ conſtructionem impendi.

Juſſus Epiſcopus ſuper hiſce precibus S. Congregationem inſtruere, auditis omnibus iis, quorum intereſſet, plura inquit ab Oratore proponi ex antedictæ hæreditatis cumulo detrahenda, ut expoſitam ejus inſufficientiam oſtendat; primo nempe mobilia cujuſque generis utpote Anniæ Federici Uxori ſuæ à Teſtatore pleno jure legata: Secundo ædes ipſius Teſtatoris habitationi olim deſervientes Societati Sanctiſſimi Corporis Chriſti poſt extinctam lineam maſculinam Oratoris per Fideicommiſſum cum onere Miſſarum relictas; Tertio ſummam ſcutorum 760l-l. pro diſſolvendo ære alieno per Teſtatorem contracto, itidemque alia ſcuta 533. 3. 7, quorum tam Joannes Dominicus teſtator, quam Joannes Oratoris pater, & Jacobus Patruus debitores pro indiviſo manſerunt: Quarto bona quædam Emphiteuſi Eccleſiaſticæ obnoxia, veluti non hæreditario, ſed ſanguinis jure ex Inveſtituræ lege ad ſe ipſum ſpectantia.

Hæc tamen, ſubjecit Epiſcopus, impugnari à Fratribus Carmelitis S. Thereſiæ, quippe qui contendunt, bonorum omnium tam mobilium, quam immobilium pro æſtimanda hæreditate rationem habendam eſſe, ejuſdem vero Hæreditatis reditus immerito ſugillari tamquam inſufficientes ferendis oneribus duplicis Miſſæ quotidianæ, quum ipſimet ultro ſe offerant bona hæreditaria, qualiacumque ea ſint, ſibi recipere, atque univerſa onera ſecundum Teſtatoris voluntatem pleniſſime adimplere. His vero ita expoſitis, ſenſum deinde animi ſui aperiens laudatus Antiſtes cenſet, nullam in ponendo hæreditatis calculo habendam eſſe rationem de rebus mobilibus, quippe quia mens Teſtatoris non ea fuerit, perpetuo Miſſarum legato mobilia ſubjicere, ſed frugifera dumtaxat prædia, ex quibus annui reditus percipiuntur, huic oneri obnoxia deſtinare, ac præterea eadem mobilia compenſari poſſe videantur cum non modica pecuniarum ſumma, quas Hæres tum in Teſtatoris funus, tum in adimplenda alia plura temporalia legata ab eo diſpoſita impendit; ſubducendam quoque exiſtimat ſummam ſcut. 760.$\frac{1}{2}$ atque alteram ſcut. 533. 3. 7., ſi tamen de hac hæreditatem Teſtatoris gravatam eſſe plenius probetur: Bona vero emphiteutica pro augendis hæreditariis reditibus eſſe computanda, veluti ea, de quorum utili dominio potuerit Teſtator libere diſponere, itidemque eidem calculo adjiciendam fore domum, quam Teſtator inhabitare conſueverat, quouſque ſaltem non eveniat caſus, quo dicta domus tradenda ſit Societati Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

Ad hujus autem ſupputationis normam, quum bona ſtabilia hæreditaria, quæ, detracto ære alieno, libera ſupereſſent, ex judicio Synodalis Periti (cui tamen diſſentit alius nomine FF. Carmelitarum electus) haud majoris ſint reditus, quam ſcut. 41. 70., domus vero urbana, ac bona emphiteutica annuum dumtaxat conficiant reditum ſcut. 13. 30., conſequens eſſe ait Epiſcopus onus duplicis Miſſæ quotidianæ minuendum fore, itidemque ad amputandas quæſtiones impoſterum facile oriturās

turas probari posse, ut Orator, vel totam Ecclesiæ S. Catharinæ uti pauperiori, vel divisim æquis portionibus utrique Ecclesiæ, S. Catharinæ nempe, & S. Theresiæ summam capitalem annuo Missarum oneri respondentem persolvat.

Hæc sunt, quæ ab effusa relatione Episcopi una cum juribus utriusque Partis facile circumferenda summatim potuere colligi, ut minus operosum sit Eminentiss. Patribus deliberare.

I. *An, & quomodo sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

II. *An sit admittenda oblatio Jacobi Veneri pro Capitali dd. Missarum, seu potius sit servanda dispositio Testatoris, & in qua summa in casu &c.*

Dilata, & firmetur status hæreditatis Testatoris coram Ordinario, qui auditis Partibus, ser. ser. procedat prout de jure ad declarationem quantitatis Bonorum, quæ detractis detrahendis remanent libera pro adimplemento oneris Missarum.

Die Sabbathi 23. Junii 1742.

TROJANA SERVITII. Hodierno Consessui, ita postulantibus Presbyteris, qui in Cappellanos Confraternitatum Sanctissimæ Annunciationis, & S. Leonardi asseruntur novissime electi, reservata fuit discussio hujus Causæ in Folio superioris Congregationis descriptæ. Rogantur itaque Eminentissimi PP. prædictum reassumere Folium, & sapienti, quo solent, oraculo pronunciare. *Sess. 24. c. 13. de ref.*

I. *An quoad Presbyteros Cappellanos nuncupatos Confraternitatum Sanctissimæ Annunciationis, & S. Leonardi sit servanda resolutio diei 20. Septembris 1704., seu potius isti teneantur, seu possint observare servitium, & alia quoad eosdem injuncta, & stabilita in statutis dictarum Confraternitatum in casu &c.* & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An iidem Presbyteri, seu Cappellani teneantur Canonicis divina officia peragentibus inservire cum Pluvialibus, vel in ministerio Diaconi, & Subdiaconi, vel aliàs, & quomodo in casu &c.*

III. *An, & qui teneantur ad expensas hujus litis in casu &c.*

IV. *An duobus Canonicis ad Urbem transmissis ad effectum assistendi huic liti debeatur indultum absentiæ, & lucrandi distributiones in casu &c.*

Ad I. Dilata, & proponatur dubium super assertis statutis utriusque Confraternitatis, citatis interesse habentibus, non retardato interim per Præsbyteros Cappellanos servitio Cathedralis juxta Resolutionem anni 1704. Ad II. Servetur solitum. Ad III. Expensas detrahendas esse ex massa capitulari. Ad IV. Affirmative pro tempore à die discessus usque ad hodiernam, & ad alios quindecim tantum post presentem Resolutionem pro reditu.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

90

SEVERINI MATRIMONII. Causa hæc latius exarata in Folio Congregationis habitæ sub diem 7. Aprilis currentis anni, citato, auditoque tam in voce, quam de scripto Defensore Matrimonii, proposita fuit die 2. hujus mensis, qua matura discusso Dubio -- *An sit locus dissolutioni Matrimonii in casu &c.* Rescriptum prodiit *Affirmative*. Quum autem ad instantiam ejusdem Matrimonii Defensoris, & juxta saluberrime præscriptum á Sanctissimo D. N. feliciter regnante in consultissima Constitutione nuper edita, qua statuitur ordo, & forma in judiciis Causarum Matrimonialium super Matrimoniorum validitate, vel nullitate declaranda servandus, de viribus captæ resolutionis inquirere oporteat, disceptandum idcirco proponitur.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*

In decisis, & amplius.

Sess. 25. c. 19. de Regul.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Authumans Frater Philippus del Sole, qui in seculo Joannes nuncupabatur, solemnem Professionem in Conventu S. Laurentii Ordinis Minorum Conventualium anno 1709. à se Neapoli emissam, ob epilepticum morbum, quo ab infantili ætate cæperat laborare, & eo adhuc tempore, ut ipse asserit, afflictabatur, invalidam fuisse, preces suas ad impetrandam restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii Summo Pontifici Benedicto XIII. exhibitas obtinuit Sacræ huic Congregationi de more examinandas remitti.

Quamquam vero ex ejusdem Sacri Senatus rescripto non diù postea Processus fuerit ea super re in Archiepiscopali Neapolitana Curia confectus, & usque ab anno 1729., una cum Relatione cl. me. Cardinalis Pignattelli ad Urbem transmissus, Causa tamen, Oratore ejus propositionem, vel minime, vel leviter tantum ante id tempus urgente, nonnisi sub diem 18. Novemb. anni mox elapsi descripta fuit in Folio, qua discussa in Congregatione ejusdem diei sub consueto Dubio -- *An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.* responsum prodiit *Negative*.

Dolens autem Orator resolutionem istam eo tempore fuisse captam, quo ob absentiam sui Defensoris ab Urbe neque de scripto, neque voce tenus potuerunt jura sua Eminentissimis Patribus exponi, novæ audientiæ beneficium sibi assecutus est elargiri. Hoc itaque dum hodie utitur, oportet reassumpto Folio sub præfatam diem 18. mensis Novembris distributo, perpensisque rationum momentis ejusdem nomine circumferendis, deliberare.

An sit standum, vel recedendam à decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 24. c. 12. de ref.

ALEXANEN. SPOLII. Ad dirimendas multiplices controversias inter Episcopum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Alexani exortas super spolio Episcopi Vincentii de Marra usque ab anno 1712. defuncti, oportuit Causam hanc in Folio diei 21. Aprilis proxime præteriti describere; At quia tunc ejusdem Causæ decisio ad preces Capituli dilata fuit, hodie ex juribus in utramque partem adferendis dignabuntur EE. VV. definire,

I. *An*

I. *An, & à quo reſtituenda ſint mobilia deficientia in ſpolio Epiſcopi Marra in caſu &c.*

II. *An applicatio dicti ſpolii facta ab Epiſcopo favore Fabricæ ſuſtineatur.*

III. *An applicatio reliquorum mobilium ejuſdem ſpolii favore Palatii Epiſcopalis ſuſtineatur*; & quatenus negative ad utrumque.

IV. *An, & quomodo ſit providendum in caſu &c.*

V. *An, & à quo reddenda ſit ratio de adminiſtratione, & alienatione mobilium dicti Spolii, nec non reficienda ſint prætenſa damna in caſu &c.*

Ad Metropolitanum, qui nomine, & auctoritate S. C. citatis intereſſe habentibus procedat in omnibus etiam cum facultate concordandi, & arbitrandi, prout ſibi magis in Domino expedire videbitur.

ALEXANEN. Hæc itidem Cauſa agitur inter Epiſcopum, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. Quænam vero ſint controverſiæ utrinque excitatæ, ipſa, quæ mox referentur, Dubia patefacient. Perſpectis igitur juribus Capituli nomine allatis, & aliis, ſiquæ pro parte Epiſcopi adducentur, placeat Eminentiſſimis PP. decidere. *Seſſ. 24. c. 12. de Ref.*

I. *An Epiſcopus Alexani participare poſſit de Maſſa communi Capituli Eccleſiæ Cathedralis*, & quatenus affirmative.

II. *An, & quæ onera ejuſdem maſſæ idem Epiſcopus ſubire teneatur.*

III. *An ſumptus litium, quæ prævia concluſione capitulari introducuntur, detrahi poſſint ex Maſſa communi ante illius diviſionem inter Capitulares*, & quatenus affirmative.

IV. *An portio Epiſcopi immunis eſſe debeat à ſumptibus litium, quæ contra ipſum intentatæ fuerint*, & quatenus affirmative.

V. *An cogendum ſit Capitulum ad reintegrandam partem Epiſcopi de expenſis dictarum Litium uſque adhuc detractis ab eadem Maſſa in caſu &c.*

VI. *An eleemoſynæ pro Miſſis cantatis Defunctorum præſente cadavere, & pro Anniverſariis adventitiis diſtribuendæ ſint inter ſolos preſentes, vel potius ad inſtar diſtributionum quotidianarum in caſu &c.*

VII. *An, & quæ portio debeatur Epiſcopo de eiſdem eleemoſynis, & ſi non interſit Choro.*

VIII. *An Epiſcopus poſſit participare de emolumentis Anniverſariorum perpetuorum de præcepto Teſtatorum Canonicis præſentibus diſtribuendis in caſu &c.*

IX. *An Edictum ab eodem Epiſcopo latum, quo ſub variis pœnis fuit interdicta anticipata Miſſarum ſatisfactio, ſuſtineatur in caſu &c.*

X. *An idem Epiſcopus poſſit ſibimet ipſi applicare mulctas*, & quatenus negative.

XI. *An Epiſcopus poſſit applicare eaſdem mulctas Fabricæ Eccleſiæ in caſu &c.*

XII. *An conſtet de inobſervantia Taxæ Innocentianæ in Curia Epiſcopali Alexani quoad collationem Beneficiorum, Ordinum, & executionem diſpenſationum Matrimonialium*, & quatenus affirmative.

XIII. *An, & quas pœnas incurrerint Epiſcopus, ejuſque Officiales in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt proximam.

Sess. 23. c. 13. de ref.] SPOLETANA. Quum Baro Franciſcus Maria de Pretis Neapolitanus Vir Laicus, qui decem circiter annos cum Patribus Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii in Civitate Spoleti degentibus, in eadem Domo convixerat, ibidem nuper è vivis exceſſerit, in ipſorum Patrum Eccleſia, inconſulto Parocho, intra cujus limites eorum ædes ſunt ſitæ, fuit tumulatus. Hinc autem ſuis juribus detractum arbitrans Parochus primum coram Epiſcopali Curia, deindeque ad hanc Sacram Congregationem querelas detulit ſuas, ut ejuſdem Supremi Senatus imperio injuria ſimul, & damnum inde ſibi illata reparentur.

Juſſus Epiſcopus hac ſuper re Eminentiſſimos Patres inſtruere totum controverſiæ momentum in eo poſitum retulit, num perſonæ Sæculares, in Congregatione Patrum Oratorii commorantes, ratione convictus, vel etiam Hoſpitii eodem, quo ipſi Oratorii Patres, exemptionis Privilegio ab jure Parochiali fruantur. Id ſcilicet propugnant memorati Patres freti Privilegiis in Apoſtolico Brevi per S. M. Gregorium XV. Patribus Congregationis Oratorii Civitatis Bononiæ elargitis, quæ ſibi ex generali eorumdem Privilegiorum communicatione a San. Me. Clemente XII. conceſſa apprime ſuffragari exiſtimant: In illo ſiquidem Gregoriano Brevi hæc inter cætera habentur -- *Congregationis perſonis, & Hoſpitibus, quamdiu tamen inibi hoſpitabuntur dumtaxat, quod Parochis, eorumve juriſdictioni minime ſubjaceant &c. concedimus.*

Contra vero Parochus Indultum ejuſmodi nullo pacto Seculares Viros comprehendere putat, ſed eas tantum perſonas, quæ ipſius Congregationis Oratorii Inſtitutum ſervant, ac profitentur; Hoc enim contendit aperte innuere verba illa -- *Eiſdem Presbyteris, ac aliis ipſius Congregationis perſonis, & Hoſpitibus*, quæ non quoſcumque hoſpites etiam extraneos, & Laicos deſignant, ſed hoſpites dumtaxat *ipſius Congregationis*; Addens præterea quod etſi de hoſpitibus etiam Sæcularibus verba illa intelligi poſſent, non tamen hoſpitis nomen Baroni Franciſco Mariæ de Pretis congrueret; Hoſpitem enim juxta propriam hujus vocis ſignificationem illum eſſe ait, qui apud amicum alterius patriæ, diverſatur, ſive hoſpitatur tantiſper, gratiſque ab amico excipitur: itaut ab iſto longioris, ac brevioris moræ diſcrimine habitator ab hoſpite differat, quemadmodum domicilium habens a peregrinante ſecernitur, juxta ea, quæ tradit *Ulpianus in l. 1. §. Hoſpes ff. de his, qui dejec. vel effud.* Quum autem Baro de Pretis non tantiſper, ſed per decem annos, & ultra, neque gratis, & ex amicitiæ cauſſa, ſed ex mutua obligatione, qua certam ille pecuniarum ſummam unica præſtatione Patribus Congregationis perſolvere, Patres vero eidem alimenta perpetuo ſuppeditare convenerant, in ipſa Congregationis domo permanſerit, inde ſatis colligi authumat, nullum ex Brevi Gregorii XV. poſſe Patres ejuſdem Congregationis ad tuendam humationem cadaveris præfati Baronis in ipſorum Eccleſia ſequutam præſidium ſibi parare.

Ad preces itaque ſæpedicti Parochi celerem controverſiæ hujus definitionem urgentis reſpondere oportet.

I. *An Cadaver Baronis Franciſci Mariæ de Pretis tumulatum in Eccleſia Congregationis Oratorii Civitatis Spoleti ſit reſtituendum in caſu &c.*

II. *An*

II. *An omnia emolumenta funeris dicti Baronis de Pretis sint restituenda in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 4. de ref.

ROMANA, SEU VITERBIEN. CONCESSIONIS BENEPLACITI APOSTOLICI. Urbana quædam, & rustica Prædia in Civitate Viterbii sita, atque ad Societatem Sanctissimi Rosarii erectam in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam hujus Almæ Urbis spectantia, utpote quæ prædictæ Societati minus utilia forent, anno 1741. ex hujus Sacræ Congregationis licentia sub hastam posita fuere; At, rusticis dumtaxat venditis Prædiis, alia quædam Urbana nullum Emptorem eo tempore repererunt. Inter hæc domus extat apothecam habens adjunctam, quæ olim annua tantum pensione scut. 18. locabatur, nuperrime vero ob non modicas utiles impensas sumptibus Societatis in eam factas annuis scut. 28. fuit ab Aloysio Arrighi conducta; Ceterum computatione decennalis temporis ab anno scilicet 1731. ad annum usque 1740. inita compertum est, rationes expensi in reficiendæ domus causam longe graviores esse, quam fuerit emolumentum ex annuis ejusdem domus pensionibus receptum, quemadmodum id probat calculus ab ipsius Societatis Ratiocinatore confectus.

Quum autem novissime pro istius domus pretio memoratus Aloysius Arrighi scuta obtulerit septingenta, Rectores Societatis oblationi huic sub mensem Januarii modo elapsi, suum præbuere adsensum, ea tamen lege, quod isti contractui Sacræ hujus Congregationis de more accedere deberet authoritas.

Postea vero quidam Petrus Gasconus, nomine alterius personæ post celebratum emptionis contractum designandæ, pretio in septingentis scutis ab Aloysio Arrighi oblato summam primum addidit scutorum quinquaginta, deindeque novam iterum aliorum similium scutorum quinquaginta, & demum præter ædes, de quibus agitur, paratum se quoque exhibuit aliam quamdam domunculam in Civitate Viterbii positam, quæ ab eadem Societate pro annua pensione scutorum quatuor locari solet, pretio scutorum centum emere, ea insuper Societati optione data, vel integrum utriusque domus pretium in numerata pecunia statim recipiendi, vel quingentis dumtaxat tempore ineundi contractus acceptis scutis, stipulandi pro reliquis quadringentis annuum fructum ad rationem scutorum quatuor pro 100. in hac Alma Urbe solvendum, ac præterea ut eidem Societati, vel utramquedomum, vel solam majorem, altera sibi retenta, pretio scut. 800. vendere liceret.

Ejusmodi oblatione commotus Aloysius Arrighi, ne penitus frustraretur spe jam concepta eam domum sibi comparandi, novum cæpit consilium, petendi nimirum, ut domus ista perpetuæ emphyteusis titulo sibi concederetur sub annuo Canone scutorum 20. in Vrbe solvendo, itidemque sub obligatione erogandi intra annum summam scutorum centum, imo etiam ampliorem, si opus fuerit, in ejusdem Domus restaurationem.

In hoc itaque variarum oblationum discrimine positi Rectores Societatis Sanctissimi Rosarii Sacram hanc Congregationem adiere supplicantes ab Eminentissimis PP. decerni, quam ex iis præstet magis ad piæ Causæ com-

compendium accipere. Rogatus proinde Eminentiſſimus Cardinalis Corſinus ejuſdem Societatis Protector, ut hac de re Sacram Congregationem inſtrueret, animique ſui proferret Sententiam, juſſit ille primum in plena, quam vocant, dictæ Societatis Congregatione prædictarum oblationum vires perpendi, exquiſitiſque ſingulorum ſuffragiis, quid agendum eſſet, deliberari; Cumque ex numero decem, & ſeptem Deputatorum, qui ejuſmodi plenæ Congregationi interfuere, quatuor tantum oblationem a Petro Gaſcono factam probaverint, ceteri vero præferendam eſſe duxerint alteram Aloyſii Arrighi, laudatus Eminentiſſimus Protector id totum poſtea Sacro huic Senatui luculenter expoſuit, recitatiſque præcipuis rationum momentis, quibus innixa videtur deliberatio majoris numero Deputatorum, in hæc verba Sententiam ſuam aperuit -- „ Cum itaque neceſſe ſit Societati hanc „ domum aliquo titulo in alios transferre ex ſubſiſtentibus rationibus „ in ſupplici Libello expoſitis, & rationabilem, ac æquam dijudicem „ reſolutionem ab Oratoribus captam, in eandem accederem Senten- „ tiam, dum modo conceſſio fiat ad tertiam generationem, & cum „ pactis, & conditionibus locorum Piorum favore apponi ſolitis.

At quoniam Petrus Gaſconus neque prædictorum Societatis Deputatorum judicio, neque mox indicatæ Eminentiſſimi Protectoris Sententiæ acquieſcens, quippe qui putat jus ſibi aliquod ex memorata majoris pretii oblatione fuiſſe quæſitum, eamdemque ſuam licitationem, veluti in majus præfatæ Societatis commodum ceſſuram, contractui emphyteutico per Aloyſium Arrighi recentius propoſito eſſe præferendam, curavit citato eodem Aloyſio Arrighi ſubſcribi Dubium quæſtionem iſtam complectens, rogantur propterea Eminentiſſimi PP. ex juribus utrinque circumferendis declarare.

An, quomodo, & cujus favore ſit concedendum Beneplacitum Apoſtolicum in caſu &c.

Dilata.

Seſſ. 25. c. 18. de Reſ.

ALBANEN. SEMINARII. S. M. Clemens XI. ad Cleri, & Civium Albanenſium preces ſub annum 1708. Clericis Regularibus Scholarum Piarum per literas in forma Brevis expeditas conceſſit, ut ad Juventutem Chriſtianis moribus, humaniſque literis probe inſtruendam, perpetuum Seminarii in ea Civitate pridem erecti regimen, & curam gererent, his inter ceteras legibus conſtitutis, quod *præter uſum, perpetuumque regimen, & miniſterium eorumdem Seminarii, & Eccleſiæ in omnibus, & per omnia ſalva remaneat in reliquis juriſdictio Ordinarii exercenda quoad Seminarium juxta normam Sac. Conc. Trid. & Sacræ Congregationis ejuſdem Interpretis decreta.* Secundo, *quod ex reditibus Seminarii ipſi Patres alantur; Unus tamen, & idem ſit cibus, & potus, & unica menſa, tam illis, & Convictoribus, quam Alumnis.* Tertio *Singulis quibuſcumque menſibus ad Inſtituti Seminarii optimam conſervationem, & adminiſtrationem ſemel ſaltem coram Ordinario Congregatio habeatur, eique interſint Canonici ad id ex norma Sac. Conc. Trident. Deputati, & P. Rector pro tempore, qui ſuam de re, quæ in conſultationem cadit, Sententiam proferat, ut inde quæ coram Deo potiora*

tiora, & præstantiora esse existimaverit, Ordinarius ipse deliberet. Quarto *Ad Seminarium, & Ecclesiam spectet. quidquid eorum respective contemplatione in posterum quomodocumque provenerit. Cæterum si quid ipsismet Patribus nominatim expressis ex donatione, legato, vel alio quocumque titulo, aut quomodolibet in futurum fuerit relictum, vel aliter ab istis aquisitum in redituum Seminarii ratione nullatenus computetur*. Quinto demum *Rationes redituum Seminarii Eminentissimus Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis juxta formam a Sac. Concil. Trid. præscriptam singulis annis exiget a P. Rectore. & dicti Seminarii Ministris*.

Patres itaque Scholarum Piarum ejusmodi legibus ad regimen Seminarii admissi in uno eodemque libro reditus, expensasque Alumnorum, & Convictorum promiscue adnotare consueverunt, ac de utrisque rationem reddere Deputatis a Capitulo, & Clero. Verum anno 1729. Vicarius Generalis clar. mem. Cardinalis Boncompagni tunc temporis Albanensis Episcopi, ne circa proventus Seminarii, aliosque pro Convictoribus destinatos confusio aliqua deinceps oriretur, utque ii qui forent solius Seminarii reditus, facilius perspecti essent, peculiari decreto statuit, ut dicti PP. distinctos conficerent libros, in quibus separatim rationes dati, & accepti pro Seminario, ac pro Convictoribus describerentur.

Ex hoc autem decreto occasionem quum sumserint memorati Patres asserendi, se exemptos ab onere producendi rationes proventuum, quos a Convictoribus quotannis percipiunt, oborta inde est controversia inter eosdem Religiosos, & Deputatos Seminarii ad hanc Sacram Congregationem postremo delata.

Rogatus Eminentissimus Cardinalis Carafa modernus Albanensis Episcopus hac de re Supremum hunc Senatum instruere, luculentissimam transmisit relationem, in qua, & facti seriem, & rationum momenta, quibus utraque pars satagit jura sua tueri, accuratissime recenset; Quum itaque ista circumferatur, satis ex ea habent Eminentissimi PP., quo possint sapienter decernere.

An a PP. Scholarum Piarum reddenda sit ratio Convictus Seminario, & edendi sint libri, de quibus agitur in casu &c.

BASILEEN. Semel, atque iterum proposita fuit hæc Causa coram hac Sacra Congregatione, non tamen hactenus decisa: Nunc vero Canonicus Antonius Beatus Mynch de Minchestein Baro de Levemburg alter ex Collitigantibus, ultra ea, quæ adnotata fuerunt in Folio sub diem 21. Aprilis jam elapsi distributo, novam addit facti circumstantiam, ex qua sola facile dirimi posse authumat quamcumque præcedentiæ quæstionem. *Sess. 24. c. 1. de ref.*

Scilicet ex documentis, quæ profert, illud constat, Canonicum Simeonem de Montioye, cum quo de potiori honore contendit, sub mensem Julii 1741., atque ita binos circiter post menses a die possessionis Canonicatus utrique ex Collitigantibus a Capitulo traditæ, novam Sanctiss. Domino Nostro sui Canonicatus provisionem impetrasse, propterea quod idem Simeon de Montioye ante collationem ejusdem Canonicatus ab ipso Capitulo sibi factam nedum beneficio simplici, verum etiam altero Canonicatu in Ecclesia Collegiata S. Petri, necnon Prioratu Conventuali, & Electivo Ordinis Regularis sibi commendato frue-

fueretur, atque ideo alium deinceps Canonicatum in Basileensi Ecclesia perperam ita fuerit assecutus: Hinc autem memoratus Canonicus Mynch de Mincheslein perspicuum esse ait nullum præcedentiæ jus ab altero Contradictore adquiri potuisse, quum is tempore possessionis ab utroque acceptæ, valido Canonicatus titulo, proindeque omni ad ejus possessionem nanciscendam jure foret destitutus.

His ita que ponderatis, placeat Eminentissimis Patribus respondere.

An, & cui debeatur præcedentia in Functionibus Canonicalibus, Capitularibus, & Ecclesiasticis in casu &c.

Die Sabbathi 21. Julii 1742.

NEAPOLITANA. Clar. mem. Raynaldus Cardinalis Brancaccius pio suscepto consilio reædificandi, ac dotandi *de bonis sibi a Deo collatis* vetus Hospitale S. Andreæ in Platea, seu Sede (ut vocant) Nidi Civitatis Neapolis temporum injuria penitus collapsum, sub annum 1424. ex Apostolico Diplomate Martini V. Summi Pontificis peculiarem obtinuit facultatem, tum prædicti Hospitalis denuo construendi, tum ejus regimen illis, quos idem Cardinalis per ultimam voluntatem eligeret, committendi, atque una simul ab eodem Pontifice impetravit, ut Hospitale præfatum, postquam ædificatum, & a se dotatum fuisset, Personæ in eo existentes, ejusque Rectores pro tempore a dominio, visitatione, & potestate Archiepiscopi Neapolitani, & Abbatis sæcularis Ecclesiæ S. Andreæ ad Nidum eximerentur, & Sedi Apostolicæ deberent immediate subesse „ ita quod *sunt verba Diplomatis* Ar„ chiepiscopus, & Abbas prædicti, vel eorum aliquis ratione deli„ cti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque commit„ tatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam „ possint in personas, bona, & Rectores præfatos jurisdictionem, „ potestatem, visitationem, seu dominium exercere, seu a Recto„ ribus, vel aliis, quibus juxta voluntatem præfatam dictum Ho„ spitale fuerit commissum, rationem, seu computum exigere.

Sess. 25. c. 13. de regul.

Hac itaque potestate sibi facta utens laudatus Cardinalis Brancaccius in quadam schedula, quæ particulam ipsius Testamenti continere asseritur, Hospitale, & Cappellam sub invocatione SS. Angeli, & Andreæ cum Officinis, aliisque usui humano necessariis construi jussit ex undecim millibus florenorum auri de Camera in eam causam relictis, idemque Hospitale ditari voluit bonis stabilibus ob eum finem comparandis, quæ fructus redderent valoris annui unciarum quadraginta octo: Si quid vero ex enunciata pecuniarum summa ad perficiendum Hospitalis opus destinata supereset, suis hæredibus integrum restitui voluit. Curam autem Hospitalis gerendam commisit duobus Nobilibus Viris unoquoque anno ab Universitate Nobilium Plateæ Nidi seligendis, quorum alter semper esset de domo Brancaccia.

Ex-

Extructo deinde Hospitali idem Cardinalis per literas in afferto ejus testamento inclusas, præter ea, quæ jam ante disposuit, duobus illius Hospitalis Rectoribus per Universitatem nominandis imperavit, ut unum quotannis eligerent „ honestum Clericum, qui habeat potestatem, & jurisdictionem super Presbyteros, & Clericos infrascriptos, ipsosque corrigendi, puniendi, excommunicandi, & omnem jurisdictionem Ecclesiasticam exercendi, si contingat eos, vel ipsorum aliquem delictum, seu aliquod aliud crimen corrigendi. „ Itemque præcepit aliquos eligi Presbyteros pro celebrando Missæ Sacro, aliisque rebus Divinis in Hospitalis Cappella peragendis, qui possent ad nutum, & voluntatem Rectorum amoveri; Subindeque peculiarem faciens mentionem præfati Diplomatis Martini V. Hospitale istud, ejusque Officiales ab omni subjectione quorumcumque Ordinariorum eximentis, hæc addidit „ In hoc solliciti sint Rectores, quod Archiepiscopus Neapolitanus, seu Abbas S. Andreæ nulla ibi jurisdictione utantur, & quod de legatis factis dicto Hospitali, & imposterum faciendis nulla eis Quarta, seu Canonica portio tribuatur, nec ab eis visitationem recipiant, nec de administratione computum reddant, sed in omnibus servetur Apostolica Bulla, & concessio prædicti Domini Nostri Papæ; Ac demum voluit, statuitque, quod dicti Cappellani, & Presbyteri ejusdem Hospitalis possint, & valeant infirmis ibidem degentibus confessiones audire, & Sacram Eucharistiam, & Oleum Sanctum ministrare, & alia facere, quæ circa hæc necessaria fuerint, & opportuna.

Recensitis Martini V. literis, ac voluntati Cardinalis Brancacii in enunciato ejus testamento declaratæ, ex speciali san. mem. Pauli III. mandato, Apostolicæ confirmationis robur adjecit Cardinalis tunc temporis Pœnitentiarius, qui præterea indulgens Rectoribus Hospitalis, ut istius Ecclesia non modica reparatione indigens altius extolli, Altaria mutari, ac refici, sique opus esset, ab eo, quem mallent, Prælato rursum consecrari, vel benedici possent, ita subjunxit -- „ quodque dictus Presbyter Sacrista pro tempore electus, vel eligendus omnimodam potestatem, & jurisdictionem Ordinariam in „ dictos Clericos, & Sacerdotes, ut præfertur, exercere, Ordinarii „ loci, seu cujusvis alterius licentia desuper minime requisita libere, „ & licite possit, & valeat.

Privilegiis exemptionis hujusmodi fretus Rector, sive Sacrista Ecclesiæ SS. Angeli, & Andreæ ad Nidum renuit sub annum 1724. parere generali edicto, quin etiam peculiari præcepto clar. mem. Cardinalis Pignatelli tunc temporis Archiepiscopi Neapolitani, quo jussus fuerat accedere ad publicam supplicationem post obitum sin. mem. Innocentii XIII. indictam ad divinam opem in alterius Summi Pontificis electione implorandam, uti faciendum statuit Gregorius X. in *cap. ubi periculum de electione in 6.* Quapropter Curia Archiepiscopalis sacrorum exercitium eidem Rectori, & Sacristæ interdixit; Cumque postmodum ipso ad hanc Sacram Congregationem reclamante die 18. Novembris 1724. proposita fuerint tria hæc Dubia. Primo nempe -- *An Curia Archiepiscopalis potuerit cogere Rectorem, seu Sacristiam S. Angeli ad Nidum ad interveniendum ad Processionem in ca-*

ju &c. Secundo - *An hoc potuerit fucere per cenſuras*. Et Tertio - *An cenſuræ latæ fuerint attentatæ, ſeu potius ſuſtineantur, itaut Rector prædictus incurrerit irregularitatem ob celebrationem in caſu &c.* reſponſum prodiit ad primum, & ſecundum *Affirmative*, ad tertium *Dilata*, iterumque diſcuſſa Cauſa die 24. Martii 1725. Eminentiſſimi Patres quoad bina Dubia jam reſoluta ſteterunt in deciſis, & ad aliud reſcripſere -- *Cenſuras non eſſe attentatas, & ad mentem*, quæ fuit, ut abſolutio a cenſuris una cum diſpenſatione ab irregularitate impertiretur, facultatibus in hunc finem opportunis Eminentiſſimo Archiepiſcopo committendis.

Rogarunt deinde ſuccumbentes ad novæ audientiæ beneficium admitti, & eorum precibus annuit Sacra Congregatio, ea tamen adjecta clauſula -- *Non retardata exequutione reſolutionis editæ quoad primum Dubium*. Sed rurſus propoſita Cauſa tam die 4. Auguſti 1725. quam die 1. Decembris ejuſdem anni non aliud prodiit Reſcriptum, quam *Dilata*.

Poſt hæc ſan. mem. Benedictus XIII. per ſuas literas Apoſtolicas in forma Brevis *Motu proprio, ac ex certa ſcientia* editas, Decreta, ſive Reſcripta ad primum, & ſecundum ex ſupradictis Dubiis ab hac Sacra Congregatione prolata approbavit, & confirmavit, perpetuumque ſuper iis prædicto Rectori, ſive Sacriſtæ ſilentium impoſuit. Quamvis autem ejuſmodi Pontificiæ diſpoſitioni viſi fuiſſent acquieviſſe tam Rector, quam Gubernatores Hoſpitalis, dum eodem Benedicto XIII. Regnante nulla fuit ipſorum nomine adverſus dictum Breve propoſita judiciaria petitio, ſub annum tamen 1733. reclamentes ad Summum Pontificem Clementem XII. obtinuerunt ex reſcripto Signaturæ Gratiæ poſtulatam contra ſæpedictum Breve oris aperitionem arbitrio Sacræ hujus Congregationis remitti.

Ad tramites itaque novæ hujus delegationis Cauſa denuo deſcripta fuit in Folio pro Congregatione diei 28. Novembris 1733. ſub duobus hiſce Dubiis. I. *An ſit locus aperitioni oris*, & quatenus affirmative. II. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis die* 18. *Novembris* 1724., *&* 24. *Martii* 1725. *in caſu &c.* Sed ea die non propoſita negocium iſtud ſub ineundæ concordiæ ſpe, quæ nuper, evanuit, ad hæc uſque tempora ſubſtitit; Nunc vero plura Dubia, quæ inferius deſcribentur, ad omnes avertendas lites inter Partes concordata, rogantur EE. PP. decidere.

Porro omnium fere controverſiarum, quæ modo in diſceptationem veniunt, reſolutio ab ea potiſſimum inſpectione pendere videtur, num Rector, Hoſpitale, & Eccleſia S. Andreæ ad Nidum ex verbis privilegiorum ſuperius recitatis eam ſibi adſerere queant a Juriſdictione Archiepiſcopi exemptionem, quæ adjunctam habeat veram, ac propriam *qualitatem Nullius cum Territorio ſeparato*; Triplex enim magis uſitata ab juris Authoribus diſtingui ſolet Prælatorum Epiſcopo inferiorum ſpecies, de qua late differit *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 1. *num.* 8., & egregie *Eminentiſſimus Petra in Comment. ad Conſtit. VI. Alex III. num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. *& ad Conſt. IV. Calliſti Tertii ſect.* 1. *num.* 6. *& ſeqq. tom.* 5.; Prior videlicet eorum, qui præter exemptionem, quam mere paſſivam vocant, aliqua etiam pollent juriſdictione, non quidem plenaria, & univerſa in Clerum, & Populum

pulum, ſed vel in certis dumtaxat cauſſis, vel in perſonas quaſdam intra alicujus Collegii, Monaſterii, alteriuſve id generis loci ſepta degentes, ut præſertim ſunt Regulares; Altera eorum eſt, qui exemptionis jure gaudent, & præterea certum aliquem Clerum, & Populum ordinariæ ipſorum juriſdictioni habent ſubjectum: Poſtrema vero cæteris præſtantior eos complectitur, qui ordinariam Epiſcoporum inſtar Juriſdictionem exercent in Clerum, ac Populum, atque in loco a Diœceſi Epiſcopi prorſus diſtincto, & ſeparato.

Quæ ſane Territorii diſtinctio, atque Juriſdictionis Epiſcopalis conceſſio in Clerum, & Populum adeo exigitur pro adſtruenda ejuſmodi qualitate *Nullius*, ut quantumvis privilegii verba ampliſſimam tribuant inferiori Prælato Juriſdictionem etiam omnimodam, vel ordinariam, & pleno jure, id tamen haudquaquam ſufficiat, ut is tertii hujus generis Prælatus dicatur, niſi ex privilegii tenore manifeſte appareat, Territorium a Diœceſi Epiſcopi prorſus avulſum, atque ſub illius Prælati ſpirituali regimine, & poteſtate una cum Clero, & Populo ſubjectum fuiſſe, ex iis, quæ tradunt *Fagnan. in cap. Cum dilectus num.*23. *&* 25. *de relig. dom. & in cap. Cum ad Eccleſiarum num.*25. *de offic. ordin. & in cap. Cum contingat ſub num.*26. *de foro competen. Card. de Luc. de juriſdict. diſc.*1. *ſub num.*20., & laudatus *Eminentiſſimus Petra in Comment. ad Conſtitut. IV. Calliſti III. ſect.*1. *num.*14. *&* 24. *tom.*5.

Plurimum autem refert inquirere, num Rector Hoſpitalis, & Eccleſiæ ad Nidum inter exemptos primi, vel ſecundi generis ſit recenſendus, vel potius quaſi Epiſcopalem habeat poteſtatem cum Territorii jure; Pauciora ſiquidem tum ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, tum ex Concilii Tridentini præſcripto, reſervata comperiuntur Epiſcopis, in eas perſonas, & loca, quæ vere Nullius Diœceſis ſunt cum Territorio ab eorumdem Epiſcoporum Diœceſi prorſus avulſo, & ſeparato, quam quæ ipſis competunt in alia quacumque exempta, ſi hæc Diœceſano Epiſcopo ſubſint. Aperte enim ſtatuit Concilium Tridentinum *Seſs.*23. *c.*10. *&* 15. *& Seſs.*24. *c.*2. *de Refor.* omnes hujuſmodi inferioris claſſis exemptos quoad jus conferendi Ordines, viſitandi Eccleſias, & perſonas, approbandi Confeſſarios, & Concionatores Diœceſano ſubeſſe Epiſcopo. Præterea jus quoque ejuſdem Epiſcopi eſt, Clericos omnes ita exemptos cogendi ad publicas ſupplicationes pro univerſo Eccleſiæ bono indictas, itidemque ad Synodum Diœceſanam, ſi alias ceſſante exemptione tenerentur ad eam accedere; Quemadmodum, & ad eumdem Epiſcopum ſpectat Indulgentias, & Jubilea, nec non Monitoria ſub excommunicationis pœna pro rebus deperditis, atque occultis revelandis, aliaque id generis publicare, ut optime docet idem *Eminentiſſimus Petra in d. Comment. ad Conſtitut. IV. Calliſti Tertii ſect.*2. *n.*32. *& ſeqq. tom.*5.

Illud etiam præſtat animadvertere, quid in controverſiis hujuſmodi virium habeat conſuetudo, & obſervantia; Non ſolum enim Rector, & Clerus Eccleſiæ SS. Angeli, & Andreæ ad Nidum ad publicas SSmi Corporis Chriſti, & S. Januarii proceſſiones hactenus ſemper accedere conſueverunt, editis licet proteſtationibus id ex devotionis cauſſa, non ex obligatione aliqua peragendi, verum alii plures in medium proferuntur actus, ex quibus probari contenditur. Eminen-

tissimum Archiepiscopum quoad omnia ferme ea, quorum hodierna est disceptatio, in Hospitale, & Ecclesiam SS. Angeli, & Andreæ, ejusque Rectorem, & Clericos jurisdictionem exercuisse. Id autem quum acriter a Gubernatoribus Hospitalis oppugnetur, & de cætero jura distribuantur utrinque cumulatissima, reliquum est, ut Eminentissimi Patres, iisdem mature perpensis dignentur ea, qua solent, judicii gravitate decernere.

I. *An sit locus arbitrio pro aperitione oris*, & quatenus affirmative.

II. *An Breve sustineatur*, & quatenus negative.

III. *An sit standum, vel recedendum a decisis sub diebus* 18. *Nov.* 1724. *&* 24. *Martii* 1725.

IV. *An Confessarii pro Ecclesia, & Hospitali S. Angeli ad Nidum approbandi sint ab Archiepiscopo, sive potius a Sacrista, sive Rectore.*

V. *An, & a quo concedi debeat licentia prædicandi in Ecclesia exteriori S. Angeli ad Nidum, & benedictio Concionatorum.*

VI. *An ordinatio Sacristæ, & aliorum Hospitali inservientium pertineat ad Archiepiscopum.*

VII. *An Archiepiscopus visitare valeat Ecclesiam S. Angeli, & Hospitale.*

VIII. *An Archiepiscopus, visitando Ecclesiam possit quoque visitare Altaria, sacras vestes, supellectilia, & alia necessaria pro materiali custodia Sacramentorum.*

IX. *An Archiepiscopus visitare possit Sacristam, seu Rectorem, Ecclesiæ Cappellanos quoad scientiam, & mores, & vestes, tum sacras, tum prophanas, ac decreta opportuna facere pro honestate eorum vitæ, & institutione.*

X. *An Sacrista, & Cappellani teneantur accedere ad Synodum Diœcesanam.*

XI. *An Archiepiscopus sub pœnis sibi benevisis Sacristam, & Cappellanos ad interventum in Synodo, & ad executionem decretorum ibi editorum cogere possit.*

XII. *An publicatio Indulgentiarum, & Jubilei, ac expositio SS. Sacramenti, publicatio Monitoriorum pro rebus subtractis, vel deperditis, & extractio reorum ab Ecclesia, & Hospitali fieri debeat de mandato, & licentia Archiepiscopi, sive potius Sacristæ, seu Rectoris.*

XIII. *An, & quo jure Archiepiscopus possit procedere, & jurisdictionem exercere contra Rectorem, Cappellanos, aliosque Ministros, & personas Hospitalis, & Ecclesiæ, sive inibi continuo degant, sive non pro contractibus, & delictis factis, & respective commissis tam intra, quam extra Hospitale.*

XIV. *An idem Archiepiscopus jurisdictionem exercere valeat contra alios Presbyteros non addictos servitio dictæ Ecclesiæ, & Hospitalis, sed ibi intuitu Cappellaniarum, vel quovis alio titulo Missas celebrantes.*

Ad Primum, Secundum, & Tertium: Breve sustineri, & in Decisis. Ad Quartum: Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Ad Quintum: Utrumque spectare ad Archiepiscopum. Ad Sextum: Affirmative. Ad Septimum: Affirmative jure delegato

quoad

quoad Ecclesiam. Quo vero ad Hospitale pariter affirmative jure delegato circa spiritualia, & in reliquis ad formam concordatorum. Ad Octavum: Affirmative eodem jure. Ad Nonum: Affirmative eodem jure delegato. Ad Decimum: Affirmative, & singulas respective teneri in casibus a jure præscriptis. Ad Decimum primum: Affirmative ut in præcedenti. Ad Decimum secundum: Requiri in omnibus mandatum, sive licentiam Archiepiscopi. Ad Decimum tertium: Quoad contractus respicientes interesse, & Administrationem Hospitalis non competere jurisdictionem Archiepiscopo, nisi ad formam concordatam. Quo vero ad delicta competere jure delegato, si sint patrata intra septa Hospitalis, a Rectore, & Cappellanis, aliisque ibidem continuo degentibus. In reliquis vero jure ordinario. Ad Decimumquartum: Affirmative.

SPOLETANA. Placeat Eminentissimis Patribus Causam hanc in Folio diei 23. Junii nuper elapsi descriptam, & hodierno examini, ad preces Patrum Congregationis Oratorii, reservatam, definire. *Sess. 25. c. 13. de ref.*

I. *An Cadaver Baronis Francisci Mariæ de Pretis tumulatum in Ecclesia Patrum Congregationis Oratorii Civitatis Spoleti sit restituendum in casu &c.*

II. *An omnia emolumenta funeris dicti Baronis de Pretis sint restituenda in casu &c.*

Negative ad utrumque, & amplius.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. In Congregatione habita die 5. Mensis Maii mox elapsi proposita fuerunt duo Dubia, I. nempe -- *An sustineatur compositio cum cessione jurium facta a Rever. Fabrica S. Petri favore qu. Joannis Baptistæ de Dominis* ? Et quatenus negative II. *An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis qu. Canonici Martini de Dominis, & quomodo? in casu &c.*, prodiitque Rescriptum *Ad I.* Negative - *Ad II.* Dilata, *& firmetur status hæreditarius Canonici Martini de Dominis coram Delegato Apostolico, qui procedat etiam pro redditione rationis adversus hæredes Joannis Baptistæ junioris de Dominis.* *Sess. 22. c. 4. de ref.*

Quum autem mox dicti hæredes Joannis Baptistæ junioris super enunciata resolutione prioris Dubii facultatem obtinuerint iterum de suis juribus experiendi, non retardata interim firmatione status, rogantur hodie Eminentissimi PP. statuere.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

ARETINA CAPPELLANIÆ. Marchio Ferdinandus Barbolani ex Comitibus Montis Acuti sub annum 1687. in supremis suis tabulis plures capitales census ad summam usque scutorum 635. legavit Ecclesiæ Deiparæ Virginis, & S. Francisci his verbis -- „ Item per augu- „ mento del culto Divino, e conservazione, e mantenimento di un „ Sacerdote, che possa, e deva celebrare ogni mattina la S. Messa in „ onore della B. Vergine Maria, e di S. Francesco e per la salute dell' „ ani- *Sess. 22. Decr. de observ. & evit. in celebrat. Miss.*

„ anima di detto Teſtatore, e de morti della ſua caſa nella Chieſa da „ detto Signor Marcheſe fatta fare a lato della caſa del ſuo podere del- „ la Palazzina, nella quale annualmente ſi celebra la Feſta del Nome „ di Maria, e di detto Santo, & ad onore, e gloria di eſſi detto Teſta- „ tore per ragion di legato laſciò, e laſcia alla detta Chieſa un cenſo &c.

Annuos autem hujuſmodi cenſuum reditus a Cappellano quotidie Miſſam lecturo exigi, ſibique retineri juſſit, vetuitque hæredibus, ne in exactione cenſuum ſeſe immiſcerent; Onus præterea hæredibus ſuis adjecit præſtandi annua ſex ſcuta eidem Cappellano, ut ipſe prædii *della Palazina*, & colligendorum ejus fructuum curam gereret; Turrim vero in Prædio poſitam pro Cappellani habitatione decerni voluit a Poſſeſſoribus illius Prædii, a quibus Sacerdos pro explendo Cappellani munere eligi poſſet, atque ſemeſtri quolibet immutari; Denique hujus piæ voluntatis executorem nominavit Aretinum pro tempore Epiſcopum.

Omnia hæc ſecundum Teſtatoris mentem adimpleta fuere, præterquam quod numquam Cappellanus percepit annua illa ſex ſcuta pro cura, & cuſtodia prædii, & fructuum, neque iſthæc ab hæredibus illi fuit permiſſa, veluti quæ, ut ipſi inquiunt, minus deceret Eccleſiaſticum virum: At anno 1730. ad preces moderni Cappellani exponentis reditus cenſuum ob eorum diminutionem impares fore celebrationi Miſſæ quotidianæ ad rationem eleemoſynæ perpetuæ, Eminentiſſimus Cardinalis Guadagni tunc temporis Præſul Aretinæ Diœceſis ex delegata ſibi per hanc Sacram Congregationem Apoſtolica authoritate, Miſſæ quotidianæ onus ad numerum quindecim ſupra biſcentas moderatus fuit annuatim legendas, juxta modum in Tabella deſignandum.

Noviſſime vero Comes Julius, & Marchio Torquatus de Barbolanis nepotes, & hęredes memorati Teſtatoris exiſtimantes rem maxime Cappellaniæ utilem fore, ſi obligationem primævi Miſſæ quotidianæ oneris in ſe, ſuaque bona ipſi ſuſciperent, dum tamen eleemoſyna Cappellano perſolvenda ad manualem redigeretur, ſibique poteſtas fieret libere adminiſtrandi bona Cappellaniæ relicta, eademque Miſſarum onera in quibuſcumque Eccleſiis, vel Oratoriis etiam privatis ad ſuum libitum adimplendi, ſupplicem proinde hac de re libellum exhibuerunt Sanctiſſimo D. Noſtro feliciter Regnanti, qui id negocii quum Sacræ huic Congregationi commiſerit, Eminentiſſimi PP., poſt acceptam Epiſcopi relationem die 12. Julii 1741. inſtantiæ Oratorum inter ſummaria precum propoſitæ reſcripſerunt -- *Lectum, & ſervetur mens Teſtatoris*.

Verum tamen quum huic reſcripto non acquieverint Oratores & ex pluribus momentis altero in libello latius recenſitis obtinuerint demandari, ut Cauſa deſcriberetur in Folio, ſuam propterea inſtaurant hodie petitionem pro exoptata piæ voluntatis commutatione, quam decernendam eſſe tum ex neceſſitatis, tum ex utilitatis ratione ſuadere conantur. Inquiunt enim, ipſam Teſtatoris voluntatem, & uberius adimpleri, & perennius conſervari, ſi quidquid ab ipſis proponitur, fuerit admiſſum: Hoc quippe pacto Cappellania ad priſtinum Miſſæ quotidianæ ſtatum reſtituetur, reditus pro Sacerdotis celebrantis ſtipendio a ſcutis 44. ad annua ſcuta 34. 10. jam redacti ex proprio ſupplicantur

ære

ære in aliis ſcutis 2.40. augebuntur, nec impoſterum erunt amplius defecturi, utpote obnoxium ſpeciali obligatione habentes univerſum Oratorum Patrimonium. E diverſo ſi Cappellania in eo ſtatu permaneat, in quo nunc reperitur, timendum porro eſt, ne fructus in ejus dotem relicti, ſemper magis ob temporum injurias, & viciſſitudines imminuantur, quemadmodum longe deteriores jam antea fuiſſe effectos experientia ipſa comprobavit.

Neque difficilem commutationis gratiam reddi putant, vel ex lege a Teſtatore ſpeciatim indicta, ne hæredes in exactione cenſuum ullatenus ſeſe immiſcerent, vel ex demandata Miſſæ quotidianæ celebratione in Eccleſia Beatiſſimæ Virgini, & S. Franciſco dicata: Reſpondent enim, in his non adeo ſtrictam, & enixam deprehendi Teſtatoris voluntatem, quæ ipſorum deſiderio obicem præbeat: Præterea hæc favorem potius hæredum, quam piæ cauſæ reſpicere, & demum integram remanere piæ diſpoſitionis ſubſtantiam, tametſi libera bonorum Cappellaniæ adminiſtratio hæredibus concedatur, & Miſſæ alibi, quam in prædicta Eccleſia celebrentur: nullum vero exinde ruſticis hominibus prope Villam *della Palazzina* degentibus ſpirituale detrimentum inferri, utpote qui facile, vel ad Eccleſiam Fratrum Minorum, vel ad Eccleſiam Parochialem utramque non longe ab iis diſſitã, convenire queant, ibique Miſſarum Sacroſanctis vacare Miſteriis, propriæque devotioni, quantum velint indulgere, quin immo illud inde bonum eſſe eventurum, ut Parochiani frequentius vocem Paſtoris ſui audiant in propria Parochiali Eccleſia, quum ſublata eis fuerit commoditas audiendi Miſſam feſtis præſertim diebus in Eccleſia Villæ *della Palazzina*.

Epiſcopus ex iiſdem ferme rationibus mox recenſitis putat Oratorum votis eſſe annuendum, hac tamen adjecta lege, quod petita gratia, abſque præſentis Cappellani detrimento, qui Cappellaniam hujuſmodi in ſuæ ordinationis titulum poſſidet, concedatur, & Oratores, eorumque hæredes ad docendum de oneris ſatisfactione, anno quolibet in ſua Epiſcopali Curia compellantur.

Præcipuum momentum, ob quod Sacra hæc Congregatio die 12. Julii elapſi anni petitionem modo inſtauratam rejecit, non ſolum ſtetit in prædilectione Teſtatoris erga Eccleſiam ipſius ære ædificatam, & in explicita prohibitione, ne ſui Hæredes in exactione fructuum Cappellano aſſignandorum ſeſe immiſcerent, verum etiam in praxi, quam ſolet Sacer iſte Senatus conſtanter ſervare, non permittendi, quod Miſſæ in publicis Eccleſiis juxta Teſtatoris præſcriptum perſolvendæ in Oratoriis privatis ad libitum Hæredum celebrentur. Num vero ea, quæ Oratores exponunt, his omnibus queant in hypotheſi prævalere, judicium erit Eminentiſſimorum Patrum, quibus declarandum proponitur.

An, & quomodo ſit annuendum petitæ commutationi, vel potius ſtandum ſit in deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius. Reliquæ non propoſitæ.

FIR-

Sess.5. c.2. & Sess.24. c.4. de reform.

FIRMANA CONCIONATORIS. In Congregatione habita sub diem 21. Aprilis modo elapsi proposita fuere trina hæc Dubia -- I. *An Concionatores Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui per turnum eliguntur a Communitate in Castro S. Angeli in Pontano, ultra benedictionem, teneantur etiam petere approbationem ab Archiepiscopo*, & quatenus affirmative. *II. An dicti Concionatores teneantur se præsentare coram Vicario Foraneo locali, & docere tam de dicta approbatione, quam de benedictione. III. An, & de quibus eleemosynis, quæ recipiuntur occasione Concionum Adventus, & Quadragesimæ, idem Vicarius Foraneus valeat exigere rationem in casu &c.* --, & rescriptum fuit *Ad primum Affirmative in casu de quo agitur. Ad II. Affirmative. Ad III. Vicarium Foraneum certiorem fieri debere de eleemosynis, quæ colliguntur pro Subsidio Terræ Sanctæ, Redemptione Captivorum, Hospitali, & Suffragio Animarum purgantium.*

Acquievere prædicti Fratres Eremitæ S. Augustini resolutioni postremi hujus dubii; Verum advesus ea, quæ Sacra hæc Congregatio super primo, & secundo dubio pronunciavit, novæ Audientiæ beneficium postularunt; Quamobrem disputandum hodie proponitur consuetum dubium inferius subnectendum. Ad plenius itaque duplicis Controversiæ iterum discutiendæ examen, operæ ptetium erit iis, quæ in folio diei 21. Aprilis adnotata fuere, nonnulla quædàm superaddere hujus Sacræ Congregationis rescripta, quæ duplicem eam quæstionem respiciunt.

Ad primum scilicet dubium quod attinet, quum olim Vigilienſis Episcopus eamdem fere quæstionem in Relatione Status suæ Ecclesiæ exposuisset, Sacra hæc Congregatio in pleno Consessu coacta post rei Summam, (uti mos erat) rite, & recte perpensàm sub diem 7. Junii 1601. responsum dedit in hæc verba --,, Si Concionatores Regulares ab Uni,, versitate ex vetusta consuetudine nominati, atque in Ecclesiis suo,, rum Ordinum sint prædicaturi, utique sufficere, ut ab Amplitudine ,, tua benedictionem petant; Quod si Sacras Conciones habituri sint ,, in aliis Ecclesiis, debere ab Amplitudine tua etiam obtinere licen,, tiam, quæ in eorum Conciones poterit, si ita ei visum fuerit expedire, ,, etiam per examen illorum idoneitatem scrutari ,, ut videre est *l.9. Decret. pag.142. & lib.3. lit. Visit. Sac. lim. pag.26.*, Rationum autem momenta, quibus ad ita rescribendum permota videatur Sacra Congregatio, facile addentur a Defensoribus Fratrum Eremitarum, quibus resolutio ista nuper innotuit.

Quod si Eminentissimi Patres in eam confluant sententiam, ut prædicti Fratres Eremitæ pro habendis in eorum Ecclesiis concionibus ab Universitate nominati opus non habeant licentia Archiepiscopi, ad alterum, de quo agitur, dubium, duo animadverti oporteret. Unum est, quod Regulares in Ecclesiis sui Ordinis prædicaturi benedictionem ab Episcopo exposcere tenentur, non autem impetrare, ut Synodi Tridentinæ præscripto inhærens S. M. Clemens X. aperte declaravit in Const.7. quæ incipit *Superna*; & communiter docent *Fagnan. in cap. grave num.42. de off. jud. Ordin.*, *Marg. Oper. Canon. tit. de Constit. Quæst.3. Concl.1. num.13. & 14. Barbos. in Sum. Apostolic, Decis. verb. prædicare n.2.* Alterum vero, quod, (uti refertur in Folio Causæ *Theanen. diei 15. Maii 1728.*) quum Curia Archiepiscopalis Florentina

tina sub annum 1726., ut tolleretur abusus prædicandi non petita benedictione, contenderet, Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum concionari volentes, cogendos esse ad obtinendum ab Episcopali Cancellaria testimonium receptæ benedictionis, Sacra hæc Congregatio sub diem 12. Januarii ejusdem anni 1726. rescripsit eosdem Regulares ad id non teneri. Hinc namq; illud colligi putant Fratres Eræmitæ haud quaquam compelli posse Regulares documentum benedictionis edere, vel Parocho, vel Vicario Foraneo, quum neque id ipsum documentum a Curia Episcopali teneantur exquirere, neque illo se communire queant, quoties Episcopus benedictionem elargiri detrectet.

Deliberandum itaque erit.

An quoad I. & II. dubium sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

EYSTETTEN. PERMUTATIONIS PAROCHIÆ. Sacerdos Riccardus Antonius Streng Rector Parochialis Ecclesiæ Loci Untermessing sub annum 1730., iterumque anno 1734. uti asseritur, paterne admonitus fuit ab Eystettensi Episcopo, ut Ancillas quasdam, de quibus maxima suspicio erat, e propria domo expelleret. Anno autem 1739. plures adversus eumdem Parochum Untermessingensis Populi querelæ ad Curiam Episcopalem delatæ sunt, non modo de inhonesta ejus vita, verum etiam de neglecto Pastoris officio in ministrandis Sacramentis, visitandis ægrotis, expiandis aqua regenerationis Infantibus, itemque de nimia quadam sævitia in pueros addiscendarum Fidei rerum caussa ad Ecclesiam convenientes, necnon de gravibus conviciis, & probris, tum in Populum, tum in singulares personas vix non digito indicatas è publico etiam suggestu invectis; unde omnium animi ita forent exacerbati, ut ab eo Sacramenta recipere, divinisque rebus interesse prorsus recusarent. *Sess. 21. c. 6. de ref.*

Quum vero has ob caussas, Populus ipse exposceret, alium sibi Rectorem constitui, Episcopus, ut lenius quoad fieri posset, huic malo remedium adhiberet, ex Consilii, quod vocant Ecclesiastici sententia, Religiosum virum ex Ordine Cappuccinorum, doctrina, & pietate conspicuum ad Oppidum Untermessingi misit, qui veluti Parochi Coadjutor curam Animarum gereret, simulque operam daret componendis tam ejusdem Parochi, quam Populi animis, atque emendandis iis, quæ corrigi oporteret; Verum optatis suis exitum non respondere intelligens Episcopus ad avertenda mala, quæ ex odio, & simultatibus adversus memoratum Rectorem in Populo concitatis graviora in dies effici videbantur, decrevit, ut intra quadrimestre tempus de permutanda Parochiali Ecclesia Rector ipse sibi consuleret, sin minus ut permutatio fieret ex officio.

Ab ejusmodi jussione ad Tribunal A.C. provocavit memoratus Sacerdos, sed Caussa ex rescripto Auditoris Sanctissimi ad hanc Sacram Congregationem remissa, jussus fuit Ordinarius de oborta controversia Eminentissimos PP. instruere, & quia nomine Promotoris Fiscalis expositum fuerat, quod ea pendente, nisi alter deputaretur Sacerdos, qui Sacramenta ministraret, Parochiani illi ad satisfaciendum præcepto Paschali nequirent ulla ratione induci, commissum fuit eidem Ordinario, ut pro sua prudentia, & prout juris foret, hac super re provideret.

Novum itaque unius, atque triginta dierum terminum indixit Episcopus Sacerdoti Strengh pro incunda permutatione Parochialis Ecclesiæ. At quia consilium istud is capere detrectavit, Nuncius Apostolicus Viennensis ex speciali mandato Sanctissimi Domini Nostri feliciter Regnantis eumdem ab Officio curæ animarum suspensum fore decrevit, donec ea, quæ nunc agitur, quæstio. Sacræ Congregationis judicio foret absoluta.

Jam vero Promotor Episcopalis Curiæ urget resolutionem Dubii inferius describendi, & duplici præsertim momento innititur, ut probet imperatam ab Ordinario permutationem retractandam non esse; Primo scilicet, quia ex Peculiari tam Eystettensis Diœcesis, quam aliarum Germaniæ partium more integrum semper fuerit Episcopis, Rectores Parochialium Ecclesiarum, justa aliqua suadente causa, ab uno loco amovere, atque ad alium transferre, eosque ad Beneficii permutationem etiam invitos cogere.

Inde enim salubri illarum Gentium regimini satius consultum esse affirmat, dum per faciliorem amotionem non bene moratorum Parochorum citius eliminantur scandala, surripiturque Heterodoxis occasio obloquendi de Religione Catholica, deque eam profitentibus, quod porro non posset æque obtineri, si mos iste hactenus servatus vellet imposterum interverti.

Secundo quia reipsa Sacerdos iste Riccardus Strengh exosum adeo, & Parochianis invisum sese reddiderit, ut nulla prorsus alia suppetat ratio prospiciendi tum communis pacis, & quietis bono, tum Spirituali Plebis saluti, quam quod dimisso Parochi munere ex Oppido Untermessingi compellatur abscedere, aliusque Animarum Pastor in ejus locum subrogetur, quemadmodum Religiosus ille vir, de quo superius mentio facta est, aliique circumvicini Parochi testantur; Hoc autem Populi odium non ex ipsius Populi malitia, sed ex manifesta Rectoris culpa derivatum colligitur tum ex iis, quæ in facto superius relata fuere, tum ex attestatione Præsidis, aliorumque Officialium Consilii Aulici adfirmantium, illud præsertim in causa fuisse, adeo vehementis, ac pertinacis indignationis istarum gentium, quod Sacerdos Strenghi Parochianos suos per Judicis authoritatem, perque plurium ex eis conjectionem in vincula ad præstandas operas in refectione Parochialis horrei absque ulla mercede violenter adegerit.

Hinc autem Promotor Fiscalis æquissimum ait deprehendi permutationis Decretum, quum ex Juris præscripto, is qui curam animarum gerit, tametsi omnino irreprehensibilis, & innocens foret, cogendus esset adhuc ab Ecclesiæ regimine se abdicare, alioque congruo Beneficio in prioris vicem commutato contentum esse, si aliter bono pacis, & Spirituali ovium suarum periculo consuli nequaquam posset, ut per *Text. in cap. nisi cum pridem de renunc.*, docent *Glos. ibid.*, *Innoc. in cap.8. de elect. & in cap. tua nos num.5. de Cleric. ægrot. num.5. Federic. de Sen. de peimut. benef. num.40. Paris. de resignat. lib.5. cap.3. num.176. Rebuf. in prax. benef. tit. de resignat. expres. num.10. Fusch. eod. tract. lib.2. cap.28. num.5.*, quibus additur, ita quoque rescriptum fuisse a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita in una *Augustana Parochiæ* 13. *Aprilis* 1741., tum etiam

etiam ab hac Sacra Congregatione in altera *Augustana Parochiæ sub die 2. Junii* 1731., atque itidem in *Augustana* 12. *Februarii* 1735.

Adversus hæc Parochus nihil actenus reposuit. Inspectis itaque Juribus Promotoris nomine circumferendis, atque duplici relatione tum ipsius Episcopi, tum ejus Vicarii Generalis ad Sacram Congregationem transmissa decernendum erit.

An Judicatum Curiæ Episcopalis Eystettensis sustineatur in casu &c.

FERRARIEN. DOCTRINÆ CHRISTIANÆ. Andreas Bertonus in suprema sua voluntate ædes quasdam rusticas positas in loco, quem vocant *la Fantolina*, una cum Oratorio publico illis adjacente legavit Sacerdotibus Congregationis Missionis Civitatis Ferrariæ -- *con obligo però a medesimi Padri della Missione* (sunt Testatoris verba) „ di celebrare una Messa ogni Festa di precetto in detto Oratorio principiando dal giorno Festivo inclusive di S. Pietro 29. Giugno sino al giorno di S. Michele 29. Settembre inclusive ogn' anno, e le Domeniche nell' ora, che parerà piu opportuna insegnare la Dottrina Cristiana à figliuoli, e figliuole, Vomini, e Donne che anderanno per „ essere ammaestrate, sapendo essere funzione assai propria dell' Instituto, e carità di que' Padri Missionari. *Sess. 23. c. 18. de ref.*

Obiit testator elabente jam anno 1698. Inde vero Sacerdotes Missionis agnoscentes legatum insequenti anno 1699. ab eo tempore, quod inter diem 29. Junii Principi Apostolorum dicatam, & alteram diem 29. Septembris Sancti Michaeli sacram interfluit, ceperunt singulis Festis diebus Missam legere in Oratorio *della Fantolina*, atque diebus Dominicis ibidem Fidei nostræ Mysteria populum edocere, eo tamen ordine servato, ut ante meridianis quidem horis pueros, & puellas separatim primis fidei elementis instruerent, vespere autem adultis utriusque sexus res cæteras ad Christianum hominem bene informandum scitu necessarias exponerent.

Instituto huic operi tradendarum rerum fidei per quadraginta annorum tempus sedulo, ac nemine contradicente vacarunt Sacerdotes prædicti: Sub annum vero 1739. Hyacinthus Romanus Monachus Olivetanæ Congregationis, ac Vicarius Ecclesiæ Parochialis S. Georgii, intra cujus limites Oratorium illud, sive Cappella existit, ab Eminentissimo D. Cardinali de Ilcio, tunc temporis Ferrariensi antistite obtinuit interdici Sacerdotibus Missionis, ne Dominicis diebus de rebus fidei, quemadmodum antea consueverant, ad populum verba facerent; Pro adimplenda vero pii Testatoris voluntate, aliis tantum festis diebus id muneris exequerentur.

Huic Decreto protinus obtemperarunt Sacerdotes Missionis; Nunc autem animadvertentes, ob pauciorem numerum Ihiarum Festivitatum, haud respondentem Dominicis diebus intra menses Julii, Augusti, & Septembris occurrentibus satisfactum non iri piæ menti Testatoris, ut omnem ab animis suis abigerent scrupulum, neve propriæ obligationi, vel minimum deesse viderentur, supplicarunt Sanctissimo Domino Nostro, ut ex suprema sui authoritate, quid ipsis agendum hac in re sit, decernere dignaretur.

Ejusmodi vero precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis modernus Ferrariensis Archiepiscopus super iis de more auditus, plura renun-

renunciavit a Vicario Parochialis Ecclesiæ S. Georgii proponi, quibus is suadere conatur, servandum esse Decretum Eminentissimi D. Cardinalis de Ilcio: Primo scilicet, quia nullo pacto licuerit Canonico Bertono aliquod juribus Parochi detrimentum inferre, quod utique irrogaretur, si aliis, quam proprio Pastori absque speciali ipsius licentia potestas foret gregem suum in iis, quæ ad salutem necessaria sunt, publice instruere. Secundo quia Sacrorum Canonum regulis consentaneum minime sit, Populum Dominicis præsertim diebus distrahi ab adeunda Parochiali Ecclesia, in qua Missæ solemnia celebrantur, consueti pro Evangelii explanatione sermones habentur, denunciationes Matrimoniorum fiunt, atque etiam Christianæ doctrinæ opus non sine magna ipsius Vicarii cura, & sollicitudine promovetur; & tertio demum, quia non raro tum Pueri, tum etiam adulti eo sub velamine adeundi Oratorium Sacerdotum Missionis, reipsa neque ad istud, neque ad Parochialem Ecclesiam se conferunt, atque ita dum vocem Pastoris sui declinant, a dictis quoque Presbyteris in rebus fidei non instruuntur.

Verumtamen hæc tanti momenti haud censet Archiepiscopus, ut propter ea adamussim non sit adimplenda Testatoris voluntas: Neque enim, ut ipse ait, in Ecclesiæ Parochialis dispendium id vergit, quin immo Sacerdotes Missionis eo munere defungentes Coadjutorum Parochi vicem potius dicantur gerere, ut nihil pene optabilius esse videatur quam quod hujusmodi Sacerdotum opera ad spiritualem Fidelium utilitatem per universa Diœcesis loca haberi posset. Cuicumque autem fraudi, quæ a nonnullis fortasse adhibeatur, ne ad Ecclesiam Parochialem, vel Oratorium conveniant, facile occurri queat certis modis ab ipsomet Archiepiscopo Parochialis Ecclesiæ Vicario indicatis. Quod si diebus a Testatore præscriptis ab erudiendo Populo in misteriis Fidei, aliisve ad Evangelicæ legis notionem spectantibus Sacerdotes Missionis abstineant, futurum facile sit, ut Villici, & Coloni prædiorum prope Oratorium *della Fantolina* circumhabitantes, magni spiritualis, inde boni jacturam faciant, utpote qui partim Ecclesiæ Parochiali S. Georgii mille passus ab eorum ædibus diffitæ, partim vero tribus aliis Parochialibus Ecclesiis longe remotioribus subjecti ad eas nequeant accedere eo præsertim tempore, quo Messium, colligendarumque frugum occupatione detinentur.

Onus Parochorum esse dicbus saltem dominicis & festis solemnibus docendi Plebes sibi commissas, ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & annunciandi cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat declaravit Sacrosanta Tridentina Synodus inhærens *can.8. Concil. Constantinop.6.*, *& 6.*, *& Sess.15. ultimi Concili Lateran. in Sess.5.cap.2. & Sess.24.c.4. de ref.* Idem vero onus docendi fidei rudimenta Pueros ad scolam suam accedentes imposuit Summus Pontifex Leo X. in sua Bulla 7.§.32. omnibus Scolarum Magistris, & Præceptoribus: Et S. Pius V. in Constitut.137. Bullar. tom.2. jussit institui ab Ordinariis Locorum Confraternitates Doctrinæ Christianæ ad Pueros in ea instruendos: Eademque Constitutione confirmata Gregorius XIII. Clemens VIII. & Paulus V. præfatas Confraternitates pluribus cumularunt Indulgentiis, quas

vide-

videre est recensitas *a Monacel. form. legal. form. Eccl. par.4. in supplem. ad tom.2. pag.41. & seq.*

Sacra autem hæc Congregatio præter generale responsum, quo statuit prohibitum non esse Regularibus Doctrinam Christianam in suis Ecclesiis tradere, quemadmodum refert *Nicol. in floscul. verb. Regularis num.7.* & præter resolutionem editam die 8. Martii 1681. in *Mechlinien. Doctrinæ Christianæ*, ubi sancitum comperitur, nullum jus competere PP.Societatis Jesu tradendi Doctrinam Christianam in Ecclesiis Parochialibus invitoParocho,immo neque in aliis invitoTitulari,non obstante contraria consuetudine etiam nonagenaria,ut ex *lib.31. Decret. pag.357.*;Quod proprius ad hodiernam disceptationē accedit, in quadam *Tudertina Doctrinæ Christianæ*, in qua agebatur de Testatore, qui mandaverat erigi Ecclesiam in proprio fundo, ibique residere debere Sacerdotem -- *abile di scienza, e buoni costumi, che tenga scuola publica in dette stanze, ed insegni alli Scholari la grammatica, ed umanita, e gli esercizi nel timor di Dio, e buone creanze, e faccia ancora l' esercizio della Dottrina Christiana in detta Chiesa ogni Domenica insegnandola tanto a Maschi, come a Femine, e faccia, che li Scolari in detto giorno di Domenica dichino anche l' Officio* -- quum Parochus, intra cujus fines sita erat præfata Ecclesia, sese opposuisset, ne Fidei rudimenta ibidem exponerentur, contendens id muneris ad Parochialem privative spectare, proposito Dubio -- *An præmissa Testatoris voluntas sit exequenda.* -- Die 30. Martii 1675. rescripsit -- *Servandam esse mentem Testatoris, & quoad modum arbitrio Episcopi. ut ex lib. Decret. 29. fol. 42.* Et recensius in, *Florentina* ubi discussa fuere bina hæc dubia -- *I. An Presbyteri Missionis possint celebrare, & respective canere Missas, ac Vesperas solemnes in Festo Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli in Ecclesia ejusdem Sancti nuncupata delle Romite, contradicente, seu dissentiente Parocho S. Quirici nuncupato delle Marignole, in casu &c. II. An itidem Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ administrare, & doctrinam Christianam docere contradicente Parocho in casu &c.* respondit -- *Ad primum affirmative. Ad secundum affirmative, dummodo, Doctrina Christiana non fiat in hora, quæ fit in Parochia.*

Archiepiscopus in sua relatione non explicat media Parocho proposita ad avertendas fraudes, quæ forte fieri queant à Parochianis, neque Parochialem Ecclesiam, neque Oratorium Sacerdotum Missionis, statuta horatradendi doctrinā Christianam adeuntibus;At quantum hac in re deferendum sit, prudentiæ, & vigili Episcoporum sollicitudini; supremo suo monet oraculo Sanctissimus Dominus Noster feliciter Regnans in sapientissimis suis literis sub diem 7. Februarii currentis anni datis ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, quos suæ authoritatis, ac paternæ dilectionis stimulis excitat, ut pium, & salutare opus Doctrinæ Christianæ impensius studeant promovere. Placeat igitur EE. PP. definire.

An Sacerdotibus Missionis liceat tradere Populo doctrinam Christianam diebus Dominicis in Ecclesia rurali Fantolinæ ad formam piæ dispositionis Canonici Bertoni, seu potius sit exequendum Decrtum Eminentissimi de Ilcio in casu &c.

VITER-

Sess.24. c.12. de Reform.

VITERBIEN. CONCURSUS. Quum in examine, quod per concursum ex Synodi Tridentinæ præscripto habitum est occasione vacantis Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ in Plascarano Civitatis Viterbii, duo præceteris ab Examinatoribus magis idonei renunciati fuerint, Sacerdos nimirum Placidus Secoli, & Clericus Antonius Colaina, quorum Primus in consueto eorumdem Examinatorum scrutinio tria supra viginti obtinuerat puncta, alter vero vigintiquinque, Episcopus, hujusmodi relatione accepta, Parochialem istam die 22. Martii nuper elapsi contulit præfato Clerico Antonio Colaina.

Contendens autem Sacerdos Secoli collationem hanc sustineri non posse, utpote cadentem in Clericum, qui eo tempore quum solam annorum vigintitrium, ac mensium octo ætatem ageret, idoneus Curato Beneficio non esset, Sacrum hunc adiit Senatum demisse postulans memoratam Parochialem Ecclesiam sibi veluti magis apto adjudicari.

Transmissæ fuerunt hæ preces ad Episcopum, ut super iis Sac. Cong. instrueret audito Clerico Colaina, ipsique congruum præfigeret terminum ad jura sua in eadem Sac. Congr. deducenda. Ubi autem jussa fecit Episcopus, supplicem præfatus Clericus Colaina Sanctissimo Domino Nostro porrexit instantiam pro obtinenda dispensatione super impedimento ætatis; sed ejusmodi precibus hactenus non exauditis cogitur ipse modo ad provocationem præfati Sacerdotis Secoli, sustinere in hoc Sacro Consessu, cui interea temporis acta memorati concursus fuere delata, disputationem duorum Dubiorum, quæ inferius describentur.

Porro neminem ad Parochialis Ecclesiæ regimen assumi posse, nisi quintum saltem & vigesimum ætatis annum attigerit, aperte statuit Alexander III. *in cap. cum in cuntis* §.7. *Inferiora de elect.*, cui adhærere videtur Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *cap.*12. *de Ref.*; idque communiter tradunt *Massobr. in Prax. habend. concurs. ad Paroch. requisit.* 10. *Dub. II. num.*24. *Barbos. de Canon. & dignit. cap.* 13. *num.* 18. *Panimoll. decis.*89, *annot.*1.*num.*34. *Schmalzgrueb. in jus Canon. lib.*1. *tit.*14.*num.*3. Collationem autem Beneficii, quæ fiat non habenti ætatem a jure præscriptam, viribus haudquaquam subsistere, docent *Corrad. in Prax. dispens. lib.*4. *tit.*1.*num.*17. *Garz. de Benef. part.*7. *cap.*7. *de ætat. benefic.n.*82. *ad* 84. *Panimoll. decis.*89.*annot.*1. *num.*35.

Ex his itaque quum Sacerdos Secoli authumet excludendum penitus fore Clericum Colaina ab adeptione Parochialis Ecclesiæ, de quo agitur, ita se veluti præ ceteris in concursu examinatis digniorem ad illam institui debere propugnat, præsertim quia ipsius studium in Philosophicis ac Theologicis rebus, mores, pietas, ac munus Parochi, summo cum omnium plausus jam ab se gestum per 35. annorum spatium in Terra Balnearia, pluribus tum quorumdam Religiosorum, tum etiam Sacerdotum ac Civium, necnon Magistratus ejusdem Terræ Balneariæ Testimoniis, itidemque antecessoris Episcopi litteris pridem sibi datis commendantur.

Episcopus in sua Relatione eam sibi causam fuisse exponit eligendi potius Clericum Colaina, ætatis annorum 25. (prout sibi nunciatum fuisse adfirmat) quam Sacerdotem Secoli, quoniam optime sibi perspecta esset non vulgaris ipsius Clerici morum probitas, permulta doctrina, rebusque in agendis aptitudo, necnon defectus congrui alicujus

tituli

tituli, cujus ope Sacris Ordinibus posset initiari. E contra vero gravis jam alterius ætas, multis etiam Corporis ægritudinibus obnoxia, atque, ut a plurimis fertur, ob continuum vini usum paralysi aflecta, itemque summa ejus in Parochi munere explendo deridia se minime lateret. Ea vero testimonia, quæ idem Sacerdos ad sui commendationem collegit, parvi facienda esse suadet ex eo quod facile suspicari liceat Communitatem Terræ Balneariæ, ejusque Cives prædicti Sacerdotis desiderio morem gessisse non veritatis amore, sed potius alterius Rectoris, cujus nominatio ad eamdem Universitem pertinet, obtinendi gratia: Quod si alii pariter attestationes quasdam pro eo ediderint, nec ullam isti fidem mereantur, quippe qui vel sanguine, vel necessitudine aliqua eidem Sacerdoti obstricti, vel ejus generis personæ sint ad mentiendum assuetæ, vel si forte probæ, studio tantum conservandæ pacis in Oppido valde exiguo, ad id facile potuerint adduci.

Num autem hæc, quæ Episcopus exposuit, satis refellantur à Sacerdote Secoli, ut ipse putat, partim ex eadem multiplici attestationum serie jam superius indicata, partim ex fide baptismatis comprobante, se tres damtaxat annos supra sexaginta natum fuisse, quæ proinde ætas haudquaquam decrepita communi omnium judicio existimetur, ac denique ex testimonio quod perhibent Medicus, & Chirurgus Terræ Balneariæ de optima ejus valetudine, satisque firma constitutione corporis perfectis viribus, dignoscendum erit ab EE. VV., quum de cetero nomine Clerici Colaina, quem potissime spectat oppositus legitimæ ætatis defectus nihil hactenus fuerit allatum. Dignentur itaque respondere.

I. *An constet de irrationabili judicio Episcopi, vel potius collatio Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ in Plascarano ab eodem Episcopo facta favore Clerici Antonii Colainæ sustineatur, in casu &c.* Et quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.

II. *An, & cui sit adjudicanda dicta Parochialis in casu &c.*

LARINEN. PRÆCEDENTIÆ. Ex vetusto more utriusque Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Sylvis, & S. Mercurii Terræ Capriolæ consueverunt earum Rectores, quos Archipresbyteros vocant, Clericis omnibus portionariis in sua quisque Ecclesia præesse, iidem vero Clerici inter se tam in Choro, quam in aliis Ecclesiasticis functionibus juxta ordinem temporis alter alterum antecedere. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Sub annum 1728. ejus temporis Episcopus in Diæcesana Synodo Officium Cantoratus erexit in utraque Terræ Capriolæ Ecclesia, statuitque, ut illud primum Seniores ex cujusque Ecclesiæ Portionariis obtinerent, deinceps vero quoties idem Officium vacare contigisset, ei, qui in Cantus Gregoriani peritia ceteros præcelleret, conferri deberet: Huiusmodi autem Cantores tum potiori præ aliis omnibus Portionariis honore, tum quibuscumque insigniis, & juribus vel a Sacris Canonibus, vel ex consuetudine Cantoris Officio tributis voluit cumulari.

Plurimas inter, quæ, post editam illam Synodum, inde emerserunt, controversias ad hanc Sacram Congregationem delatas bina hæc Dubia septimo, & octavo loco fuere proposita nempe -- *VII. An juxta de-*

cre-

cretum ejuſdem Synodi Epiſcopus pro directione Chori Eccleſiarum Matricium habeat facultatem erigendi Officium Cantoratus, Et quatenus affirmative *VIII. An collatio dicti Officii Cantorasus, quoties vacet, fieri debeat in unum de Portionariis, qui ſit magis peritus Cantus Gregoriani arbitrio Epiſcopi*; Quibus ſub diem 30. Menſis Auguſti 1732. reſcriptum fuit *Ad ſeptimum Affirmative quoad inſtitutionem ſimplicis Officii. Ad Octavum Deputationem faciendam eſſe prævio concurſu ſuper peritia Cantus Gregoriani*.

Hoc Cantoratus Officium in Eccleſia S. Mariæ in Sylvis primo aſſecutus eſt antiquior Portionarius, deindeque per ceſſionem ab eo factam Portionarius alter in temporis ordine ſubſequens, qui noviſſime ex ægritudinis cauſſa illud dimiſit in manibus Epiſcopi: In altera vero S. Mercurii Eccleſia Cantoris munus primum quidem ſuſcepit quoque antiquior hujus Eccleſiæ Clericus, & poſtea Salvator Simonetti juris utriuſque Doctor, at noviſſime in concurſu pro collatione ipſius Cantoratus indicto præelectus fuit Sacerdos Dionyſius de Nardellis, qui inter Portionarios quintum occupabat locum.

Contendente autem iſto priorem ſibi poſt Archipresbyterum præ cæteris Portionariis licet Senioribus honoris prærogativam deberi, ac præterea jus ſibi competeri geſtandi Almutiæ Inſigne, quo idem Epiſcopus, qui Cantoratus inſtituit, jam multo antea eos decoraverat, univerſus prædictæ Eccleſiæ S. Mercurii Clerus ejuſmodi Cantoris Nardelli conatibus obſiſtens urget diſpoſitionem duorum Dubiorum, quæ inferius ſubnectentur.

Si Cantoratus, de quo nunc agitur, ſimplicis Officii naturam retinet, quemadmodum non aliter quam uti ſimplex officium ab Epiſcopo inſtitui potuiſſe jam definivit Sac. Congr., illud exinde ſequi videtur, nullum peculiarem ſupra cæteros Portionarios honorem poſſe ſibi Cantorem in Eccleſia vendicare: Officium namque in eo a perſonatu, & dignitate ſecernitur, quod Dignitas aliquam cum jurisdictione præeminentiam habeat conjunctam, perſonatus ſola præeminentia abſque juriſdictione fruatur, Officium vero abſque præcedentia, & juriſdictione, in mera Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratione conſiſtat, ut paſſim tradunt Juris Doctores, inter quos *Fagn in cap. ad hæc* 13. *num.* 49., *& ſeqq. de præb. Anaclet. in lib.* 3. *Decretal. tit.* 5. *num.* 33. 34. *&* 35. *Bocch. ad eumd. tit. n.* 15. *Schmalzgrueb. ibid.* §. 2. *n.* 31., *&* 32.

Quod autem ſpectat Indultum geſtandi Almutiam ab Epiſcopo Cantoribus impartitum, de quo diſputatur in altero Dubio, notandum occurrit, communiter receptum eſſe, jus hoc concedendi Almutiam, aliaque id generis inſignia ſpeciatim reſervatum eſſe Summo Pontifici, itaut Epiſcopus ex ordinaria ſui authoritate nequeat honorifico habitus ſigno beneficiatos ſimplices, Portionarios, alioſque Clericos decorare, ut tradunt *Novar. in Sum. Bullar. Comment.* 85. *num.* 13. *Barboſ. in Collectan. Bullar. verbo Almutia fol.* 30., *& in verb. Epiſcopus fol.* 333. *& Pignattel. conſult.* 59. *num.* 13. *tom.* 6. & firmavit *Rot. in Theleſina delationis Inſignium* 4. *Junii* 1736. §. *Plenam*, *& ſeqq. cor. R. P. D. Creſcentio*. Ad hæc ipſa etiam Sacrorum Rituum Congregatio in una Trivicana ſub die 28. Aprilis 1730. Ponente Eminentiſſimo Domino Card. Pico ad Dubium in ea propoſitum -- *An conceſſio Inſignium, de quibus agitur* (*nimirum Almutiæ*, *& Rocchetti ſine manica*) *facta ab*

Epi-

Episcopo Trivicano RR. Presbyteris Venerabilium Ecclesiarum S. Joannis Baptistæ Canzi, & S. Mariæ de Fracto Castelli prætensarum Collegiatarum sustineatur, respondit *Negative*.

His itaque perpensis una cum Relatione moderni Episcopi ajentis pluries jam habitos fuisse concursus occasione vacantis Officii Cantorum, eosque reperiri in pacifica quasi possessione jurium præcedendi, ac deferendi controversa insignia, rogantur Eminentissimi Patres decernere.

I. *An Decretum Diœcesanæ Synodi deferens primum locum post Archipresbyteros Portionariis tametsi non antiquioribus Ecclesiarum S. Mariæ in Sylvis, & S. Mercurii Terræ Capriolæ Cantoratus Officium obtinentibus, sustineatur.*

II. *An sit servandum Indultum Episcopi tribuens dictis Portionariis Officium Cantoratus obtinentibus, & respective Archipresbyteris gestationem Almutiæ in casu &c.*

III. *An Cantor Dionysius de Nardellis teneatur contribuere in expensis hujus litis &c.*

Die Sabbathi 11. Augusti 1742.

ROMANA TAXÆ SEMINARII. Vix annus præterierat post absolutam, atque a san. mem. Pio IV. peculiari sua constitutione confirmatam Tridentinam Synodum, quum idem Summus Pontifex vehementer exoptans consultissimis Tridentinorum Patrum decretis exequendis manum admovere, & speciatim saluberrimo illi, quod respiciebat erectionem Seminariorum, in quibus Pueri, & Adolescentes uniuscujusque Diœcesis pietate, literis, & Ecclesiasticis disciplinis instruerentur, pluries cum S. R. E. Cardinalibus de ejusmodi opere in hac alma Urbe perficiendo egit in Consistoriis secretis, turpe sibi videri inquiens diutius id negocii differri præsertim Romæ, quæ alias Civitates exemplo suo provocare deberet; eoque magis, dum Mediolani jampridem a Cardinali Borromæo institutum reperiretur Collegium, in quo adolescentes nobiles literis operam darent, adeout ipse quidem hac in re quodammodo ægre ferret, se fuisse a fororis filio celeritate superatum. Quapropter quum certam pecuniarum summam, quam in id operis conferre statuerat, jam dedisset, nonnullos deputavit Cardinales, quibus negocium istud ea, qua majori posset festinatione absolvendum commisit, præcipiens, ut, quemadmodum ad evitandam novæ taxæ impositionem super Beneficiis, Clerum ipse monuerat, ut aliquam sibi quisque pro suo libito indiceret, ita iidem Cardinales curarent, ut qui deberent, solverent, eos vero, qui non parerent, compellerent, unde res quam celerrime ad exitum perduceretur; Quemadmodum hæc omnia colliguntur ex actorum serie relata in Summ. Emi Abbatis n. 1. *Sess. 23. c. 18. de ref.*

Erectum itaque fuit Seminarium Romanum, ejusque cura demandata

eſt Sacerdotibus Societatis Jeſu. Pro ipſius vero Seminarii perpetua ſuſtentatione, proque alendis Rectore, Alumnis, aliiſque Miniſtris neceſſariis fuit ab eodem Summo Pontifice Pio IV. impoſita annua, & perpetua pecuniarum collecta, ſeu taxa ſuper diverſis Urbis, ejuſque diſtrictus Monaſteriis, inter quæ deſcriptum legitur Monaſterium Farfenſe pro ſcutis 150., ſicuti refertur in motu proprio ſan. mem. Urbani VIII., qui ſub annum 1629. eamdem taxam confirmans poteſtatem fecit ſuo, & Romani Pontificis pro tempore exiſtenti in Urbe Vicario, ut Apoſtolica authoritate quoſcumque Beneficiarios ita taxatos etiam Cardinalitia dignitate fulgentes ad indictas pecuniarum præſtationes adigeret.

Ab inſtituti hujuſce Seminarii tempore ad hæc uſque noviſſima conſueverunt, uti aſſeritur, Abbates Monaſterii Farfenſis dicta annua ſcuta 150. eidem Seminario perſolvere, ac una ſimul unum adoleſcentem, itidemque alterum per mutuas vices cum Abbate Commendatario S. Mariæ Cryptæ Ferratæ eligendum, qui in eodem Seminario educationis cauſſa retinerentur, nominare, donec Eminentiſſimus D. Cardinalis Paſſionei, cui nuper Monaſterium Farfenſe fuit commendatum, animadvertens jam ab anno 1636. fuiſſe a clar. mem. Cardinali Franciſco Barberino tunc temporis ejuſdem Monaſterii Commendatario erectum Seminarium in Oppido Toffiæ ad Abbatiam Farfenſem ſpectante, eique tum ex certis ſubſidiis a Communitate Toffiæ, & Univerſitate Farfenſi, ſolvendis, tum ex quibuſdam Bonis a Martio Ruffetto donatis, tum demum ex taxa ſuper Beneficiis ejuſdem Abbatiæ Farfenſis, & S. Salvatoris Majoris juxta formam Sacri Concilii Tridentini impoſita congruam Dotem fuiſſe conſtitutam, renuit ſæpedicta annua ſcuta centum quinquaginta Seminario Romano perſolvere, ratus nimirum in majus Diœceſis ſuæ compendium ceſſurum fore, ſi hæc annua ſumma prædicto Seminario in Terra Toffiæ exiſtenti applicetur, quemadmodum id animi, & voluntatis ſuæ eſſe, per Procuratorem ad hunc finem ſpeciatim delegatum in actis Sacræ hujus Congregationis nuperrime declaravit.

Hinc autem orta eſt occaſio diſputandi Dubium, quod inferius deſcribetur. Siquidem Rector Seminarii Romani arbitrans perſpicuum ſibi jus eſſe exigendi ab Eminentiſſimo Abbate Farfenſi enunciatam ſummam ſcutorum 150., veluti a duobus Summis Pontificibus Pio IV., & Urbano VIII. pro perpetua ejuſdem Seminarii ſuſtentatione in perpetuum adſignatam, & ab Abbatibus Farfenſibus per duo ferme ſecula hactenus religioſe ſolutam, tuetur, neque fas eſſe, non impetrata prius aperitione oris adverſus laudatas duorum Pontificum Conſtitutiones de hoc contribuendi onere diſceptationem inſtituere, nullamque putat ab hodierno Eminentiſſimo Abbate obtendi poſſe rationem, qua ſeſe a ſolutione collectæ per ejus Eminentiſſimos Prædeceſſores pacifice ſemper tributæ queat ſubducere: Præſertim vero quia idem Seminarii Romani Rector paratus eſt alumnos ab eodem Eminentiſſimo Abbate nominandos recipere juxta proteſtationem, quam in actis Eminentiſſimi Urbis Vicarii jamdudum emiſit.

Contra vero Eminentiſſimus Abbas contendit, nullo ſe nomine obſtringi poſſe, eam pecuniæ ſummam Seminario Romano perſolvere, dum eamdem vult hodie in commodum ſui Farfenſis erogare: Neque enim

aliter a Summo Pontifice Pio IV. impetratam fuiſſe ait in Urbe Roma Seminarii erectionem, impoſitumque ſuper beneficiis, ac Monaſteriis Nullius etiam Diœceſis contributionis onus, niſi ut fieret ſatis præſcripto Tridentinorum Patrum, qui in ſingulis Diœceſibus Seminaria præceperant erigi, eaque ex fructibus quorumcumque Beneficiorum, etiam exemptorum, ac in Territoriis quoque Nullius Diœceſis exiſtentium ditari; Cujus rei argumento ſint tractatus plures de erigendo in Urbe Seminario a ſan. mem. Pio IV. in Conſiſtoriis ſecretis habiti, ac ſuperius relati, nec non ea certa pecuniarum collatio in Seminarii beneficium ſibi ipſi ab eodem Summo Pontifice velut Urbis Epiſcopo indicta, itidemque jus nominandi alumnos in eodem Seminario Romano educandos, quo ab ipſo erectionis initio ſemper potiti fuere, tum Abbates Farfenſes, & Criptæ Ferratæ, tum alii ejuſdem generis ad contribuendam pecuniæ partem obſtricti; Ita quippe tot Pueros Abbatis Juriſdictioni ſubjectos juxta Concilii Tridentini mentem in Seminario Vicinioris Epiſcopi debere recipi, quot ferat pecuniæ ſumma, quæ illi ab Abbate, & Beneficiatis Nullius Diœceſis penditur, appoſite reſpondit Sacra hæc Congregatio ſub annum 1593. in una Nullius Caſtri Durantis 13. Novembris 1593., ut videre eſt *lib.7. Decr. pag.*135.

Aſt ubi in Territorio Nullius Diœceſis proprium reperitur Seminarium, illudque ad ſtatum omnimodæ perfectionis redactum eſt quemadmodum Eminentiſſimus Abbas Commendatarius propugnat nunc eſſe Farſenſe Seminarium, nullo equidem jure adigi poſſe authumat pro Seminario vicinioris Epiſcopi quidquam contribuere; Secus enim Abbates propriam Diœceſim habentes, ac Beneficiati eidem ſubjecti duplici afficerentur contributionis onere, nimirum, & in proprium Seminarium, & in alienum; quod porro cohærere non videtur Tridentini decretis, neque menti Sacræ hujus Congregationis, quæ in una Audomaren. 30. Martii 1599. cenſuit -- „ Scribendum eſſe Epi„ ſcopo Audomarenſi, ut ſuperſedeat in exigendo taxam pro Semi„ nario Duacenſi a Monaſterio S. Bertini, donec certiorem reddide„ rit Congregationem de juribus, quibus id poſſe facere prætendat, „ cum Monaſterium alleget ſe non teneri ad dictam contributionem „ eo reſpectu, quia poſt Concilii Tridentini Decreta, in executionem „ illorum erexerit Seminarium, in quo quadraginta ſcholares alun„ tur, ut in lib. 8. Decr. pag.25.

Geminam præterea facti circumſtantiam in hoc negocio plurimum animadvertendam eſſe proponit idem Eminentiſſimus Abbas. Primo, quod longe major ſpiritualis obveniet utilitas Diœceſi ſuæ, ſi annua ſcuta centum, & quinquaginta tribuantur Seminario Farfenſi, quippe quia, & ſumma hæc ſex pueris alendis ſufficiet, & iſti ſub diſciplina ſuorum Presbyterorum veluti peculiaribus propriæ Diœceſis legibus, propriique Antiſtitis ſpiritui magis accommodata aptiores fient ad Eccleſiaſtica munia in eadem Diœceſi obeunda, manumque auxiliarem in hujuſce Gregis regimine ei præſtandam. Quum e diverſo vix unus, aut duo queant Alumni ex illa pecuniarum ſumma in Seminario Urbis ſuſtentari, & eorum plerique, poſt ibi emenſum conſuetum ſtudiorum curriculum, ejuſdem Urbis illecebris allecti forenſibus negociis in hac Curia ſeſe ſoleant addicere, nullumque

prorſus Eccleſiæ, Diœceſique Farfenſi, cujus ſumptibus fuerunt enutriti, emolumentum præſtent umquam, ſive ſervitium; Quæ quidem omnia in cauſſa fuere, ut quatuor Deputati Seminarii Farfenſis gravi epiſtola exoraverint Eminentiſſimum Abbatem, ut loco ſolvendi controverſa ſcuta centum quinquaginta Seminario Romano, eadem dignetur impoſterum Seminario Farfenſi tribuere.

Secundo, quod præter ſcuta tria millia etiamnum Seminario Romano ex fructibus Beneficiorum conferri ſolita, aucti adeo fuerint ejuſdem Seminarii reditus, ut non ſolum pares ſint alendo viginti novem alumnorum numero, quot modo tantum in eo retinentur, verum, & incitarint univerſum Clerum ad petendam moderationem antiquæ taxæ Pianæ, eamque plures jam re ipſa obtinuerint, ne ulla quidem oris aperitione adverſus eam implorata.

Quod demum ſpectat conſuetudinem a Commendatariis Prædeceſſoribus ſervatam, nihil eam ſibi obeſſe cenſet hodiernus Eminentiſſimus Abbas, vel quia referri illa debeat ad tempus, quo nondum erectum, aut ad integram perfectionem juxta præſcriptum Tridentini redactum foret Seminarium Farfenſe, vel quia ſolutio dictorum ſcut. 150. non coacte, ſed libere facta ſit ab iiſdem Anteceſſoribus ſuis, qui certos Alumnos a ſe nominandos maluerint in Seminario Romano educari; Quum alioquin nonniſi correſpective, ut ajunt, ad liberam alumnorum nominationem, quæ fiat ab Abbatibus Commendatariis, præſtandam ab ipſis eſſe controverſam collectam faſſus eſſe videatur ipſemet Seminarii Romani Rector in ſua enunciata proteſtatione penes acta Emiuentiſſimi Urbis Vicarii dimiſſa.

Idem Eminentiſſimus Urbis Vicarius hac ſuper re auditus luculentã edidit relationem, qua Seminario Romano favet.

Omnibus itaque perpenſis deliberandum eſt.

An Eminentiſſimus Abbas Farfenſis teneatur ſolvere taxam Seminario Romano ex fructibus menſæ Abbatialis in caſu &c,

Negative.

QUinque ſequentes Cauſæ in Folio diei 21. menſis mox elapſi deſcriptæ, & ob aliorum negociorum copiam, & gravitatem non propoſitæ hodiernam expectant definitiouem. Reſumpto itaque memorato Folio, placeat EE. VV. reſpondere.

Seſſ. 5. c. 2. & Seſſ. 24. c. 4. de ref.

FIRMANA CONCIONATORIS.

An quoad I. & II. dubium ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Seſſ. 21. c. 6. de ref.

EYSTETTEN. PERMUTATIONIS PAROCHIÆ.

An Judicatum Curiæ Epiſcopalis Eyſtettenſis ſuſtineatur in caſu &c.

Affirmativè.

FER-

FERRARIEN. DOCTRINÆ CHRISTIANÆ. Sess. 23. c. 15. de ref.

An Sacerdotibus Missionis liceat tradere Populo Doctrinam Christianam diebus Dominicis in Ecclesia rurali Fantolinæ ad formam piæ dispositionis Canonici Bertoni, seu potius sit exequendum Decretum Eminentissimi de Ilcio in casu &c.

Affirmative ad primam partem, & quoad modum arbitrio Archiepiscopi.

VITERBIEN. CONCURSUS.

I. *An constet de irrationabili judicio Episcopi, vel potius collatio Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ in Plascarano ab eodem Episcopo facta favore Clerici Antonii Colainæ sustineatur in casu &c.*, & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Sess. 24. c. 12. de ref.

II. *An, & cui sit adjudicanda dicta Parochialis in casu &c.*

Ad I. Collationem factam ab Episcopo non sustineri. Ad II. Dilata.

LARINEN. PRÆCEDENTIÆ.

I. *An Decretum Diœcesanæ Synodi deferens primum locum post Archipresbyteros Portionariis tametsi non antiquioribus Ecclesiarum S. Mariæ in Sylvis, & S. Mercurii Terræ Capriolæ Cantoratus Officium obtinentibus, sustineatur.* Sess. 24. c. 12. de refor.

II. *An sit servandum indultum Episcopi tribuens dictis Portionariis Officium Cantoratus obtinentibus, & respective Archipresbyteris gestationem Almutiæ in casu &c.*

III. *An Cantor Dionysius de Nardellis teneatur contribuere in expensis hujus litis in casu &c.*

Ad I. Affirmative in casu, de quo agitur. Ad II. Ad Mentem. Ad III. Negative.

FERETRANA JURIS SEPELIENDI. In Congregat. diei 21. Aprilis modo elapsi disputata fuere tria hæc dubia -- „ I. An Ven. Mo- „ nasterio Monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ liceat sepe- „ lire in ejus Ecclesia cadavera puellarum educationis caussa ibidem „ commorantium, & in eodem Monasterio decedentium, & quate- „ nus negative. II. An sit restituendum Parocho ejusdem Terræ ca- „ daver Annæ Bartoli educationis caussa in dicto Monasterio degen- „ tis, ibique defunctæ, & sepultæ, sive saltem facienda sit declaratio „ de eo retinendo nomine Parochiæ. III. An eidem Parocho resti- „ tuenda sint una cum cera integra emolumenta funeris ejusdem „ Annæ Bartoli in casu &c. -- responsum vero fuit -- Ad I. Affirma- „ tive constito de electione sepulturæ. Ad II. Negative. Ad III. De- „ beri quartam funeralem tantum. Sess. 23. c. 13. de ref.

Quum autem Parochus obtinuerit postea novæ Audientiæ beneficium; digna-

dignabuntur Eminentiſſimi Patres, perpenſis novis juribus ejus nomine circumferendis, decernere.

An, & in quibus ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Non propoſita.

Sess. 24. c. 12. de ref.

ALEXANEN. Cauſa hæc in Folio diei 23. Junii proxime elapſi deſcripta ad hodiernum examen, poſtulante Promotore Curiæ Epiſcopalis, fuit dilata. Deliberandum itaque modo erit.

I. *An Epiſcopus Alexani participare poſſit de Maſſa communi Capituli Eccleſiæ Cathedralis*, & quatenus affirmative.

II. *An, & quæ onera ejuſdem maſſæ idem Epiſcopus ſubire teneatur.*

III. *An ſumptus litium, quæ prævia concluſione capitulari introducuntur, detrahi poſſint ex Maſſa communi ante illius diviſionem inter Capitulares*, & quatenus affirmative.

IV. *An portio Epiſcopi immunis eſſe debeat a ſumptibus litium, quæ contra ipſum intentatæ fuerint*, & quatenus affirmative.

V. *An cogendum ſit Capitulum ad reintegrandam partem Epiſcopi de expenſis dictarum Litium uſque adhunc detractis ab eadem Maſſa in caſu &c.*

VI. *An eleemoſynæ pro Miſſis cantatis Defunctorum præſente cadavere. & pro Anniverſariis adventitiis diſtribuendæ ſint inter ſolos præſentes, vel potius ad inſtar diſtributionum quotidianarum in caſu &c.*

VII. *An, & quæ portio debeatur Epiſcopo de eiſdem eleemoſynis, etſi non interſit Choro.*

VIII. *An Epiſcopus poſſit participare de emolumentis Anniverſariorum perpetuorum de præcepto Teſtatorum Canonicis præſentibus diſtribuendis in caſu &c.*

IX. *An Edictum ab eodem Epiſcopo latum, quo ſub variis pœnis fuit interdicta anticipata Miſſarum ſatisfactio, ſuſtineatur in caſu &c.*

X. *An idem Epiſcopus poſſit ſibimet ipſi applicare mulctas*, & quatenus negative.

XI. *An Epiſcopus poſſit applicare eaſdem mulctas Fabricæ Eccleſiæ in caſu &c.*

XII. *An conſtet de inobſervantia Taxæ Innocentianæ in Curia Epiſcopali Alexani quoad collationem Beneficiorum, Ordinum, & executionem diſpenſationum Matrimonialium*, & quatenus affirmative.

XIII. *An, & quas pœnas incurrerint Epiſcopus, ejuſque Officiales in caſu &c.*

Dilata.

Sess. 13. c. 18. de reſor.

ALBANEN. SEMINARII. In hac Cauſa Patres Scholarum Piarum novæ audientiæ beneficium impetrarunt adverſus affirmativam reſolutionem quæ ſub diem 23. præteriti menſis Junii ab hac S. Congr. prodiit ad dubium -- *An a PP. Scholarum Piarum reddenda ſit ratio Convictus Seminarii, & edendi ſint libri, de quibus agitur in caſu &c.*

Rogantur EE. PP. reſpondere.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Non propoſita.

Die

Die Sabbathi 1. Septembris 1742.

PRima, & tertia ex tribus Cauſis, quæ priori loco deſcribentur, nonpotuerunt in noviſſima Congregatione diei 11. mox elapſi Menſis proponi; ſecundæ vero examen ad preces Capitul Cathedralis Eccleſiæ Alexani fuit hodiernæ Congregationi reſervatum. Nunc igitur rogantur Eminentiſſimi PP., reſumpto folio ea die diſtributo, ſingula dictarum Cauſarum Dubia decidere.

FERETRANA JURIS SEPELIENDI.

An, & in quibus ſit ſtandum, vel recedendum à Deciſis in caſu &c. Seſſ. 233. d. 2 de ref.

Ad primum prævio receſſu a deciſis affirmative, attentis circumſtantiis, Ad ſecundum, & tertium indeciſis in omnibus, & amplius.

ALEXANEN.

Seſs. 24. 6. 12 de ref.

I. *An Epiſcopus Alexani participare poſſit de Maſſa communi Capituli Eccleſiæ Cathedralis*; & quatenus affirmative.

II. *An, & quæ onera ejuſdem maſſæ idem Epiſcopus ſubire teneatur.*

III. *An ſumptus litium, quæ prævia concluſione capitulari introducuntur, detrahi poſſint ex Maſſa communi ante illius diviſionem inter Capitulares*, & quatenus affirmative.

IV. *An portio Epiſcopi immunis eſſe debeat à ſumptibus litium, quæ contra ipſum intentatæ fuerint*, & quatenus affirmative.

V. *An cogendum ſit Capitulum ad reintegrandam partem Epiſcopi de expenſis dictarum Litium uſque adhuc detractis ab eadem Maſſa in caſu &c.*

VI. *An eleemoſynæ pro Miſſis cantatis Defunctorum præſente cadavere, & pro Anniverſariis adventitiis diſtribuendæ ſint inter ſolos præſentes, vel potius ad inſtar diſtributionum quotidianarum in caſu &c.*

VII. *An, & quæ portio debeatur Epiſcopo de eiſdem eleemoſynis, & ſi non interſit Choro.*

VIII. *An Epiſcopus poſſit participare de emolumentis Anniverſariorum perpetuorum de præcepto Teſtatorum Canonicis præſentibus diſtribuendis in caſu &c.*

IX. *An Edictum ab eodem Epiſcopo latum, quo ſub variis pœnis fuit interdicta anticipata Miſſarum ſatisfactio, ſuſtineatur in caſu &c.*

X. *An idem Epiſcopus poſſit ſibimet ipſi applicare mulctas*: & quatenus negative.

XI. *An Epiſcopus poſſit applicare eaſdem mulctas Fabricæ Eccleſiæ in caſu &c.*

XII. *An conſtet de inobſervantia Taxæ innocentianæ in Curia Epiſcopali Ale-*

Alexani quoad collationem Beneficiorum, Ordinum, & executionem dispensationum Matrimonialium, & quatenus affirmative.

XIII. *An, & quas pœnas incurrerint Episcopus, ejusque Officiales in casu &c.*

Ad primum affirmative: Ad secundum affirmative juxta solitum. Ad tertium negative quoad massam communem destinatam pro distributionibus. Ad IV. Videatur in casibus particularibus. Ad V. ut ad IV. Ad VI. affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Ad VII. & VIII. negative. Ad IX. affirmative. Ad X. negative. Ad XI. Episcopus supplicet in casu indigentiæ. Ad XII., & XIII. Episcopus sedulo invigilet, ut Taxa Innocentiana omnino servetur; & quoad præteritum consulat conscientiæ suæ.

Sess. 25. c. 18. de ref.

ALBANEN. SEMINARII.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

Sess. 25. c. 15. de Reg.

VENETA VOTORUM. Quum Sacra Congregatio de Propaganda Fide censuerit remittendas esse huic Sacro Consessui preces à Ioanne Abrahamo Thaumagian Clerico Armeno Urbis Constantinopolitanæ porrectas pro impetranda absolutione a nexu quolibet votorum, quæ fuerant ab eo nuncupata inter Cœnobitas Armenos Monasterii S. Lazari Venetiarum, sub diem 7. Aprilis modo elapsi proposita fuere Dubia nempe I. *An sit locus præstandi consilium Sanctissimo pro petita dispensatione in casu &c.* Et quatenus negative. II. *An, & quomodo sit providendum in casu &c.* prodiitque rescriptum *Dilata, & ad mentem*; Mens autem fuit, quod Sacra hæc Congregatio plenius instructa redderetur, num Ordo Monasticus sub nomine S. Antonii Abbatis etiam num vigens apud Armenos, in quo prædictum Monasterium S. Lazari Venetiarum originem suam trahit, veræ, propriæque Religionis jure potiatur, & an expressam Apostolicæ Sedis approbationem nactus aliquando fuerit.

Excitatus itaque, ut sententiam suam hac super re aperiret modernus Vicarius Patriarchalis Constantinopolitanus de scripto testatus est, numquam se audivisse, quod Ordo S. Antonii, minusque alter S. Benedicti inter Armenos existens ab Apostolica Sede probatus fuerit, quin vero Decessores suos persuasum semper habuisse, quod utriusque hujus Instituti Professores, solennibus Religionis votis haudquaquam obstringantur, quum alter eorum e dicto Monasterio S. Lazari nuper egressus consueverit adhuc, ut antea, annuentibus Episcopis Antecessoribus suis, sacra ministeria palam obire, Sacramentales Fidelium Confessiones excipere, Conciones habere, cæteriscque Missionariorum muniis perfungi, unde, & ipse Prædecessorum suorum vestigiis inhærens non dubitavit hæc omnia eidem Sacerdoti permittere.

Addidit præterea idem Vicarius Constantinopolitanus compertum esse, quod Abbates Sancti Antonii solent Monachos suos a recta disciplinæ regularis semita declinantes e Conventu dimittere, habituque Mona-

cha

chali prorsus exuere : qui vero ita abire sunt jussi , ab omni Religionis vinculo solutos se arbitrantur.

Idipsum pariter de scripto noviſſime confirmarunt duo Præsules Armeni in Urbe degentes, nimirum Archiepiscopus Cæsareæ in Cappadocia, & Jacobus Hay Archiepiscopus Maraſſi in Cilicia , asserentes apud nationem suam nullum penitus haberi monumentum, sive literis commendatum , sive traditione acceptum , ex quo colligi possit , Religionem S. Antonii Abbatis , & S. Benedicti fuisse unquam pro Monachis Armenæ Nationis ulla Constitutione Pontificia , aut Brevi Apostolico confirmatas ; Imo vero apud ipsos in more positum esse , ut & Abbas Monachum dimittere , & Monachus, Abbate etiam invito , e Clauſtris liber omnino queat evadere .

Porro neque inter Collectores Constitutionum Pontificiarum , neque apud Authores agentes de Historia Monastica Ordinum S. Antonii , & S. Benedicti licuit ullum reperire vestigium Apostolicæ approbationis dictorum Ordinum inter Armenos , magnique momenti ad suadendum, quod iidem Ordines re ipsa non fuerint penes Nationem Armenam ab Apostolica Sede confirmati, illud etiam æstimari facile poterit, quod hoc minime asseratur præsertim de Ordine S. Benedicti a Mabillonio in suis Annalibus Benedictinis , quodque nullum de Monachismo, sive de Regulis per Monachos servandis habitum fuerit verbum in Decreto Concilii Florentini , ubi actum est de unione Ecclesiæ Armenæ cum Romana .

His itaque perpensis una cum iis, quæ fuerunt jam adnotata in folio memoratæ diei 7. Aprilis , placeat Eminentissimis PP. respondere .

I. *An sit locus præstandi consilium Sanctissimo pro petita dispensatione in casu &c.* Et quatenus negative .

II. *An , & quomodo sit providendum in casu &c.*

Dilata , & ad mentem .

Sess. 24. c. 12. de ref.

BASILEEN. Causa hæc , quæ semel , ac iterum proposita diebus 21. Aprilis , & 5. Maii labentis anni ob suffragiorum scissuram remanserat indecisa , tandem die 23. Junii proxime præteriti resoluta fuit favore Canonici Antonii Minch de Mincheſtein Provisi Apostolici mediante rescripto , quo ei præcedentia supra Simeonem de Montioye adjudicata est .

Quum autem adversus hanc Resolutionem dictus Simeon novæ audientiæ beneficium impetraverit , & modo ea sit ad trutinam revocanda , deliberare idcirco oportet .

An sit standum , vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis , & amplius .

Sess. 22. c. 8. & 9. de ref.

TUDERTINA JURISDICTIONIS . Decisionem hujus causæ descriptæ in foliis dierum 5. Maii, & 2. Junii proxime præteriti, & hactenus ob dilationem a Deputatis Congregationis Fabricæ Sanctissimæ Consolationis Tuderti petitam non resolutæ urget hodie Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ. Resumptis itaque memoratis Foliis dignentur Eminentissimi Patres declarare .

I. *An Epiſcopus habeat jus viſitandi Eccleſiam Conſolationis, tam in iis, quæ concernunt cultum Divinum, quam in iis, quæ reſpiciunt gubernium æconomicum, itaut Rectores, aliique Adminiſtratores dictæ Eccleſiæ teneantur eidem rationem reddere.*

II. *An idem Epiſcopus habeat jus viſitandi hoſpitale dictæ Eccleſiæ, & reſpective exigendi redditionem rationis ab illius Adminiſtratoribus.*

III. *An prædicti Rectores, & Adminiſtratores ſubjaceant extravag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien. quoad alienationes Bonorum, tam non ſubjectorum, quam ſubjectorum oneribus Miſſarum ex Teſtatorum voluntate, non obſtante aſſerto Privilegio*, & quatenus affirmative.

IV. *An alienationes hucuſque factæ ſine beneplacito Apoſtolico ſuſtineantur in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

Seſs. 21. c. 2. de ref.

TUDERTINA CENSURARUM. Ob connexionem, quam Cauſa hæc habere videtur cum præcedenti, juſſerunt EE. VV. utramque in eadem Congregatione proponi. Priori igitur jam deciſa ſpectabit ad Eminentias VV. reſcribere.

An Cenſuræ ſint relaxandæ in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſs. 24. c. 12. de Ref.

POTENTINA CANONICATUUM. Ne Canonicorum nimia in Cathedrali Eccleſia multitudo Divinum potius perturbaret, quam augeret cultum, neve ob exiguos Eccleſiæ reditus idonea illis deeſſent vitæ ſubſidia, Potentinus Epiſcopus jam ante ſeculum quartum decimum accedente Metropolitani authoritate, duodenarium ſtatuerat Canonicorum numerum, qui perpetuo impoſterum ſervaretur, pena excommunicationis decreta in eos, a quibus iſtius numeri præfinitio foret aliquando violata; Quoniam vero publicæ ejus rei tabulæ caſu periere, ſucceſſor Antiſtes anno 1314. aliud edidit decretum, quo, adſentientibus pariter Cathedralis Eccleſiæ Canonicis, priorem duodenarii numerii conſtitutionem rurſus adprobavit, interpoſita etiam jurisjurandi religione, qua tam is, quam Canonici ſibi, ſuiſque Succeſſoribus pænam unciarum auri centum Romanæ Eccleſiæ indixerunt, ni præſcripto huic Canonicorum numero morem gererent.

Ad hæc uſque tempora ſtetit iſte duodenarius numerus ex novem Canonicis, ac tribus Dignitatibus, Archidiacono ſcilicet, Archipresbytero, & Cantore conſtans; In maſſæ vero communis conſortium alii quoque Clerici conſueverunt a Capitulo recipi olim quidem pauciores, nunc autem ad triginta fere adaucti, quorum aliqui Cappellani dicuntur, quidam vero Servientes, propterea quod iſti ex peculiari Eccleſiæ ſtatuto non antea Maſſæ communis participes fiant, quam per integrum ſexennii tempus Eccleſiæ gratis ſervitium impenderint.

Nuperrime vero occaſione ſacræ Viſitationis Cathedralis Eccleſiæ, quam modernus Epiſcopus inſtituit, Promotor ejus Curiæ libellum illi porrexit, in quo exponens ob tenuem duodecim Canonicorum numerum ſæpius contingere, quod Sacræ Functiones ea, quæ par eſſet, decentia, mini-

minime peragantur, dum vix duo, aut tres Canonici possunt aliquando divinis officiis interesse, aliis nimirum aut senio confectis, aut mala laborantibus valetudine, aut justa ex causa impeditis, postulavit, ut idem Antistes authoritate sua ordinaria ad aliorum sex Canonicatuum erectionem procederet; Episcopus autem ad calcem hujusce libelli ita rescripsit -- *De expositis capiatur informatio, & Testes habeantur pro citatis, necnon examinentur coram nobis.*

Consectarie ad hoc Rescriptum pluries idem Episcopus coram se tam Canonicos, quam Cappellanos subjecit examini, ex quibus compertam habens veritatem eorum omnium, quæ fuerant a Promotore exposita, prætereaque certior factus ex libris Capitularibus de magna pluribus ab hinc annis accessione redituum Cathedralis Ecclesiæ facultatem a Metropolitano impetravit utendi jure suo circa meditatam novorumCanonicatuum erectionem,quin ulli pœnæcontra violantes præfinitum duodecim Canonicorum numerum foret obnoxius, & postmodũ habita consensione majoris partis Capituli in ejusdem Sacræ Visitationis decursu sex aliosCanonicatus duodecim veteribus adjunxit.

Ne tamen ipsa Cathedralis Ecclesia, & antiqui Canonici aliquid exinde ferrent incommodi, has erectionis leges adjecit. *Primo* ut ea dumtaxat redditum portio cederet in præbendam cujusque novi Canonicatus, quam singuli sex Cappellani antea percipiebant ex massa communi: *Secundo*, ut quoties aliquis ex Clericis, sive Presbyteris servientibus alterum ex novisCanonicatibus fuerit assequutus, nondum expleto per constitutum tempus Cathedralis Ecclesiæ servitio, is usque ad præfiniti temporis complementum gratis Ecclesiæ præbeat famulatum. *Tertio*, ut in iis, quæ ad peculiares veterum Canonicorumredditus pertinent, nihil commune habeant alii, neque ulla ratione sese immisceant, ita tamen, ut isti, quoad antiquiorum præbendas fruantur jure optionis; *Quarto*, quod antiqui novem Canonici Presbyteratus ordinem suæ Præbendæ adnexum habeant, ex recentibus vero quatuor antiquiores Diaconi sint, reliqui duo Subdiaconi: *Quinto*, ut quemadmodum veteres, ita, & novi Canonici per sexennium gratis Ecclesiæ inserviant, salvis iis, quæ de *servientibus* sancita jam fuere. *Sexto* denique, ut unusquisque ante adeptam sui Canonicatus possessionem jurejurando caveat se peculiares istas leges exacte servaturum.

At quoniam ab isto sex Canonicatuum erectionis, sive reintegrationis, ut eam vocat Episcopus,decreto nonnulli tum ex Canonicis, tum ex Cappellanis, atque servientibus ad hanc Sacram Congregationem reclamarunt, oportet proinde disceptare dubium mox describendum. Laudatus Antistes in effusa sua Relatione ad Eminentissimos PP. transmissa ex pluribus momentis ibi recensitis Decretum suum tueri satagit, contendens potissime nullum omnino ejus Canonicis, sive aliis detrimentum ab illo inferri, sed unice per hanc Canonicatuum accessionem divini cultus augmentum, majusque Ecclesiæ servitium spectari.

Jura quibus antiquiores quidam Canonici, & Cappellani novam istorum Canonicatuum erectionem, sive reintegrationem impugnare intendant, nondum allata sunt: Urgente vero Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ negocii hujus resolutionem, decidendum proponitur.

An reintegratio sex Canonicatuum in Ecclesia Cathedrali Potentiæ facta ab Ordinario per modum novæ erectionis sustineatur in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 21. c. 4. de ref.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS. In Oppido Vulsini Urbevetanæ Diœcesis duæ extant Ecclesiæ, Collegiata nempe sub titulo SS. Georgii, & Christinæ in planitie posita, & altera S. Salvatori dicata super verticem montis in Regione, quam vocant *Castelli*, quarum utraque ad unam, eamdemque Paræciam spectat a Præposito, aliisque Canonicis ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ curam animarum habentibus administratam; Verum sola Ecclesia S. Salvatoris sacrum habet fontem Baptismatis.

Idanimadvertens Episcopus occasione sacræ Visitationis, quam sub annum 1735. peregit, novum in prædicta Collegiata Ecclesia extrui jussit Regenerationis lavacrum, ejusque locum constituit prope januam majorem ipsius Ecclesiæ ea ex parte, quæ respicit cornu Evangelii, quamvis ibidem hæredes Canonici Quadrelli Sepulchri jus habeant longe antea constructi, idemque Decretum, quod interea temporis non fuerat executioni commissum, in alia visitatione inita sub annum 1739. iterum confirmavit.

Reclamarunt ab hujusmodi Decreto non solum memorati hæredes Canonici Quadrelli, verum etiam omnes ii ex Populo montariam Oppidi partem prope Ecclesiam S. Salvatoris incolentes, proindeque coram hac Sac. Congreg. quæstio nunc instituitur, num probanda sit nova hæc Fontis Baptismalis constructio, quemadmodum eam decrevit Episcopus.

Præter illa, quæ ratione loci ab Episcopo designati opponunt Hæredes Canonici Quadrelli contendentes auferendum sibi non esse jus sepulchri jamdiu quæsitum, memorata fontis erectio tam Ecclesiæ S. Salvatoris, quam Populi circum eam inhabitantis nomine prorsus impugnatur, veluti minime cohærens dispositioni Sacrorum Canonum, quibus vetitum est, plures Baptismales Ecclesias in una, eademque terminuatione, sive Paræcia retineri, uti a Concilio Toletano statutum legitur in *Can. Plures c. 16. quæst. 1. & tradit Barbos. Jur. Eccl. lib. 2. c. 1. num. 24.*

Additur generali huic Juris Ecclesiastici sanctioni vetustissima consuetudo istiusmet Paræciæ, in qua sola S. Salvatoris Ecclesia hactenus habuit sacrum Fontem; Quin vero servandæ legi unius tantum lavacri plurimum adstipulari contenditur mos ipse Urbevetanæ Cathedralis Ecclesiæ, ad quam infantes omnes illius Civitatis deferuntur suscipiendi Baptismatis causa, tametsi plures in eadem Civitate non desint Parochiales Ecclesiæ, longeque major sit Civium multitudo, quam Populi hujus oppidi Vulsinii vix mille supra tercentos numerum conficientis.

Et demum adfertur prærogativa Ecclesiæ Matricis, qua illam S. Salvatoris præditam esse coniicitur tum ex ipsa retentione Sacri Fontis, tum ex usu inchoandi ab ea quascumque publicas supplicationes, tum etiam ex potiori loco, quem in solenni processione die decima Mensis Maii quotannis fieri solita Incolæ Regionis Castelli tenent supra reliquum Populum -- *E ciò per cagione dell' antichità, e de trionfi, che dall' uno, e dall' altro Popolo si fanno in onore di detta processione*, uti rei hujus testimonium perhibent quidam Canonici.

Contra vero Collegiatam Ecclesiam non Parochialem modo, sed, & Matricem esse propugnat ejusdem Collegiatæ Capitulum: In ea siquidem Parochiales omnes functiones exerceri ait, non autem in altera S. Salvato-

vatoris Eccleſia, quam Parochialis cujuſcumque juris expertem, atque olim adnexam Monaſterio Sanctimonialium, cujus tantum hodie veſtigia ſuperſunt, ex vetuſta quadam traditione teſtatum faciunt plures ex eiſdem Canonicis: & quamquam impræſentiarum ſola S. Salvatoris Eccleſia Baptiſterium habet, proindeque ibidem debuerit a pluribus annis Baptiſmus ſuſcipi, conſtat tamen longe prius fontem Baptiſmalem in Collegiata Eccleſia extitiſſe, quemadmodum ex quibuſdam Paſtoralibus viſitationibus ſub annos uſque 1357. & 1564. expletis aperte coniicitur.

Hinc itaque nullo jure prohiberi ibidem poſſe authumat Capitulum novi fontis erectionem, eo vel magis, quod difficile nimis, ac plenum periculis ſit hyemali præſertim tempore iter ad Eccleſiam S. Salvatoris, veluti in culmine montis poſitam, atque per dimidium circiter milliarium diſſitam ab inferiori Oppidi parte, in qua maxima degit Populi multitudo mille animarum numerum excedens; unde illud quondam accidiſſe referunt nonnulli Teſtes, quod Præpoſitus, dum ab Eccleſia Collegiata Sanctiſſimum Viaticum deferret ad infirmum in Regione Caſtelli commorantem, ob aſperitatem viarum fuerit una cum Sacra Pixide in terram prolapſus.

Sed hanc itineris difficultatem prorſus exulare ſuſtinet Defenſor Eccleſiæ S. Salvatoris ex diſtinctis Medici, Chirurgi, & Obſtetricis atteſtationibus, quas profert.

Epiſcopus in literis ad Sacram Congregationem hac ſuper re datis Decreta pro conſtructione Fontis Baptiſmalis in Eccleſia Collegiata Sancti Georgii, & Chriſtinæ a ſe edita tueri ſatagit, iiſdem ferme rationum momentis, quibus ea propugnat Capitulum, inquiens poſtremo ad removendas querelas hæredum Canonici Quadrelli oblatum eis fuiſſe ab eodem Capitulo alium ipſius Eccleſiæ locum, ubi poſſint ſepulchrum ſibi ædificare.

Plura circa jus erigendi Fontem Baptiſmalem poſt *Gloſſ. in Clement. 1. circa med. verb. Matricem de ſent. excomm.* differuntur *ab Innocent. in cap. Dilectis de Cappell. Monach. in 6. Fagnan. in cap. cum contingat de Decim. Reiffenſtuel. in jus Con. lib. 3. tit. 30. §. 5. num. 103. Nicol. lucubrat. can. lib. 3. tit. 42. ſub num. 6. verſ. nota tamen. Scarfanton. in animadverſ. ad Cecceper. lib. 4. tit. 10. num. 2.* & eruditiſſime juxta morem *ab Eminentiſs. Petra in Commentar. ad Conſtit. 2. Gregor. XI. n. 15. & ſeq. tom. 4. pag. 286., & præſertim num. 19.*, ubi advertitur contingere poſſe, quod Fons Baptiſmalis reperiatur in Eccleſia licet non Parochiali, quodque gratia, ut ibidem de novo etiam conſtruatur de Conſenſu Ordinarii, & aliorum, quorum intereſt, concedi queat.

Multoties de controverſiis materiam hanc reſpicientibus actum eſt in hoc ſupremo Conſeſſu, cujus plurimæ reſolutiones indicatæ ſunt in folio diſtributo die 23. Aprilis 1735. pro Cauſa *Guardien. Fontis Baptiſmalis, & Præheminentiarum*; Recentius etiam in *Verulana Fontis Baptiſmalis* die 3. Martii 1736. de eodem jure erigendi fontem Baptiſmalem diſceptatum fuit; at in nulla ex memoratis Cauſis agebatur de nova conſtructione Fontis, quæ fieri vellet intra limites Parochiæ, intra quos alteram jam eſſet Parochialis Eccleſia habens ejuſmodi Fontem. Qu æſtio tamen huic proprius accedens agitata eſt in *Caſſanen. Diſmembrationis* diei 22. Junii ſuperioris anni, in qua cum pro-

po-

posuisset Episcopus, quod indivisa remanente Parochia S. Juliani Civitatis Castrivillarum, alter Fons Baptismalis collocaretur in Ecclesia S. Josephi intra limites ejusdem Parochiæ existente, Sacer iste Senatus innixus præsertim enunciatæ dispositioni Concilii Toletani relatæ a Gratiano *in can. plures c.16. quæst.1.* duplicem hanc Fontis Baptismalis erectionem intra fines unius Parochiæ prorsus improbavit; Et longe pridem procedens hæc eadem Sac. Congregatio juxta istud Canonicum principium die 17. Augusti 1626. respondit -- *Episcopum Sedunensem non posse constituere fontem baptismalem in dicta Ecclesia sub Parochia Leucensi constituta, sed illam concurrente necessitate, seu incommodo propter distantiam ejusdem Ecclesiæ Parochialis in novam Parochiam constitui posse ad præscriptum c.4. Sess.21. de Ref. ut ex lib. Decret.13. pag.93.*

Omnibus itaque perpensis, deliberandum est.

An sit locus novæ constructioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali & Collegiata SS. Georgei, & Christinæ Martyrum Terræ VVisini juxta decreta in visitatione edita ab Episcopo Urbevetano diebus 19. Aprilis 1735. & 12. Aprilis 1739. in casu &c.

Non proposita.

Die Sabbathi 22. Septembris 1742.

Res mox subjiciendæ Causæ, quæ in Congregatione diei primæ labentis Mensis remanserunt indecisæ, supremum hodierni Senatus judicium opperiuntur.

Sess.22.c.8. & 9. de ref.

TUDERTINA JURISDICTIONIS.

I. *An Episcopus habeat jus visitandi Ecclesiam Consolationis, tam in iis quæ concernunt cultum Divinum, quam in iis, quæ respiciunt gubernium œconomicum, itaut Rectores, aliique Administratores dictæ Ecclesiæ teneantur eidem rationem reddere.*

II. *An eidem Episcopus habeat jus visitandi hospitale dictæ Ecclesiæ, & respective exigendi redditionem rationis ab illius Administratoribus.*

III. *An prædicti Rectores, & Administratores subjaceant extravag. Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. quoad alienationes Bonorum. tam non subjectorum, quam subjectorum oneribus Missarum ex Testatorum voluntate, non obstante asserto Privilegio,* & quatenus affirmative.

IV. *An alienationes hucusque factæ sine beneplacito Apostolico sustineantur in casu &c.*

Ad I. Affirmative quoad ea, quæ concernunt Cultum Divinum, in reliquis negative. Ad II. Ut in primo reservato jure Episcopo incumbendi executioni piarum dispositionum. Ad III. Affirmative quoad bona subjecta oneribus Missarum tantum. Ad IV. Provisum in Tertio.

TU-

TUDERTINA CENSURARUM. Sess. 21. c. 2. de ref.

An Censuræ sint relaxandæ in casu &c.

Negative, & amplius.

URBEVETANA FONTIS BAPTISMALIS. Sess. 21. c. 4. de ref.

An sit locus novæ constructioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Parochiali, & Collegiata SS. Georgei, & Christinæ edita ab Episcopo Urbevetano diebus 19. Aprilis 1735. & 12. Aprilis 1739. in casu &c.

Negative, & amplius.

EYSTETEN. PERMUTATIONIS PAROCHIÆ. Quum in Congregatione diei 11. Augusti proxime præteriti rescriptum fuerit sustineri judicatum, quo Episcopalis Curia Eystetensis præcepit Sacerdoti Ricardo Antonio Strengh Rectori Parochialis Ecclesiæ Loci Untermessling, ut de ea Parochiali permutanda Ecclesia sibi ipse consuleret, sin minus permutatio fieret ex officio, resolutioni huic non acquiescens idem Riccardus, impetrato novæ Audientiæ beneficio supplicat hodie responderi consueto Dubio. Sess. 21. c. de ref.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, ita tamen ut permutatio per Episcopum fiat cum beneficio redditus æquivalentis, & amplius.

LYCIEN. CLAUSURÆ. In Civitate Lyciensi tum alia, tum duo speciatim extant Sanctimonialium Cœnobia, sub auspiciis alterum Visitationis, alterum Nativitatis Deiparæ Virginis quorum spiritualem curã gerunt Fratres Ordinis Prædicatorũ ibidẽ in Conventu S. Jo: de Aymo degentes; Quum autem occasione hujus regiminis inter istos, ac Provincialem ejusdem Ordinis una ex parte, & Curiam Episcopalem ex altera, multæ obortæ sint controversiæ, plura oportuit ad illas dirimendas subscribere Dubia, quæ summam quæstionum inter Collitigantes excitatarum satis aperte exhibent. Sess. 25. de Regul.

Eorum itaque examen rogantur Eminentissimi PP. operoso labore aggredi, ac ex juribus utrinque circumferendis sapienti, quo solent, oraculo pronunciare.

I. *An Episcopus visitans Clausuram Monialium Regularibus subjectarum ingredi possit cum Pluviali, & Stola.*

II. *An Episcopo visitare volenti Clausuram dd. Monasteriorum Moniales teneantur erigere in Ecclesia exteriori, vel interiori Sedem cum Baldachino, vel solummodo sufficiat illi Stratum præparare in utraque Ecclesia.*

III. *An Episcopum dictorum Monasteriorum Clausuram visitare volentem teneantur Moniales omnes excipere processionaliter cum Cruce, & Cantico* Benedictus.

IV. *An Prior Provincialis possit ad formam Constitutionis Alexandri VII. Clausuram interiorem visitare, septa Monasteriorum Monialium suæ curæ*

curæ subjectarũ ingrediendo absque ulla licentia Episcopi. & quatenus affirmative.

V. *An Episcopus saltem debeat certiorari de die, & hora talis Visitationis, & a quo.*

VI. *An Prior Provincialis pro Visitatione Clausuræ interioris possit in Convisitatorem assumere Patrem Vicarium earumdem Monialium, vel quemlibet alium Fratrem sui Ordinis maturæ ætatis absque licentia Episcopi, vel ejus certioratioae.*

VII. *An idem Prior Provincialis Visitationem personalem Monialium Monasteriorum exemptorum sui Ordinis valeat facere ad crates tantum.*

VIII. *An idem Prior Provincialis ab Episcopo impeditus, ne talem Visitationem ad Crates faciat, eamdem facere possit ad Confessionale, ve ad fenestellam Sanctissimæ Communionis.*

IX. *An eamdem Visitationem alibi faciecs, veluti ad Confessionale, vel ad fenestellam Sanctissimæ Communionis incidat in pœnas Constit. Alex. VII.*

X. *An Episcopus directe, vel indirecte impediens talem Visitationem incidat in pœnas Constitutionis Clementinæ de Stat. Monachor.*

XI. *An Prior Conventus S. Joannis de Aymo Ordinis Prædicatorum Civitatis Lycien., & Vicarius Ordinarius dictorum Monasteriorum absque licentia Episcopi Loqutorium ingredi possit, ibique cum suis Monialibus alloqui, an vero solummodo, quando sic exigat exacta administratio sui officii.*

XII. *An idem P. Vicarius absque licentia Episcopi Loqutorium ingredi possit ad visitandas Crates, ne Moniales absque debita licentia clandestine Sæculares. & Regulares alloquantur.*

XIII. *An Prior Provincialis vel ejus P. Vicarius dictorum Monasteriorum, aut alius quicumque Religiosus absque licentia Episcopi possit in Confessionario extraordinario sedere, ibique Monialium Confessiones excipere.*

XIV. *An in Confessionario ordinario, vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari, & audire.*

XV. *An Superior Regularis vestibus Sacris indutus associando Puellam habitu Ordinis initiandum, absque licentia Episcopi possit in atrio Clausuræ, (quod omnibus patet) ingredi, ibique Puellæ benedictionem dare, an vero sistere debeat in via publica ante januam Clausuræ exterioris,* & quatenus affirmative ad primam partem.

XVI. *An hoc idem in habitu Ordinis agere possit in ingressu, & egressu Puellæ tam educandæ, quam Ancillæ.*

XVII. *An salvo jure Episcopi una simul cum Superiore Regulari revidendi computa dictorum Monasteriorum, possit Superior Regularis absque licentia Episcopi Loqutorio interesse tempore, quo a factore, (qui Procurator nuncupatur) coram Monialibus deputatis mensatim recitantur comptau in libro majori reportanda.*

XVIII. *An in quibuscumque contractibus tam activis, quam passivis per Notarium in loqutorio rogandis (salvo jure Episcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem (possit Superior Regularis interesse eisdem contractibus absque licentia Episcopi.*

XIV. *An*

XIX. *An in absentia Superioris Regularis Confessarius remaneat Vicarius dictorum Monasteriorum.*

Ad primum Negative quoad Pluviale, & affirmative quoad Stolam. Ad II. Sufficere præparationem Strati. Ad III. Teneri Moniales excipere Episcopum sine Processione, Cruce, & cantu. Ad IV. Affirmative semel tantum in anno ad formam ejusdem Constitutionis. Ad V. Episcopum certiorandum esse per Custodem Clausuræ. Ad VI. Affirmative servata forma prædictæ Constitutionis. Ad VII. Affirmative, & ab Episcopo non esse impediendum. Ad VIII. Provisum in VII. Ad IX. Affirmative. Ad X. Recurrant in casibus particularibus. Ad XI. Affirmative in casu tantum, quo ita postulet exacta administratio Officii. Ad XII. Affirmative. Ad XIII., & XIV. Negative Ad XV. Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam. Ad XVI. ut ad XV. Ad XVII. XVIII., & XIX. Affirmative, & amplius in omnibus.

MEDIOLANEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Ad preces F. Bartholomæi Bettè exoptantis juribus suis experiri adversus Religiosam professionem, quam ex gravibus minis, verberibus, aliisve corporis afflictionibus tam a propria Matre, quam ab Antonio Casirago sibi illatis nulliter emisisse contendit, propositum fuit in hac Sac. Congr. sub diem 7. præteriti mensis Aprilis consuetum Dubium *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* prodiitque rescriptum *Dilata, & Orator examinetur formiter.* *Sess.25.c.1.9. de regul.*

Huic itaque decreto ut fieret satis, formali examini subjectus fuit Orator in Archiepiscopali Curia Mediolanensi, in eoque non modo confirmavit ea, quæ testes de coacta professione ex causa vis, & metus deposuere, verum etiam declaravit se ideo nihil egisse intra quinquennium, quia eadem causa metus nonnisi post biennium a die peractæ Professionis cessavit, & ipse putabat, quinquennii terminum a tempore, quo illa desierat fore computandum.

Inspecto igitur ejus examine, quod circumferetur, resumptoque Folio pro memorata die 7. mensis Aprilis distributo, non dedignentur Eminentissimi PP. respondere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

CAJETANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Marcus Carelli Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Trajecti in supremis suis tabulis sub annum 1734. exaratis, quibus hæredem sibi scripsit Canonicum Antonium Montanaro, pium hoc legatum reliquit,, Pri- „ mieramente esso testatore si lascia per l' animam sua, e per quel- „ la della quond. Giacoma Montanaro sua Madre ducati 360., colli „ quali vi debba il sudetto Erede formare 36. anniversari perpetui, „ cioè 18. per l' anima di esso Testatore, ed altri 18, per l' anima di „ detta quondam sua Madre da celebrarsi tutti nell' Altare del Santissi- „ mo Rosario dopo la di lui morte, quali si debbano celebrare dal „ Reveren. Capitolo di questa Città, tre per ciaschedun mese dell' „ anno in perpetuum, & in futurum: però tre di detti 18. Anniversa- *Sess.22.c.6. de ref.*

„ ri, come sopra, da dirsi per l' anima di detta sua Madre, si deb-
„ bano dire, cioè uno nel giorno della di lei morte, che fù nel
„ giorno 15. Gennaro, il secondo a 17. del medesimo, nelli 21. di
„ detto mese il terzo, e così continuare per sempre in ogni anno da
„ applicarsi tanto per l' anima di detta sua Madre, quanto per l' ani-
„ ma del quondam suo Padre, quondam suo Zio Don Marco Anto-
„ nio, altro suo quondam Zio Biase Montanaro, e per altri suoi Pa-
„ renti, e Congiunti; Ognuno alla ragione di ducati dieci l'uno, con
„ questa condizione però, che se in caso esso Testatore, mentre vive-
„ rà, si lasciasse per l' anima sua la Messa quotidiana, il predetto suo
„ Erede non sia tenuto d' adempire il presente legato.

Post obitum Testatoris, Canonicus Montanaro hæres, ut defuncti voluntatem impleret, paratum se obtulit summam ducat. 360. in caussam Anniversariorum Capitulo, sive Canonicis memoratæ Ecclesiæ Collegiatæ persolvere; At isti renuerunt ejusmodi legatum agnoscere, veluti ferendis eorumdem Anniversariorum oneribus minime sufficiens; Quamquam enim fructus censuum exigi olim possent ad rationem 9. pro 100. adeoque summa ducatorum decem, qualis a Testatore pro quolibet Anniversario constituta est, jampridem congrua conferetur, modo tamen, quum censuum fructus in iis Regionibus ad sex pro singulis centesimis fuerint redacti, tam ex decreto Episcopi in Visitatione peracto, quam ex peculiaribus ejusdem Capituli sanctionibus statutum est, ne summa minor ducatis quindecim, quæ unicuique Anniversario respondeat, pro ejusmodi onere imposterum recipiatur.

Hoc itaque perspecto præfatus Canonicus Montanaro supplicavit Sanctissimo Domino Nostro, ut fieret sibi potestas erigendi ex ea quantitate Ducatorum 360. perpetuam Cappellaniam cum onere quinquagint a Missarum, quæ in suffragationem Animæ Testatoris, ac aliorum, quos ipse designavit, possent ubilibet celebrari, ita tamen ut eamdem Cappellaniam Orator queat, donec vixerit, sibi retinere, vel alium sibi beneviſum ad eam nominare; Rogans præterea constitui, ut suum post obitum jus nominandi spectet ad filios, & descendentes in infinitum Annæ Mariæ, Rosaliæ, & Floralbæ de Montanaro ipsius Sororum, utque ii ex enunciatis descendentibus in assequenda Cappellania præferri semper debeant, qui celerius poterunt Sacerdotio initiari; Quod si nullus eorum paratum exhibeat animum assumendi Sacerdotium, Cappellania ipsa cum jure nominandi ad prædictum Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Trajecti devolvatur,

Ejusmodi precibus ad hanc Sacram Congregationem rejectis, jussa fuit Episcopus, ut audito præfato Capitulo de rei expositæ veritate Eminentissimos PP. instrueret. Is vero confirmans quidquid hactenus est enarratum, id tantum nota dignum addidit, Capitulares renuisse acceptare legata a Testatore dispositа, nisi ad summam Decreto suæ Visitationis, & Statuto ejusdem Capituli conformem ea reducantur.

Hanc Episcopi relationem ubi vidit Canonicus Montanaro alterum dedit Sacræ huic Congregationi libellum, in quo ad concupitam permutationem facilius impetrandam declaravit se velle ex proprio ære ducatis 360. a Testatore legatis alios Ducatos 140. adjicere, itaut dos erigendæ Cappellaniæ ex quingentis ducatis constituatur, præterea-

que

que assentiri, ut annuo onere Missarum centum gravetur Cappellanus, si reliquæ superius recitatæ conditiones in ejusdem Cappellaniæ erectione juxta votum suum admittantur. Quum autem super novis hisce precibus fuerit iterum excitatus Episcopus, ut sæpedicti Capituli mentem certius exploraret, num scilicet acceptare velit legatum cum reductione, respondit ille postremo, Capitulum velle, & acceptare legatum, si anniversariorum, sive Missarum reductio fiat juxta summam in memorato Sacræ suæ Visitationis decreto, ac Statuto Capitulari præscriptam; Ceterum, an eadem anniversaria sint reducenda, vel potius, uti Orator postulat, ea sint in Cappellaniam permutanda, Capitulares ipsos supremum Sacræ hujus Congregationis oraculum reverenter præstolari.

Jam vero Canonicus Montanaro facile putans qualemcumque istam Capituli moderationem petitioni suæ non adversari, hanc hodie tanto fidentius urget, quanto uberior citra dubium sibi videtur fore suffragatio, quæ animabus a Testatore prædilectis obveniet ex centum Missis quolibet anno per Cappellanum celebrandis, quam ex longe minori Anniversariorum numero, quem juxta propositam reductionem feret proventus solius pecuniæ a Testatore legatæ, itaut ipse quoque Testator in hujus Cappellaniæ erectionem propensior, ut ipse arbitratur, verosimillime conveniret potius, quam in sensum imminuendi Anniversaria a se præfinita.

Petitio hæc affinitatem aliquam habere videtur cum illa nuperrime promota a Marchionibus de Barbolanis in *Aretina Cappellaniæ* descripta in folio diei 21. Julii mox elapsi, quæ ex eo potissime rejecta fuit, quod a prædictis Oratoribus alioquin ejusdem Cappellaniæ Patronis libera posceretur facultas celebrandi Missas ubilibet, etiam in Oratoriis privatis. Nonnihil quoque ad hodiernam disputationem conferre potest resolutio capta in *Corduben. erectionis Cappellaniæ* diebus 23. Augusti 1738. & 4. Julii 1739., ubi pariter denegata fuit commutatio legati Missarum certa in Ecclesia, ac festis diebus adimplendi in erectionem Cappellaniæ variis sub legibus propositam, eaque præsertim libertatis eligendi locum, in quo Missæ deberent aliquando persolvi.

Ceterum in hypothesi, præter reservationem Jurispatronatus ab Oratore volitam, videtur præcipue ponderanda declaratio, qua Capitulum profitetur velle se, & acceptare legatum, si numerus Anniversariorum a Testatore designatus imminuatur. Omnibus itaque perpensis partes erunt Eminentissimorum PP. decernere.

An sit annuendum precibus Canonici Antonii Montanaro pro erectione Cappellaniæ, seu potius sit locus reductioni Anniversariorum in casu &c.

Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

MESSANEN., SEU MELEVITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Causa hæc super restitutione in integrum a Josepho Borgh postulata adversus Religiosam Professionem, quam is nuncuparat in Conventu Ordinis S. Augustini Civitatis Messanæ, discussa fuit in Sacra Congregatione sub diem 2. præteriti mensis Junii, & Eminentissimi PP. dilata Dubii tunc propositi resolutione, jusserunt Orato-

Sess. 25. c. 29. de Reg.

rem ſubiici *formali examini cum interrogatoriis dandis ex officio a Promotore Fiſcali coram Ordinario Melevitano*.

Quemadmodum edixit Sacra Congregatio, ita in Epiſcopali Curia Melitenſi peractum fuit Oratoris examen. Hoc itaque quum modo circumferatur, eo perſpecto, reſumptoque folio in enunciata Congregatione diei 2. Junii diſtributo, grave non erit Eminentiſſimis PP. deliberare. *An ſit locus reſtitutioni in integrum in caſu &c.*

Affirmative.

Seſſ. 24. c.6. de ref.

BISACCIARUM IRREGULARITATIS. Sacerdos Franciſcus Paveſe de crimine patrati Homicidii jamdudum in Epiſcopali Curia inquiſitus, falſo illud ſibi illatum eſſe contendens, duo Dubia coram hac S. Congregatione diſceptari poſtulavit -- I. *An conſtet de irregularitate Sacerdotis Franciſci Paveſe*, & quatenus affirmative. II. *An concedenda ſit diſpenſatio in caſu &c.*, quibus propoſitis die 2. Maii 1739. reſcriptum prodiit -- *Dilata, & tranſmittantur acta compilata contra Oratorem in Curia Epiſcopali, necnon ſcribatur Epiſcopo pro meliori informatione juxta inſtructionem*; liſdem vero dubiis poſt tranſmiſſam ab Epiſcopo copiam Proceſſus in Curia ſua confecti, novamque uberiorem ejus relationem acceptam, denuo diſceptatis in Congregatione diei 10. Junii 1741. reſponſum fuit -- *Ad primum affirmative. Ad ſecundum negative*.

At captæ reſolutioni non acquieſcens dictus Sacerdos, ſeque inſimulati criminis inſontem dijudicandum fore adhuc propugnans, quum novæ audientiæ beneficium ſibi obtinuerit impertiri, gemmas potiſſimum, præter alias hactenus deductas, rogat hodie ponderari facti circumſtantias: Primam nempe, quod ex Actis Epiſcopalis Curiæ appareat Marinum Golia, de cujus nece quæritur, interfectum fuiſſe hora circiter decima nona diei 17. Junii 1736. in loco nuncupato *le Camerelle*, ipſum vero Oratorem viſum fuiſſe, ut inquiunt Teſtes in Proceſſu examinati, ſub horam vigeſimam primam ejuſdem diei illuc equitantem accedere, quod porro ab omni prorſus veri ſpecie alienum eſſe tuetur, quum omicidii reus inde potius abire, quam verſus locum illum proficiſci debuiſſet. Secundam, quod ipſe jam mane prædictæ diei 17. Junii ſe receperat in Conventum Fratrum Cappuccinorum Civitatis Abellinæ, animo ibidem vacandi ſpiritualibus exercitationibus, quemadmodum re ipſa per octiduum ſubinde peregit: Id autem, quod putat ex nonnullis Teſtium depoſitionibus aliàs allatis ſufficienter comprobari, nullo modo inquit componi poſſe cum delicto, quod illi adſcribitur, quum fieri nequaquam poſſet, ut is, qui mane præfatum Conventum Cappuccinorum adierat, ſub horas promeridianas ejuſdem diei in loco *delle Camerelle* a memorato Conventu per quadraginta circiter milliaria, uti præfertur, diſtante, reperiretur.

Hæc cenſet Orator ad eludendam quamlibet contractæ irregularitatis dubitationem ſufficere; At ubi nota aliqua ex qualicumque diffamatione forſan impicta remedium adhuc videretur poſtulare, id unum poſtremo demiſſe exorat, ut gratia diſpenſationis ſibi ad cautelam concedatur, præſertim vero quia a tempore ſecuti homicidii ſexennium jam effluxit, & ipſe interea Sacramentorum frequentia, Eccle-

ſiæ

fiæ ſervitio, alioru mque piorum operum exercitatione præclarum omnibus exemplum præbuit, quemadmodum ex iis quæ affert, tam Epiſcopi, quam Archipresbyteri, aliorumque plurium Sacerdotum, & Civium Terræ Vallatæ teſtimoniis uberrime colligi arbitratur.

His itaque perpenſis unacum iis, quæ adnotata fuere in folio diei 11 Aprilis 1739., atque in altero 10. Junii 1741. decernendum erit.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

Die Sabbathi 24. Novembris 1742.

POTENTINA CANONICATUUM. Reſolutio hujus Cauſæ deſcriptæ in Folio diei primæ Septembris modo elapſi ad preces Archipresbyteri, & quorumdam veterum Canonicorum, atque Cappellanorum Cathedralis Eccleſiæ impugnantium erectionem, ſive reintegrationem ſex Canonicatuum in eadem Eccleſia ab Epiſcopo noviſſime factam, fuit ea die ſuſpenſa; Jam vero utraque Parte jura ſua deducente oportet pronunciare. *Sess. 24. c. 12. de refor.*

An reintegratio ſex Canonicatuum in Eccleſia Cathedrali Potentina facta ab Ordinario per modum novæ erectionis ſuſtineatur in caſu &c.

Affirmative, ita tamen ut ad novos Canonicatus promoveantur ſemper Cappellani, ſive ſervientes ejuſdem Eccleſiæ, & amplius.

AUGUSTANA MATRIMONII. Marcus Chriſtophorus Burck Auguſtanæ Diœceſeos in precibus SS. Domino Noſtro exhibitis irritum poſtulavit declarari Matrimonium, quod plures ad hinc annos in Civitate Ulmæ contractum fuiſſe aſſeruit inter ſe, & Annam Mariam Meyhin ex Luteranis Parentibus ortam, eorumque Sectæ addictam, cum ea turpi, ac improba conditione, ut proles inde naſcitura deberet in Religione Matris educari, quemadmodum reipſa conditioni ejuſmodi morem gerens, ut ipſe fatetur, duas poſtea Filias ex eo Matrimonio ſuſceptas Lutheranam hæreſim paſſus eſt ſequi, donec male factum ſerio recogitans, neque Uxorem ab ſui propoſito valens dimovere eam deſeruit, & una cum propriis Filiabus in ditionem Electoratus Bavarici conceſſit, ibique curavit, obtinuitque illas in gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ recipi, ac enutriri. *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

Preces hujuſmodi ad hanc Sacram Congregationem fuerunt remiſſæ: ab iſta vero datæ ſunt litteræ Præſidi Conſiſtorii Auguſtani, ut is, audita Muliere, tum de illarum veritate Eminentiſſimos Patres certiores faceret, tum etiam ſignificaret, num Concilii Tridentini Decreta fuerint

rint in Ulmenſi Civitate promulgata, itidemque num forma ineundi Matrimonii, ab laudato Concilio præſcripta conſueverit ibidem aliquando ſervari. Hiſce litteris obſequuturus Præſes Auguſtani Conſiſtorii, quum neque ſibi, neque Conſiſtorio Conſtantienſi liberum foret prædictam Mulierem in Civitate Ulmæ commorantem ſuper iis, quæ in precibus Viri exponebantur, ad juratum ſubeundum examen adigere, Magiſtratu Acatholico id vetante, provide ſategit, ut eadem Mulier privatim ſaltem de circumſtantiis præcipuis Matrimonium iſtud ſpectantibus a Præfecto Monaſterii Wengenſis interrogaretur.

Quid vero Mulier iſta ei dederit in reſponſis, Abbas ejuſdem Monaſterii complexus eſt in litteris ad Conſiſtorium Auguſtanum conſcriptis, ex quibus colligitur, fuiſſe ab illa enarratum, quod viginti ab hinc annis coram Præcone Lutherano celebratum fuit controverſum Matrimonium, quodque Marcus Chriſtophorus Burck non tam ipſi Præconi, quam Dominis Vernenſibus ante contractas nuptias pollicitus fuerit, ſe libere permiſſurum, ut Uxor in Lutherana Religione permaneret, in eaque ſobolem educaret. Quidquid autem ab hac Muliere relatum eſt, facile veritati conſentaneum eſſe comperitur, quia in iiſdem litteris ſubiicit Abbas Wengenſis rem aliunde ſatis certam, & notam eſſe, quod in eo Matrimonio non Catholici Parochi, ſed Miniſtri Lutherani præſentia fuerit adhibita, pariterque admodum veroſimile reddi pactum inſtituendæ Prolis in materna hæreſi, quum hac tantum ſub lege Matrimonia inter Catholicum Virum, & Lutheranam Fæminam conſueverint Ulmæ celebrari.

Poſt aliquod vero tempus quum Fæmina iſta Nundinarum cauſſa perrexiſſet Auguſtam, coacta ibidem fuit in judicio ſe ſiſtere coram Præſide Conſiſtorii, a quo formiter interrogata nihil diverſum, aut amplius reſpondit, quam quod antea perhibuerat Monaſterii Wengenſis Præfecto, id unum adjiciens ſe paratam eſſe Maritum ſuum denuo recipere, ſi is Ulmam reverteretur, cæterum nolle ſe ullo pacto Matrimonii ſui jura coram hac Sacra Congregatione tueri.

Conſtat id omne ex documentis ad Sacram Congregationem tranſmiſſis a Præſide Auguſtani Conſiſtorii, qui tamen nihil in ſua relatione teſtatum faciens de promulgatione Tridentinæ Synodi in Civitate Ulmenſi commodius inquit, hujus rei notionem haberi poſſe ab Epiſcopali Curia Conſtantienſi, cujus Diæceſi ea Civitas ſubeſt.

Ut igitur in cauſa moroſius procederetur, datæ quoque ſunt litteræ Eminentiſſimo Epiſcopo Conſtantienſi, qui ad ſingula capita, de quibus Sacram Congregationem inſtruere rogatus fuerat, accurate reſpondens in hæc verba ſe explicuit --„ Ad primum, extare etiamnum Ulmæ „ Eccleſiam Catholicam a Canonicis Regularibus S. Auguſtini inoffi„ ciatam, ad quam, aliis dictæ Civitatis Eccleſiis ab Heterodoxis oc„ cupatis cura, Animarum, & jura Parochialia translata ſunt, & „ in hac Decretum S. Concilii Tridentini fuit promulgatum & etiam„ num conformiter ſtatutis Synodalibus hujus Diæceſis Conſtantienſis „ ſingulis annis promulgatur. Ad ſecundum, a Catholicis, quorum „ aliquot Familiæ uſque in præſentem diem Ulmæ habitant, dictum „ Decretum S. Concilii Tridentini inviolabiliter obſervatur, Ad Ter„ tium, adeſt, & ſemper adfuit Ulmæ Parochus Catholicus, qui Sacra„ menta adminiſtrat, , & a quovis Catholico commode adiri poteſt.

Jam

Jam vero urgente Marco Chriſtopharo deciſionem Dubii, quod inferius exſcribetur, duo præcipua ſunt, quæ ipſius nomine pro adſtruenda ſui Matrimonii nullitate exponuntur: primum ſcilicet, neglecta forma ab Concilio Tridentino ſtatuta ineundi conjugii coram proprio Parocho, aliove Sacerdote ſive ab eodem Parocho, ſive ab Ordinario ſpeciatim ad id delegato; Alterum vero, pactum enunciatum, quod Liberi ex eo Matrimonio procreandi in Hæreſi Lutherana educentur.

Porro quæ Matrimonia cenſenda ſint irrita, ſi inter Catholicos, & Hæreticos celebrentur non ſervata forma a Tridentino præſcripta, copioſe tractatum eſt in Diſſertationibus editis in celebri cauſa *Iprenſi Viſitationis Sacrorum Liminum* cujus diſceptandæ occaſione collectæ ſunt plures Sacri hujus Senatus reſolutiones, ex quibus patet, ſæpe pro hujuſmodi Matrimoniorum nullitate prodiiſſe reſponſum, ſi conſtitit, ea ſic inita fuiſſe in locis, in quibus Tridentini Decreta fuerint aliquando promulgata, ac etiam uſu recepta, ſique ibidem Parochus Catholicus commode poterat adiri, unde nil ultra videatur in hypotheſi ſpectandum eſſe, niſi quid reipſa de hiſce circumſtantiis compertum ſatis, exploratumque dici queat.

Quod vero attinet pactum eidem Matrimonio adjectum, ut Proles naſcitura debeat hæreſim profiteri, improbum certe, ac irritum illud eſſe, Catholicus nemo inficiatur, quum divino æque, ac naturali jure Parentibus cura incumbat, liberos in vera fide, boniſque moribus educandi, ut unanimes tradunt *Navar. conſil.* 1. *num.* 63. *Azor.*, *Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 11. *quæſt.* 6. *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 72. *num.* 6. *tract.* 10. *par.* 14. *num.* 3. *Gobat. Theolog. experiment. tract.* 9. *num.* 221. *Tanner. tom.* 4. *diſput.* 8. *de Matrim. qu.* 4. *dub.* 5. *num.* 91. *Pontius de Matrim. lib.* 7. *cap.* 46. *num.* 8. *Pirhing. in jus canonic. lib.* 4. *tit.* 1. *ſect.* 6. §. 4. *num.* 167. *Krimer. in* 4. *Decretal. num.* 1065. *Leuren. in jus Canon. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 118. *Anaclet. in eundem tit.* §. 10. *n.* 371. cum aliis ibidem congeſtis.

At num ejuſmodi pactum, quod veluti prorſus impium nulla poteſt ratione ſubſiſtere, neque ſervandum eſt, ſubſtantiæ ipſius Conjugii refragetur, itaut irritum illud reddat, non ſecus ac aliæ conditiones, & pacta quæ vel bono fidei conjugalis, vel naturali liberorum procreationi adverſantur, haud una eſt Doctorum opinio. Siquidem Authores mox allegati, quamvis quæſtionem hanc peculiariter non inſtituant, in eam facile conjiciuntur abire ſententiam, quod pactum iſtud ſit irritum, ſalvo tamen, & integro manente jure connubii; & hanc eamdem opinionem ſequitur, pluribuſque confirmat argumentis *Pichler. in jus Canon. tit. de Sponſal. num.* 141., qui ex profeſſo quæſtionem iſtam pertractat; Contrariam vero tuentur *Schmier. Juriſprud. Canonic. Civil. lib.* 4. *tract.* 3. *c.* 5. *ſect.* 3. §. 1. *num.* 56., *& ſeq. Schmalzgrueber in Jus Canon. ad tit. Qui Clerici, vel vov. num.* 150. *circa fin. Bocchn. in Jus. Canon. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 61., a quibus pariter de hoc articulo in ſpecie diſſeritur.

Datus eſt Matrimonio defenſor, adeoque perpenſis juribus tam ab illo, quam Viri nomine latius explicandis, rogantur Eminentiſſimi PP edicere.

An conſtet de nullitate Matrimonii in caſu &c.

Detur reſolutio a Domino Secretario.

GA

Sess.23. c.10. de Ref.

GADICEN. SEU HISPALEN. ORDINATIONIS. Ad preces Sacerdotis Josephi Francisci Zuniga proposita fuerunt in Congregatione diei 20. præteriti Mensis Januarii bina hæc dubia -- *I. An Sacerdos Joseph Franciscus Zuniga potuerit a quocumque Antistite licite ordinari cum Dimissoriis Magni Prioris Religionis Hierosolymitanæ Regni Castellæ, seu Commendatoris de Acre, aut alterius Superioris Ordinarii dictæ Commendæ, vel potius illicite, itaut incurrerit suspensionem*: Et quatenus affirmative quoad secundam partem. *II. An sit locus dispensationi ad cautelam, seu an & quomodo sit providendum in casu &c.*; quibus responsum fuit; *Sacerdotem Zuniga fuisse illicite ordinatum, & incurrisse suspensionem ob non servatam formam Bullæ* speculatores, *ideoque indigere absolutione, & ad Episcopum Gadicensem ejus arbitrio.*

Obtinuit postea idem Zuniga novæ Audientiæ beneficium, quo dum novis adductis documentis utitur, in hodierna Congregatione disputari contingit.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata.

Sess.25. c.12. de Ref.

LEOPOLIEN. DECIMARUM. Disceptatum fuit in Congregatione diei 7. præteriti Mensis Aprilis Dubium -- *An Moniales Sanctæ Claræ Tertii Ordinis S. Francisci Conventus Leopolienſis teneantur solvere decimas prædiales ex bonis* Podchaische, & Duotrczischa, *seu potius illis competat exemptio in casu &c.*,, prodiitque resolutio -- *Affirmative ad primam partem, & negative ad secundam.*

Impetrata autem a Monialibus nova audientia, discutere oportet.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess.24. c.12. de Ref.

VITERBIEN. Quum in Congregatione diei 12. Augusti superioris anni 1741. proposita fuissent septem Dubia inferius subnectenda, rescriptum fuit -- *Dilata, & Episcopus mandet præstari patientiam pro extractione partitarum ad causam facientium ex libris Capitularibus.*

Facta deinde fuit Canonicis secundæ, tertiæ, & quartæ Erectionis copia invisendi Libros Capitulares, ex iisque parandi sibi quæcumque adjuvandæ ipsorum causæ putabant conferre posse documenta; Nunc verò Archipresbyter, aliique primævæ Erectionis Canonici præsentis litigii definitionem efflagitant.

Erit itaque ab Eminentissimis Patribus resumpto Folio memoratæ diei 12. Augusti deliberandum.

I. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis veniant sub nomine Capituli, itaut una cum Archipresbytero, & Canonicis primæ erectionis unicum corpus constituant.*

II. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, & distributionum provenientium ab exercitio Curæ animarum, & a Legatis piis, tam Missarum, quam Anniversariorum relictorum a Testatoribus ante erectionem dictorum novorum Canonicorum, seu potius partici-*

ticipare debeant de relictis tantum post novas erectiones. Et quatenus negative quoad primam partem.

III. *An iidem Canonici novi teneantur intereſſe Choro, dum adimplentur onera perpetua ſpectantia ad antiquos tantum Canonicos.*

IV. *An iidem Canonici novi participare debeant de legato annuo relicto Capitulo ab Olimpia Padovani*. Et quatenus negative.

V. *An teneantur intereſſe celebrationi Miſſæ ſolemnis, & aliarum functionum, quæ ab eadem Teſtatrice demandantur.*

VI. *An, & ad quæ onera, & expenſas Capituli concurrere debeant novi Canonici in caſu &c.*

Dilata ad ſequentem.

PERUSINA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Propoſita fuit hæc cauſa ſub diem 6. præteriti Menſis Decembris, edixeruntque EE.PP. formali examini ſubiiciendos eſſe Oratorem Petrum Thomam Venuti, ac teſtes ab eodem prolatos. Poſtea verò, quum Ludovicus, aliique ejuſdem Oratoris fratres, qui contradictorum partes agebant, liti ceſſerint, Sacra Congregatio probe dignoſcens quantum inde argumenti pro ſuæ petitionis merito eliceret Orator, ad parcendum ſumptibus, quos ſubire in eum finem cogi amplius non poterant præfati illius fratres, eodem Petro Thoma demiſſe exorante benigne, provideque indulſit, ut ipſe tantum aliique duo teſtes, nempe Fæliciſſimus Schippiſi, & Cammillus Bontempi Monachi Olivetani memorato examini ſubderentur. *Sess. 25. c. 19. de Reg.*

Id autem quum poſtremo expletum fuerit, grave non erit EE. PP. reſumpto Folio prædictæ diei 16. Decembris, inſpectiſque judiciariis depoſitionibus tum Oratoris, tum prædictorum Teſtium quidquid ab ipſis antea in ſimplici atteſtatione proditum fuerat confirmantium, in hodierna Congregatione reſpondere.

An ſit locus Reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Affirmative.

REGIEN. DOMUS PAROCHIALIS. In Congregatione diei 5. præteriti menſis Maii diſcuſſum fuit dubium: *An Canonicus Præpoſitus Coadjutus teneatur aſſignare ædes, de quibus agitur Canonico Præpoſito Coadjutori in caſu &c.* At EE.PP. inſpectis juribus ſub eam diem hinc inde allatis, ſuſpenſa ejus reſolutione juſſerunt ſcribi Epiſcopo juxta inſtructionem: inſtructio autem in eo verſata eſt, ut certior fieret ſacra Congregatio, num Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Proſperi præter domum, quam vocant *Præpoſituram*, ædes habeat Canonicales congruæ ipſius habitationi idoneas, facileſque Parochianorum acceſſui, numve modernus Præpoſitus Comes Canoſſa abnueret eas Comiti Cæſari Franciſco de Palludis ejus Coadjutori inhabitandas concedere. *Sess. 24. c. 12 de Ref.*

Epiſcopus juſſa faciens ſacræ Congregationis retulit ædes Canonicales duobus tantum cubiculis inſtructas ab eodem Præpoſito retineri, atque (ut ſibi teſtatus fuit unus ex Cancellariis, cui viſitationem earum ædium commiſerat) reperiri *duo domicilia: unum ſuperius, alterum*

rum inferius primum commodatum uni Sacerdoti participanti, & Choro intervenienti, secundum vero concessum Ecclesiæ pro custodienda vulgari supellectili ejusdem Ecclesiæ, & utrumque omnino incapax pro habitatione simplicis Sacerdotis, utpote destitutum culinâ, cellavinaria, & multominus Præpositi, qui decore se habere debet juxta morem suorum Prædecessorum: Quapropter, quum inter memoratas Canonicales ædes, & dimidiam Ecclesiam, & Sacrarium sit privata via in modum transitus, seu longum atrium septum duabus portis, quæ noctis tempore clavibus clauduntur, profecto non patet accessus ad cubicula Canonicalia Parochianis ipso nocturno tempore pro quacumque necessitate.

Subdit verò, *quod comes Cæsar Franciscus de Palludis, nec decenter potest, nec vult habitare in dictis duobus domiciliis, neque Comes Præpositus Coadjutus intendit illa ei cedere asserens nullam velle conditionem adjicere in majus commodum, seu utilitatem Coadjutoris, iis, quibus constituta fuit Præpositura Coadjutoria.*

Restat itaque, ut EE.PP. decernant.

An Canonicus Præpositus Coadjutus teneatur assignare ædes, de quibus agitur, Canonico Præposito Coadjutori in casu &c.

Affirmative, ita tamen ut Præpositus Coadjutor teneatur exercere curam animarum per seipsum, & inhabitare domum, de qua agitur.

Sess. 24. c. 12. de ref.

SPALATEN. IRREGULARITATIS. Hieronymus Sintronich alias Alvevich Clericus in minoribus dumtaxat Ordinibus constitutus usque ab anno 1736. Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ supplicem porrexit libellum in quo exposuit: *come fu processato nella Curia Sæcolare di Spalato di aver egli dato Filtrie amatorie, cioè bevande, o cibo composti per conciliazione di amore ad una certa Giovane, e fu contumacialmente bandito con pena capitale da quel publoco Rappresentante: Da che avendo appellato fu riformata la condanna in pena dell'esilio dal Proveditor Generale di Dalmazia: Ma contravenendo a detto esilio fu carcerato, e condannato a causa di tal contravenzione alla galera per anni sette, dalla qual condanna fu poi assoluto con il pagamento di certa determinata somma &c.*: fatensque se timere *poter essere incorso nella irregolarità a causa di detta condanna* postulavit sibi impertiri dispensationem, ejusque executionem Patriarchæ, aut Apostolico Nuncio Venetiarum committi.

In Relatione, quam Archiepiscopus Spalatensis jussus Sacram Congregationem super Oratoris precibus certiorem reddere transmisit, crimen in supplici libello expositum, & alia etiam graviora summatim recensuit hisce verbis -- *Egli Chierico Alluevich fu condannato dal Tribunale della Suprema Carica nelle due Provincie, come quello, che ha praticate delle fattucchierie verso una nobile zitella delle più antiche famiglie della Città di Spalato per tirarla alli proprj dannosi desiderj, mentre si trovava Studente del Seminario Arcivescovile sotto il mio degnissimo Antecessore Monsignor Laghi di b. m. col pericolo di pervertire molta Gioventù in quel pio luogo, come pure effettivamente seguì, da alcuni Giovani Traurini stati colà Convittori, ed io lo rilevai in un processetto, il quale formai a tal effetto, quando ero Vescovo di Trau. Ciò non gli è bastato: ma di più ha fatto invadere dallo Spirito maligno sì*

la zitella, come la di lei Madre, ed una ſervente, che poi per mezzo di un Sagro Miniſtro benchè col ſtento furono liberate dalla invaſione. Seguita la condanna (come quì nell'anneſſa copia della ſentenza) egli diede luogo, e profugo girò per varj Stati. Dopo alcuni anni tornò occultamente nella Dioceſi Montana di Spalato, e commiſe delli nuovi diſordini tra quella Gente ſemplice atterrendoli col minacciare di farli invadere dal Demonio. Io n'ebbi sì in Città, come nella Viſita Montana della Dioceſi molti ricorſi, e reclami contro queſti trapaſſi; e ſarebbe ſtato pure fermato dalle publiche forze, quando non aveſſe avuto l'appoggio del proprio Zio &c. anzi li Morlacchi ridotti all'eſtremi delle di lui violenze l'avrebbono maſacrato al proprio furore, quando io con deſtrezza non gli aveſſi diſtolti. Da ciò vedeſi non aver eſſo ſcontata alcuna pena contenuta nella condanna; ma l'anno paſſato gli ſortì a'ottenere una grazia, che li Principi più ſogliono accordare alla Confraternità, e con queſta (come viene riputato) ſi liberò dalla condanna, ed eſilio. Tornò perciò manifeſtamente alla Patria, dove impegnò ſino le Supreme Cariche ad offiziarmi, perchè io gli conferiſſi gl'Ordinini Sagri, oppure gli laſciaſſi per queſti una dimiſſoriale. Ma non potendo ſtare a copella la mia coſcienza feci capaci l'Interceſſori della impoſſibilità della deſiderata grazia: anzi in contrario feci due canoniche monizioni al Reo Sacrilego di dimetter l'abito d'Eccleſiaſtico, e volendo io praticare la terza, egli s'involò dalla viſta di Spalato, ed attualmente ſi trova in Venezia &c.

ita poſtmodum concludens: *Dalla ſerie di queſti fatti comprende la gran mente di VV. EE., che ſopportarlo aſceſo alli Sagri ordini non riuſcirebbe di edificazione, ma bensì di ſommo ſcandalo nella Dioceſi di Spalata ben impreſſa delle di lui dannate operazioni, e tutti direbbono, che un Stregone è aſceſo al Sagro Altare.*

Inſpecta itaque Archiepiſcopi informatione, necnon ſententia eidem informationi adnexa, qua Orator fuerat pena exilii damnatus àtoto Veneto Dominio, Sacra hæc Congregatio, ad quam Oratoris preces fuerunt rejectæ, poſtulatam diſpenſationem primum die 15. Decembris 1736., iterumque ſub diem 26. Januarii 1740., Et tertiò die 10. Martii 1742. denegavit poſt expetitam ſuper novo ejus ſupplici libello aliam ejuſdem Archiepiſcopi Relationem, in qua Præſul ille ceteris in priori Epiſtola expoſitis addidit, recentia ſibi a biennio circiter nunciata fuiſſe ejuſdem generis facinora Venetiis ab Oratore admiſſa, pro quibus inquit: *Io nulla potei colà fare ſe non il minacciarlo per arreſtare le ſue ſcandaloſe impreſe, quando foſſero vere*: & tandem concludit: *Ecco in brieve, quanto io devo umiliare all'EE. VV., che pur hanno le chiavi della Chieſa, e ſono Padroni della grazia; ma io non potrò ammetterlo nel mio Clero ſul timore dell'Infezione, trovandoſi la natura pur troppo diſpoſta a nuove corruzioni.*

At quia pridem ad ejuſdem Clerici poſtulationem Sacra Congregatio negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita; præter literas Archiepiſcopo Spalatenſi pro informatione, & voto datas, in eumdem finem ſcripſerit viciniori Epiſcopo Maraſcæ, geminas is quoque tranſmiſit Epiſtolas, in quibus tametſi fateatur Proceſſum contra Oratorem pro enunciatis criminibus fuiſſe conſtructum, & ſententiam in ipſum editam, ejus tamen mores commendans ita ſubdit: *Lo reputo degno della ſua iſtante grazia appreſſo l'EE.VV., per la diſpenſa dell'ir-*

regolarità , nella quale è incorso più per la malignità degl' Avversarii , che col suo procedere , sperando miglior esito nella vigna del Signore del di lui spirito , e talento ; uti nimirum legitur in prioribus ejus literis diei 16. Febr. In aliis vero datis sub diem 10. Augusti 1738. quædam recensens , ex quibus arbitratur Oratorem non fuisse reum sceleris sibi impictis hæc habet -- *Ma supposto , che ancora vero fosse , il che a me non costa , che egli commesso avesse un delitto di filtri amorosi stimarei che dopo moltissimi anni , e varj disastri , e vessationi sofferte per lo spazio di anni undici , e per la costante sua vocatione in religioso stato , nel qual tempo ha avuto più , e più aperture di cambiarlo , potrebbero l'EE.VV. consolarlo , colla dispensa dell'irregolarità , nella quale è incorso , e ammetterlo all' Altare , poichè si ritrova capace di dottrina , camina cogli habiti esemplari , e vive con ottimi costumi .*

His itaque Episcopi Marascæ relationibus fretus Orator, post iteratas supplicationes sanctissimo D. N. porrectas , & semper a sanctitate sua huic Sac. Congregationi remissas, instat hodie ex juribus , quæ cumulatè ipsius nomine circumferentur , ab EE.VV. responderi .

I. *An constet de irregularitate in casu &c.* & quatenus affirmative .

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.*

Reliquæ non propositæ .

Sess. 24. c. 18. de Ref.

CIVITATIS CASTELLANÆ ELEEMOSYNÆ MISSARUM : Ortensia Victoria Falaschi in testamento sub annum 1717. condito universalem in Bonis sibi a Thoma Pensoli Viro suo prædefuncto relictis , & ad valorem scut. 600. ascendentibus hæredem scripsit Venerabilem Ecclesiam sub titulo S. Antonii Patavini , quæ in quodam prædio prope Terram Vallerani , & ad Laurentium Spreca pertinente sita repetitur : „ col peso però (sunt verba Testamenti) che detto „ Signor Lorenzo , e suoi figli , eredi , e successori in infinitum deb„ bano delle rendite di detta Eredità far celebrare tante Messe in „ perpetuo a ragione di baiocchi 30. per Messa da Sacerdoti ad arbi„ trio di detto Signor Lorenzo , e suoi &c. , o in detta Chiesa di „ S. Antonio , o nell'altare di S. Maria in S. Vittore Juspatronato di „ d. Signor Spreca , ove sta riposta la reliquia di detto Santo „ adjectaque etiam lege „ che a detto Signor Lorenzo , e suoi non si possa „ mai riveder conti intorno le rendite di d. eredità , ma si stia pura„ mente alla sua coscienza tanto per le rendite , come della celebra„ zione delle Messe .

Defuncta Testatrice , Petrus Antonius , & Raymundus Filii antedicti Laurentii Spreca memoratam hæreditatem nomine dictæ Ecclesiæ S. Antonii adierunt ; sub annum vero 1739. supplicem sacræ Congregationi porrexerunt libellum . quo postularunt , sibi impertiri facultatem „ di far celebrare le dette Messe delle rendite di detta Ere„ dità con la consueta elemosina di un giulio per Messa, o di poter im„ piegare il restante del fruttato annuo di d. eredità in Beneficio , e „ per li bisogni , e spese di d. Chiesa „ pluresque in eum finem expo„ suerunt rationes , quas late resumens Episcopus in sua relatione , cen„ set „ Mentem Testatricis talem fuisse , ut noluerit per illa verba : „ a ragione di bajocchi 30. per messa „ assignare sacerdoti celebranti

obulos

„obulos triginta pro qualibet, & ſic earum elemoſynam determinare „ ſed quidem voluerit taxare numerum Miſſarum in quantitate non „ utique fixa, & invariabili, ſed modo majori, modo minori ad „annui fructus eorumdem Bonorum rationem, menſuram, & pro- „ portionem.

Summam autem rationum, quas Oratores in ſupplici libello expoſuerunt, & Epiſcopus in ſua relatione recenſuit, in his potiſſimum verſatur, quod Teſtatrix perſonam Cappellani Miſſas celebraturi non fuerit contemplata, dum non juſſit eum nominari ex familia ſibi ſanguine conjuncta, ſeu affecta, ſed reliquerit Laurentio, iſtiuſque filiis, & ſucceſſoribus plenum arbitrium celebrari faciendi dictas Miſſas; ſecundo, quod Cappellanus debeat, juxta facultatem hæredibus in Teſtamento tributam, eaſdem Miſſas, vel in dicta Eccleſia S. Antonii, vel in Parochiali Terræ Vallerani, abſque ulla incommoditate celebrare, itaut non concurrat peculiaris aliquis labor, qui dignus ſit ſtipendio triginta obulorum pro qualibet Miſſa; tertio, quod ſæpedicta Eccleſia S. Antonii nullum ſentiat commodum ex dicta hæreditate, cum tamen fuerit hæres inſtituta; quarto, quod eadem Eccleſia quocumque alio reditu careat, & reperiatur in ſumma egeſtate, cujus probe conſcia Teſtatrix eidem conſulere voluiſſe præſumitur; & quinto demum, quod in majorem Dei cultum ceſſurum ſit, ſi cum ſtipendio unius tantum julii Miſſæ celebrentur, reliqui verò hæreditatis reditus in Eccleſiæ Beneficium erogentur.

Quæſtionem hanc fuſe tractant *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.2.cap.4. num.27. & ſeqq.*, *& Paſqualig. de ſacrific. nov. Leg. Tom.2. quæſt.968. cum plurib.*, pluresque extant Reſolutiones hujus Sacræ Congregationis collectæ in folio diei 16. *Junii* 1731. *in una Romana Eleemoſynæ Miſſarum*: Ea vero quæ juxta facti ſpeciem ibi relatam ad deciſionem præſentis cauſæ videtur magis conferre, & cui potiſſimè innititur ſcribens pro Eccleſia S. Antonii, eſt declaratio edita die 3. Auguſti 1658. *in Romana Legati*, in qua diſputato dubio: *An Sacerdoti celebranti pro Anima Teſtatoris debeatur eleemoſyna Juliorum trium in ſingulis Miſſis, ſive potius eleemoſyna ſolita unius Julii, & reliquum cedat commodo Eccleſiæ*; Sacra Congregatio reſpondit; *Deberi celebranti ſolitam eleemoſynam tantum reliquum vero cedere ad commodum Eccleſiæ*: Omnibus ergo penſatis grave non erit EE.PP. declarare.

An Sacerdoti celebranti debeatur eleemoſyna Juliorum trium in ſingulis Miſſis, ſive potius eleemoſyna ſolita unius Julii, & reliquum cedat commodo Eccleſiæ in caſu &c.

Die

Die Sabbathi 15. Decembris 1742.

Rogantur EE. PP., resumpto Folio novissimæ Congregationis habitæ sub diem 24. Novembris nuper elapsi, tres Causas mox describendas, quarum primæ resolutio, dilationem postulantibus Canonicis secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis, hodierno examini fuit reservata, reliquarum verò propositioni tempus non suffecit, in præsenti confessione decidere.

VITERBIEN.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

I. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis veniant sub nomine capituli, itaut una cum Archipresbytero, & Canonicis primæ erectionis unicum corpus constituant.*

II. *An Canonici secundæ, tertiæ, & quartæ erectionis debeant admitti ad participationem omnium emolumentorum, & distributionum provenientium ab exercitio curæ animarum, & a Legatis piis tam Missarum, quam anniversariorum relictorum a Testatoribus ante erectionem dictorum novorum Canonicorum, seu potius participare debeant de relictis atntum post novas erectiones*, Et quatenus negative quoad primam partem.

III. *An iidem Canonici novi teneantur interesse choro dum adimplentur onera perpetua spectantia ad antiquos tantum canonicos.*

IV. *An iidem canonici novi participare debeant de legato annuo relicto capitulo ab Olimpia Padovani.* Et quatenus negative.

V. *An teneantur interesse celebrationi Missæ solemnis, & aliarum functionum, quæ ab eadem Testatrice demandantur.*

VI. *An, & ad quæ onera, & expensas capituli concurrere debeant novi canonici in casu &c.*

VII. *An ab Archipresbytero, & a quibusvis canonicis debeatur media annata in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam. Ad III. affirmative. Ad IV., & V. negative. Ad VI. affirmative exceptis tantum oneribus, & expensis concernentibus exercitium curæ animarum, & legata, de quorum emolumentis non participant. Ad VII. Dilata.

Cap. 12. sess. 24. de Ref.

SPALATEN. IRREGULARITATIS.

I. *An constet de irregularitate in casu &c.* Et quatenus affirmative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu &c.*

Dilata ad primam.

CIVI-

CIVITATIS CASTELLANÆ ELEEMOSYNÆ MISSARUM.

An Sacerdoti celebranti debeatur eleemosyna Juliorum trium in singulis Missis, sive potius elemosyna solita unius Julii, & reliquum cedat commodo Ecclesiæ in casu &c. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

Negative ad primam partem, & affirmative ad secundam.

BONONIEN. LEGATI MISSARUM. Comes Carolus Blanchettus Sacerdos sub ann. 1648. hæredem sibi instituit Senatorem Cæsarem de Blanchettis; Nonnulla vero Legata reliquit Congregationi, quam vocant, Conviventium S. Gabrielis erectæ in Ecclesia omnium Sanctorum Civitatis Bononiæ, in qua eadem Ecclesia sibi sepulturam elegit. Scilicet ipsius Congregationis præcipua esse voluit quæcumque mobilia pro usu tamen, & ornatu Ecclesiæ, tres præterea tabulas pictas in hac ipsa Conviventium Ecclesia collocandas, quasdam item gemmas, necnon auri, & argenti species, ex quarum pretio emerentur duæ lampades argenteæ reponendæ in eadem Ecclesia. *Sess. 22. de obser. & evit. in cel. Miss.*

Jussit pariter, ex redditibus librarum sex mille quotannis memoratæ Congregationi persolvi libras quinquaginta erogandas in *servitium orationis*; Reliquum vero distribui pauperibus in festo omnium Sanctorum die, necnon in ipsa conviventium Ecclesia, ac denique Cæsari Blanchetto hæredi, ejusque substitutis perpetuum onus imposuit solvendæ hisce Conviventibus annuæ summæ librarum biscentum pro celebrandis totidem Missis de requiem in suffragationem Defunctorum familiæ ipsius Testatoris.

Quum autem Congregatio hæc S. Gabrielis fuisset ad exiguum Conviventium numerum redacta, sub annum 1719. qui in eadem Congregatione adhuc degebant Ecclesiam omnium sanctorum, omniaque jura ad ipsam spectantia condiderunt sororibus Tertiariis Servorum B. M.V. deindeque anno 1721. tres, qui tantum reliqui in eo vitæ consortio supererant, secum reputantes, legatum annuum librarum biscentum a Testatore Carolo Blanchetto ipsis conviventibus relictum pro celebratione Missarum, oneri potius ipsorum esse, quam commodo, itemque verisimilem Testatoris mentem fuisse, ut Missæ ejusmodi non alibi legerentur, quam in Ecclesia omnium Sanctor. hanc delegerunt, ibique statuerunt adimplendum fore imposterum earumdem Missarum onus, jure omni exigendi annuas libras ducentas a Testatoribus hæredibus in prædictas sorores translato.

Verumtamen quia Comes, & Senator Julius Gambalunga Blanchettus, ad quem compendium omne hæreditatis Caroli Blanchetti postremo devenit, eam pecuniæ quantitatem renuit sororibus Tertiariis persolvere, vel quia onus legati prædicti, ex quo collegium conviventium fuerit dissolutum, penitus cessaverit, vel quia, si adhuc durare judicetur, Missarum tamen celebratio alligata non sit Ecclesiæ omnium Sanctorum, sed liberum sibi esse debeat Ecclesiam, in qua legatum istud adimpleatur, seligere propterea memoratæ sorores Sacram hanc adiere Congregationem, a qua modò, post lacessitum consuetis judiciariis monitionibus memoratum Senatorem Blanchettum, demisse postulant, controversiam in Dubio inferius subnectendo comprehensam definiri.

Vi-

Vicarius Generalis Archiepiſcopalis Curiæ Bononienſis juſſus hac ſuper re S. Congregationem inſtruere, id renunciavit, ab anno ſcilicet 1719. quo Eccleſia omnium Sanctorum deſiit eſſe ſub Conviventium S. Gabrielis regimine, deſiiſſe pariter Miſſas, de quibus agitur, in eadem Eccleſia celebrari, ac Legatum pro earum celebratione a Comite Cæſare Patruo, & Comite Julio de Blanchettis Gambalunga perſolvi, propterea quod iſti exiſtimaverint, legatum hocce Miſſarum, utpote relictum conviventibus S. Gabrielis a tempore, quo eorum Congregatio defecit, pariter defeciſſe, Comitem vero Julium noviſſimè tantum pro ſecuritate conſcientiæ ſuæ ſuper ejuſmodi Legato tranſegiſſe cum Reverenda Fabrica Civitatis Bononiæ, expreſſa tamen adhibita proteſtatione, ſe per tranſactionem hanc haud quaquam Legati obligationem agnoſcere.

Monumenta autem, quibus Sorores Tertiariæ contendunt Miſſas iſtas in Eccleſia omnium Sanctorum Collegio ſuo a pluribus annis adjunctas eſſe celebrandas, in eo præcipue verſantur, quod tametſi verba Legati directa fuerint ad Congregationem S. Gabrielis, ſive illius conviventes, ex-ræſumpta tamen voluntate Teſtatoris cenſendum ſit, eos in Legato Miſſarum deſignatos fuiſſe, velut Rectores Eccleſiæ omnium Sanctorum, atque ita non ipſorum ſic conviventium intuitu, ſed ejuſdem Eccleſiæ ratione per *Text. in l. annua* 20. §. *Alia ff. de Ann. Leg.* ubi de Legato relicto *Sacerdoti*, *& Hierophilaci*, *& Libertis*, *qui in illo templo erant* reſpondit Scevola *Miniſterium quidem Nominatorum deſignatum*, *cæterum datum Templo*.

Sique ex eo tantum haud ſatis voluntas Teſtatoris eliceretur, manifeſta omnino hæc fiat, ex tumulatione proprii Cadaveris ibidem volita, nihil enim honeſtius, & Teſtatoris deſiderio conformius, quam quod Miſſæ ab ipſo relictæ celebrentur in Eccleſia, quæ ſuos cineres ſervat, uti probant *Panormit. conſ.*99. *Pignattell. conſ.*32. *nnm.*1. *tom.*3. *Paſqualig. de ſacrif. nov. leg. qu.*1050. *num.*3. *&* 4. *Piton. diſcept.*148. *num*,3., *& ſeqq.*

Accedunt præterea alia peculiaris dilectionis argumenta, quæ in præfatam omnium Sanctorum Eccleſiam exhibuit Teſtator, dum pluribus, nec exiguis Legatis curavit eam honeſtare.

His verò, ex quibus putant Sorores Tertiariæ, uberrime colligi ſpectatam unicè a Teſtatore fuiſſe ſæpedictam Eccleſiam, additur poſtremo ex quodam etiam æquitatis titulo haud alibi permittendam eſſe celebrationem Miſſarum, de quibus agitur, quia ipſæ tanta egeſtate premuntur (quemadmodum teſtatur, Prior Curatus S. Mariæ Servorum Civitatis Bononiæ) ut propriis ſumptibus, aliiſve eleemoſynarum ſubſidiis, quibus pro neceſſaria vitæ ſubſtentatione a piis Benefactoribus donantur, quotidianum Miſſæ ſacrificium nequeant omnino ſibi parare.

De Legato Miſſarum, quando relictum dicatur intuitu Eccleſiæ, ve[l] Perſonarum, ad quas verba legati diriguntur, tractant *Panimol. dec.*98. *adnot.*2. *num.*13. *Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib.*6. *tit.*14., *& lib.*8. *tit.*6. *num.*23., *& Rot. cor. Seraphin. dec.*1116., *& cor. Cavaler. dec.*498.

Placeat igitur EE. VV. declarare.

An Miſſæ, de quibus agitur, celebrandæ ſint in Eccleſia omnium San-

torum , vel potius in Ecclesia beneviſa Hæredibus Teſtatoris in caſu &c.

Affirmative ad primam partem , & negative ad ſecundam .

VITERBIEN. PAROCHIALIS. Plures inter, qui propriæ facultatis ad animarum curam gerendam experimentum fecere in concurſu indicto pro vacante Parochiali Eccleſia S. Andreæ in Piaſcarano Civitatis Viterbii, electus ab Epiſcopo fuit Clericus Antonius Colaina , id temporis , nec dum ætatem agens 25. annorum : Ab ea electione provocavit ad hoc ſupremum Tribunal Sacerdos Placidus Secoli alter ex oppoſitoribus: Hinc duplici ſub diem 11. præteriti Menſ. Aug. propoſito dubio: *An conſtet de irrationabili judicio Epiſcopi ſive potius ſuſtineatur collatio Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ in Piaſcarano ab eodem Epiſcopo facta favore Clerici Antonii Colaina* , & quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad ſecundam. *II. An, & cui dicta parochialis ſit adjudicanda in caſu &c.* Ad primum EE.PP. reſponderunt ; *Collationem ab Epiſcopo factam non ſuſtineri* . Alterius verò reſolutionem ad preces Sacerdotis Valentini Juſti ſuſpendendam fore judicarunt . *Seſſ. 25. c. 29. de Reg.*

Siquidem Sacerdos iſte , quum in concurſu fuiſſet ab examinatoribus approbatus ſibi quoque licere arbitrans , uti beneficio provocationis a Sacerdote Secoli interpoſitæ adverſus collationem ab Epiſcopo factam favore Clerici Colainæ ſpatium temporis imploravit ; quo poſſet edocere , ſe veluti cæteris digniorem in iſtius Parochialis Eccleſiæ aſſecutione fore præferendum .

Jam verò , ut id oſtendat , profert imprimis , ſe Civem eſſe Viterbii , ubi Parochialis Eccleſia S. Andreæ in Piaſcharano eſt ſita , per quadriennii tempus , poſt emenſum humaniorum literarum , ac Philoſophiæ curriculum impenſam a ſe fuiſſe Theologicæ facultati tum ſcholaſticæ , tum morali ſedulam operam , ſexies in concurſibus Parochialium Eccleſiarum ipſum fuiſſe idoneum renunciatum , ſemel , iterumque præ ceteris utpote digniorem fuiſſe ad eas electum , anno ſcilicet 1727. ad Vicariam perpetuam Eccleſiæ Cathedralis Viterbii , & anno 1737. ad Archipresbyteratum Eccleſiæ Tuſcanellæ , quo in munere omnes Paſtoris partes accurate , prudenterque ab eo fuiſſe geſtas , nonnulli Teſtes adfirmant , donec ob infeſti ſibi aeris cauſſam eumdem Archipresbyteratum cum penſionis reſervatione Patriam reverſurus dimiſit .

Addit ſubinde teſtimonia , quibus plurimum commendatur de Cantus Gregoriani peritia , de bene , rectèque expleto munere Confeſſarii tum ordinarii, tum extraordinarii Monialium, ac in ipſa etiam Cathedrali Eccleſia , in qua una omnium Canonicorum conſenſione fuerat ad id muneris electus , itidemque de ſæpius a ſe peractis per Adventus , & Quadrageſimæ tempora Concionibus , deque aliis ſpiritualibus exhortationibus ſive in Eccleſiis Monialium , ſive alibi cum plauſu , nec ſine animarum profectu habitis .

Ejuſmodi autem documentis inſtructus contendit Parochialem , de qua agitur , ſibi fore adjudicandam , tametſi Antonius Colaina per puncta vigintiquinque , Placidus Secoli per puncta viginti duo , ipſe vero per puncta viginti unum dumtaxat fuerit ab examinatoribus adprobatus . Nam præterquamquod de judicio , ac relatione examinatorum

conqueritur, id etiam propugnat, quod ſibi majores calculi doctrina recte probata ex datis reſponſionibus ad caſus propoſitos debuiſſent tribui. Subjicit præterea tum Clericum Colaina, tum Placidum Secoli ex eo præcipue ſibi fore poſtponendos, qui primus tempore concurſus ætatem aſſequendæ Parochiali idoneam nondum attigerat, deinde verò eadem Parochiali indignum ſeſe reddiderit, quum diu poſt factam pendente hoc judicio deputationem Œconomi, voluerit obfirmato animo Parochiales ædes inhabitare, fructus, & emolumenta Parocho debita exhigere, denunciationes matrimoniorum inſtituere, primum locum in publicis proceſſionibus occupare, & alia demum Parochi munia obire, quemadmodum bini Viterbienſis in quadam ſua jurata depoſitione recenſent: Alter vero utpote non Civis Viterbii, ſed loci Balneariæ indigena, ibique Beneficio curatojamdiu proviſus, & hodie demum in decrepita fermè ætate conſtitutus regendæ huic Parochiali haudquaquam ſit aptus.

Hæc eſt ſumma eorum, quæ in actionis ſuæ præſidium congeſta proponit Valentinus Juſti; Quibus autem meritis cohoneſtatos jam pridem ſeſe adſeruerint Placidus Secoli, & Antonius Colaina, repetendum erit ex Folio diſtributo pro Congregatione diei 21. præteriti Menſis Julii. Quoniam vero interea temporis prædictus Clericus Colaina pro obtinenda collatione hujus Parochialis curavit per organum Datariæ ſignari a Sanctiſſimo ſupplicationem nomine ſuo porrectam, ſubindeque ne eadem ſupplicatio relaxaretur, Sacerdos Secoli oppoſitorem ſe præbuit coram Eminentiſſimo Prodatario, a quo novæ iſtius controverſiæ deciſio fuit ad hunc Sacrum Senatum rejecta: Subſcriptis idcirco juxta collitigantium opportunitatem, & placitum duobus Dubiis, rogantur EE. PP. ponderatis tum veteribus, tum novis hinc inde juribus facile afferendis deliberare.

I. *An non obſtante reſolutione capta ſub die* 11. *Auguſti* 1742. *ſit relaxanda favore Antonii Colaina ſupplicatio Sanctiſſimo porrecta proviſionis Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ in Piaſcarano Civitatis Viterbii*; Et quatenus negative.

II. *An, & cui ſit adjudicanda dicta Parochialis in caſu &c.*

Ad primum negative. Ad ſecundum adjudicandam eſſe Placido Secoli.

Seſſ. 21. c. 4. de ref.

SEDUNEN. DISMEMBRATIONIS. Pro avertendis ſpiritualibus incommodis, quæ oriebantur ex diſtantia loci Champeriaci a Parochiali Eccleſia Vallis Illiacæ, & ex difficili ad eamdem acceſſu, Sedunenſis Epiſcopus ſub annum 1723. annuens deſiderio Populi Camperiacenſis ſimplex Eccleſiaſticum beneficium erexit ſub titulo S. Theoduli in Eccleſia ejuſdem nominis, ac in prædicto loco Champeriaci ſita, illudque ex redditibus ab eodem Populo collatis ditatum juſſit impoſterum conferri Sacerdoti, qui tam priori parochialis Eccleſiæ quam incolis Camperiaci acceptus foret, quique beneficium iſtud aſſecutus teneretur in ipſo Camperiaci loco reſidere, pueros ibidem literis inſtruere, Miſſæ ſacrum ter in hebdomada, ac præſertim feſtis diebus in Cappella S. Theoduli peragere, Parochi nomine Myſteria fidei populo exponere, Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, ac extremæ unctionis miniſtrare, & demum publicas ſupplicationes qualibet feria ſexta tempore Quadrageſimali, aſtivo autem ſingulis

ſecundis feriis habere. Illud verò cautum inſimul voluit Epiſcopus, ne ex ea beneficii erectione jus aliquod avulſionis populi Camperiacenſis a Communitate Illiaci poſſet contendi, vel quidquam detrimenti juribus Parochialis Eccleſiæ aliquando inferri.

Aſt anno 1740. autumantes Champeriaci homines non ſatis hoc pacto animarum ſaluti, ac ſpirituali ipſorum neceſſitati conſultum fore, ſeparationem ſuam a veteri Parochiali Eccleſia in Curia Epiſcopali poſtularunt, novamque in loco Champeriaci inſtitui Paræciam. Cui tamen inſtantiæ quum Parochus Illiaci ſeſe contradictorem præbuerit opponens, petitæ ſeparationi obſtare rem hactenus judicatam, decretamque jamdudum memorati beneficii erectionem, Epiſcopus pronunciavit contentionem hanc *habere aliquam rei judicatæ ſpeciem adeoque Camperiacenſibus nullum jus competere aliquid petendi, quod Eccleſiæ, & Prioratui Illiacenſi præjudicare poſſit.*

Ab ejuſmodi ſententia provocarunt Camperiacenſes ad Tribunal Apoſtolici Nuncii apud Helvetios. Verum & is illorum petitionem rejecit, ratus nimirum ex inſtitutione Cappellani, ſive Vicarii ab Epiſcopo anteceſſore facta ſatis jam Parochianorum indigentiæ proſpectum eſſe. At hiſce judiciis nondum acquieſcens populus Champeriaci, curavit negocium iſtud ad hanc Sacram Congregationem deferri, utque voti compos ſuper poſtulata diſmembratione facilius efficiatur, paratum ſe offert proprio ære congruam reditnum portionem pro dote novæ Parochiæ conſtituere, prætereaque adſignare Parocho Illiacenſi tantumdem proventum, quot ob incerta emolumenta novo Parocho obventura ad congruam, commodamque ejus ſuſtentationem poſſent fortaſſe deficere; Quum de eætero populus ipſe conſtanter aſſeveret, Parochum Illiacenſem ſatis reditibus cumulatum remanere, tametſi altera Parochialis erigatur.

Juſſus hac ſuper re Nuncius Apoſtolicus ad Helvetios Sacram Congreg. inſtruere poſt confirmatam rei ſeriem hactenus enarratam, inquit Camperiacenſes ob plura ibidem recenſita rationum momenta immerito controverſam ſeparationem poſtulare, ſe vero libenter calculum ſuum adjeciſſe ſententiæ Epiſcopi Sedunenſis, qui illam denegavit; *Quod his præſul ſit profecto, qualis ab Apoſtolo deſideratur, & miniſterium impleat cuſtodiendo vigilias noctis ſuper Gregem ſuum, ab ipſo propterea commendatus ſemper, & commendandus*; Proptereaque ad abſolutam geſtorum coram ſe narrationem refert, eoſdem Champariacenſes, apud ipſum inſtetiſſe, *ut ſepoſito primario, & judicialiter deciſio Articulo Diſmembrationis, cui ultro ceſſiſſent, aliquot levarentur gravaminibus, imo verius nonnullis augeretur prærogativis eorum Eccleſia Filialis, ex quibus authumabant, nullum Parocho, & Matrici Eccleſiæ irrogari damnum, ſibi verò ingens commodum, & emolumentum; At perfunctus ego* (ſubdit laudatus Nuncius Apoſtolicus) *per definitivam ſententiam officio meo inſtantiam rejeci ad loci ordinarium, qui pro ſui arbitrio, zelo, ac paſtorali ſollicitudine mandaret, atque ſanciret quidquid in Domino magis noſcet expedire: Nihil vero ab ipſo, quod mihi conſtet, fuit Champaricenſibus adjudicatum.*

Hæc habuit præfatus Nuncius in ſua relatione ſub die 28. Februarii currentis anni ad hanc Sacram Congregationem tranſmiſſa; Noviſſime vero Ballivus, ac Senatus Reipublicæ Valleſiæ ſub diem 4. Julii pro-

ximè præteriti ad eosdem EE. PP. in hæc verba scripsere; *Etsi de tanti Tribunalis æquitate, & summa rectitudine judicii minime diffidamus, non tamen absque animi dolore cognoscimus Camperiacenses homines subditos nostros causam suam in hino Tribunali jam agitatam deferre ad EE. VV. pro evincenda separatione ab Ecclesia Illiacensi Diœcesis Sedunensis: Namque licet omnino speremus pro ea, quæ ab EE. VV. omnia definiuntur, æquitate separationem ejusmodi non esse admittendam, Jupersedere tamen non potuimus, quin harum serie EE. VV. indicaremus separationem illam Subditis nostris Illiacensibus cessuram esse in præjudicium ingens quoad temporalia, consequenter, & in nostrum detrimentum, necnon ipsius Episcopatus Sedunensis, utpote jus patronatus in Ecclesiam parochialem Illiaci possidentis. Quamobrem ad evitandas damnosas sequelas, confidemus prætensæ ejusmodi separationi locum non esse dandum.*

Quia tamen adhuc animum non despondent Champariacenses, suamque petitionem magnopere urgent in hoc sacro consessu proponi, & è diverso Rector Parochialis Ecclesiæ Vallis Illiacæ, populusque ejusdem Villæ, qui de cætero controversam dismembrationem ægro prorsus animo ferrent, nihil hactenus adversus illam, sumptibus forte parcentes, deduci curarunt ne EE. PP. lateret quidquid in causa est, visum fuit operæ pretium, eorumdem oculis prædictarum epistolarum summam subjicere, unde omnibus recte pensatis consultissimum, uti moris est, prodeat oraculum.

An Populo Villæ, & Territorii Champeriaci satis consultum sit per deputationem Presbyteri juxta instrumentum fundationis stipulatum authoritate Ordinarii; seu potius sit locus dismembrationi Ecclesiæ Parochialis Vallis Illiacæ, & respective erectioni novæ Parochiæ in Capella, seu Oratorio ejusdem Villæ Champeriaci in casu.

Affirmative ad primam partem, addita Presbytero deputato facultate facultate sepeliendi cadavera in Oratorio Villæ Champeriaci, reservatis tamen Parocho emolumentis.

Sess. 24. c. 6. de ref.

TERMULARUM. Quum modernus Termularum Episcopus Presbyteris consortialibus Ecclesiæ Collis Nisii vetuerit, ne auderent Sacerdoti in alterius demortui locum sufficiendo possessionem, sua prius non habita approbatione, tradere in dicta suspensionis a Divinis pœna, si ab iis quidquam contra ejusmodi præceptum contingeret attentari, instructa subinde fuit judiciaria contentio in hoc sacro Consessu super instantia memorati præcepti, discussoque Dubio: *An spectet ad Episcopum confirmatio electi, & in posterum eligendorum a Consortialibus Sanctæ Mariæ Majoris Collis Nisii in casu &c.*, sub diem 12. Augusti superioris anni rescriptum fuit *Affirmative*.

Adversus hanc resolutionem reclamarunt memorati Presbyteri, qui nuper admissi ad beneficium novæ Audientiæ, novis hodie cumulatis documentis, EE. PP. enixe rogant deliberare.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, ita tamen ut confirmatio sine gravi, & legitima causa nequeat ab Episcopo denegari, & gratis omnino concedatur.

Sess. 24. c. 12. de reform.

JUVENACEN. Post susceptum a moderno Antistite Juvenacensis Ecclesiæ regimen, plura, nec levia inter ipsum, suæque Cathedralis Canonicos excitata sunt jurgia, quorum haud modicam partem exhibet

bet longa Dubiorum ſeries mox adnectenda in iteratis Collitigantium contradictoriis de more ſubſcripta.

Ex iiſdem porrò Dubiis coniicitur quæſtiones ferme omnes ad ſpolium Anteceſſoris Epiſcopi Chiurliæ, ad ejuſdem ſpolii adminiſtrationem, necnon ad quaſdam alias pertinere exactiones, quarum jus ſibi eſſe contendit Epiſcopus, & e diverſo negat Capitulum, quod poſtremo id quoque poſtulat, ut exemptio ſibi a juriſdictione Epiſcopi, ſaltem donec lites omnes cum illo non fuerint abſolutæ, concedatur.

Effuſa utrinque proferentur jura, quibus inſpectis rogantur EE. PP. ſapienti, quo ſolent, oraculo reſpondere.

I. *An modernus Epiſcopus teneatur reſtituere Eccleſiæ Cathedrali Juvenacen. ducata 716. provenien. ex ſpoliis bon. mem. Chyurliæ Epiſcopi Prædeceſſoris?*

II. *An ipſe teneatur reſtituere paramenta ſacra per dictum Epiſcopum Chyurlia relict. præfatæ Eccleſiæ Cathedrali?*

III. *An teneatus d. Eccleſiæ Cathedrali reficere damna ei illata per deteriorationem eorumdem Paramentorum?*

IV. *An teneatur reſtituere d. Cathedrali mobilia provenientia ex Spoliis d. Epiſcopi Chyurliæ, & reficere damna pro conſumptis?*

V. *An teneatur reſtituere duas vineas, & Stabulum vulgo Lamione provenien. ex d. Spoliis una cum fructibus a d. Epiſcopo perceptis?*

VI. *An teneatur reſtituere duas mulas pertinentes ad dicta Spolia?*

VII. *An inſuper teneatur reſtituere omnes pecunias dictorum Spoliorum erogatas in Fabricis, ſeu Ædificiis*, & quatenus negative.

VIII. *An ex dictis Fabricis, ſeu Ædificiis ſint auferenda ſeu abolenda Stemmata dicti Epiſcopi?*

IX. *An dicta Stemmata ſint abradenda a Lampadibus, aliiſque Suppellectilibus factis cum pecuniis dictorum Spoliorum?*

X. *An pecuniæ erogatæ in conſtructionem Altaris marmorei in Eccleſia Cathedrali cedere debeant ad damnum Epiſcopi, ſive potius ſubſtineatur annuus cenſus ſcut. 24. impoſitus ſuper Bonis ſpoliorum Epiſcopi Chyurliæ.*

XI. *An annualitates dicti cenſus decurſæ ab anno 1739. uſque, & per totum annum 1741., ac perſolutæ ex pecuniis dd. ſpoliorum ſint reſtituendæ.*

XII. *An Domus per d. Epiſcopum aſſinata ad uſum ſcholæ, & altera per ipſum titulo eleemoſynæ tradita Joanni Turturi ſint reſtituendæ dictæ Eccleſiæ Cathedrali?*

XIII. *An fructus, ſeu penſiones dictorum Domorum hucuſque decurſæ ſint ſolvendæ per d. Epiſcopum.*

XIV. *An, & a quo ſit reddenda ratio adminiſtrationis dictorum Spoliorum geſtæ de tempore ſedis Epiſcopalis vacantis per obitum d. Epiſcopi Chyurliæ.*

XV. *An Æconomus, ſeu exactor præfati Epiſcopi tanquam Sacerdos Conſortialis, atque participans lucretur diſtributiones quotidianas quando eſt abſens, & d. Cathedrali Eccleſiæ non inſervit.*

XVI. *An memoratus Epiſcopus habeat Jus exigendi quotannis a Capitulo d. Eccleſiæ Cathedralis ducatos centum?*

XVII. *An ipſe in cauſis criminalibus valeat exigere mulctas, ſeu pœnas pecuniarias non obſtante Decreto d. Epiſcopi Chyurliæ illarum exactionem interdicente*, & quatenus affirmative. XVIII. *An*

XVIII. *An teneatur restituere d. Ecclesiæ Cathedrali Bona sibi relicta in compensationem dictarum pœnarum.*

XIX. *An Capitulo, & Canonicis d. Ecclesiæ Cathedralis sit concedenda exemptio in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 12. de ref.

JUVENACEN. Decretorum. Alia itidem inter Juvenacensem Episcopum, & Cathedralis Ecclesiæ suæ Capitulum vigent controversiæ, quibus occasionem præbuere tria decreta ab eodem Episcopo edita, dum anno 1739. Sacram ipsius Cathedralis Visitationem peragebat. Tria ista decreta sub cap. 17. 20., & 21. inter alia plura reperiuntur descripta. Eorum vero summa est.

Primo, quod procurator Capituli eligi quotannis debeat per secreta suffragia decimaquinta die Augusti, oblitterato Prioris nomine, quo is antea donari consueverat, neque ullus ex Canonicis, sed alii dumtaxat Præsbyteri ex numero Participantium, eo Procuratoris munere perfungi queant, uti hactenus in more positum fuit. Secundo, quod Sabbathi quaque die ad imaginem Deiparæ Virginis *di Corsignano* publice recitentur Sacratissimi Rosarii preces, iisque absolutis pia quædam habeatur Conciuncula per Sacerdotem ab Episcopo deputandum cum honorario sex ducatorum persolvendo in singulos annos ex bonis spolii Antecessoris Episcopi Chyurliæ. Tertiò quod ex iisdem bonis constituenda quoque sit annua summa ducatorum trium Cappellano Ecclesiæ Sanctissimi Crucifixi, necnon congruum aliquod stipendium ei, quem Episcopus ipse ad gerendam spolii administrationem delegerit, quidquid verò ex memorato spolio supererit, id omne juxta Bullæ Innocentianæ præscriptum debeat applicari Fabricæ, aliisque usibus necessariis Cathedralis Ecclesiæ, ut eidem Episcopo, adhibito tamen consilio Capituli magis expedire videbitur.

Quid autem in hisce Decretis displiceat Capitulo, tum Dubia inferius describenda, tum & clarius jura per Defensores ejusdem Capituli explicanda patefacient. Perpensis vero etiam momentis Episcopi decidendum est.

I. *An Decreta Episcopi Juvenacen. edita die 31. Maii 1739. in Sac. Visitatione, nempe decimum septimum, vigesimum, & vigesimum primum sint exequenda, & observanda,* & quatenus negative.

II. *An liceat Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Juvenacen. eligere in Procuratorem unum ex dictis Canonicis, vel potius teneatur eligere unum ex Presbyteris participantibus?*

III. *An idem Procurator legittimè electus possit nuncupari Prior, juxta dispositionem Statuti dictæ Ecclesiæ Cathedralis?*

IV. *An spolia bon. mem. Episcopi Chyurliæ Prædecessoris possint applicari in Honorarium Concionatoris, & stipendium Cappellani pro tempore Ecclesiæ SS. Crucifixi?*

V. *An item applicari possint in usum Fabricæ d. Ecclesiæ Cathedralis?*

VI. *An applicatio dictorum Spoliorum fieri possint ab Episcopo cum sola scientia Capituli dictæ Ecclesiæ Cathedralis, vel potius requiratur expressus consensus ejusdem Capituli?*

VII. *An, & ad quem spectet electio Procuratoris, seu Administratoris dictorum Spoliorum in casu &c.*

Dilata ad sequentem. IN-

INDEX

CONCLUSIONUM, & RESOLUTIONUM,

Quæ in singulis Foliis Anni 1742. *fuerunt adnotatæ.*

A

ACceptatio, vel repudiatio alicujus legati facta extra statutum tempus culpa officialium a licujus Ecclesiasticæ Fabricæ, cui dictum legatum relictum erat, neque Ecclesiæ, neque pio operi ullum affert damnum, *pag.*28. §. *Officiales in fin.*

Adimplementa oneris Missarum sufficiunt repeti tantum ex celebrare debentium conscientia, illorumque attestationes satis Missarum celebrationem probant, *pag.* 13. §. *E contra med.*

Administratoribus Reverendæ Fabricæ non aliter jus est transigendi super legatis omnibus ad pias causas relictis, quam si & dies, & conditio adimplendæ moruentium voluntatis advenerit, *p.*71. §. *Inquiunt.*

Ætatem a jure præscriptam non habens, nequit ad alicujus beneficii assequutionem promoveri, *pag.*110. §. *Porro circa med.*

Alimentorum jus veluti sistens in solo usu, ita inhæret ossibus alimentarii, eumque tantum respicit, ut minime in alium possit transferri, *pag.*64. §. *Contra.*

Annua vacatio trium mensium, alias inservire per alternativam competit unicuique tam Cathedralium, quam Collegiatarum Capitulo, juxta id, quod disponitur a Sac. Trid. Concil. *Sess.*24. *cap.*12. *de ref. p.*26. § *Contra vero in princ.*

Applicatio plurium subsidiorum dotalium, vel reddituum complurium annorum ad constituendam dotem alicui puellæ de familia Testatoris ex Sedis Apostolicæ beneplacito facile conceditur, ut ex pluribus exemplis citatis in *pag.*77. §. *Verum in med.*

Approbationis, seu deputationis literis Archiepiscopi nedum muniri debent Regulares ad obeundum prædicationis officium ab Universitate nominati, verum etiam tenentur eas Vicario foraneo exhibere, qui eos ita electos, ac probatos esse agnoscat, *pag.*53. & *seq.* §. *Promotor circa med.*

Archiepiscopo spectat Regularibus Concionatoribus in Ecclesiis suo Ordini minime addictis licentiam tribuere, & si ei visum fuerit expedire potest etiam per examen illorum idoneitatem scrutari, *pag.*104. §. *Ad primum in med.*

Attestatio Sacerdotis celebrare debentis sufficit ad Missarum oneris adimplementa probanda, *pag.*13. §. *E contra.*

Auctorita Judicis tantum potest contrahere super alimentis, quæ testamento, vel codicillis fuerint relicta, scilicet ad præcavendas fraudes, sive improvidas distractiones, ex quibus remaneat alimentarius necessario alimentorum subsidio destitutus, *pag.*64. §. *Contra.*

Auctoritate sua ordinaria Episcopus nequit honorifico habitus signo beneficiatos simplices, Portionarios, aliosque Clericos decorare, *pag.*112. §. *Quod autem.*

B

BAptismales Ecclesias in una, eademque terminatione, sive Paræcia retineri dispositione sacrorum Canonum vetitum est, *pag.*124. & *seq.* §. *Præter.*

Baptismalis Fons in Ecclesia licet non Parochiali repertus aliquando potest contingere, quod gratia, ut ibidem de consensu Ordinarii, & aliorum quorum interest de novo construatur, *pag.*25. §. *Plura circa med.*

Benedicere mulieres post partum, illasque ad purificationem admittere possunt fratres Carmelitæ servatis semper præperatum arbitriis eligendi Ecclesias sibi ipsis beneviſas, *pag.* 6. §. *Utramque facultatem in princ.*

Benedictionem ab Episcopo Diœcesano petere debet Regularis concionator in Ecclesia suo Ordini addicta prædicare volens, & quamvis eam non obtinuerit hoc sufficit ad sui officii adimplementum, *pag.* 55. §. *At e diverso pag.*104. & *seq.* §. *Quod si in fin.*

Hic autem obstrictus non est antequam prædicationis officium subeat coram Vicario foraneo se sistere, eique benedictionis, seu approbationis ab Archiepiscopo impetratæ documentum exhibere, *ibidem circa medium.*

Beneficiarii Clerici, & Canonici pro reparatione propriæ Ecclesiæ ad medæ annatæ solutionem cogendi sunt juxta præscripta in *pag.*59. §. *Quum autem.*

Hoc autem non viget in casu, quo dicta Ecclesia sit juris patronatus, tunc enim ejusdem reparatio omnino spectare videtur ad Patronos, ex relatis in *pag.*52. §. *Hac itaque in princ.*

Beneficiatos simplices, Portionarios, aliosque Clericos ex ordinaria sua auctoritate, Epis-

Episcopus nequit honorifico habitus signo decorare, *pag.*112. §. *Quod autem*.

Beneficii collatio, quæ fiat non habenti ætatem a jure præscriptam viribus haud quaquam subsistit, *pag.*110. §. *Porro*.

Bona quæ vi vulgatæ Constitutionis Innocentianæ incipien. *Inscrutabili* debent in Cathedralis beneficium erogari Episcopo nequaquam conceditur pro suffragatione propriæ animæ impendere ita ex *pag.*28. § *Testamentariam*.

C

CAnonici, aliique Clerici beneficiarii pro reparatione propriæ Ecclesiæ ad mediæ annatæ solutionem cogendi sunt; juxta præscripta in *pag.*59. §. *Quum autem*, Hoc autem non viget in casu quo dicta Ecclesia sit Juris patronatus, tunc enim Ecclesiæ reparatio omnino ad patronos spectare videtur ex adductis in *pag.*60. §. *Hoc itaque in princ.*

Canonicis divina officia celebrantibus, omnes ex Clero Urbano pluvialibus induti tenentur adsistere, *pag.*80. §. *Contendunt*.

Canonicus, qui prior dignitatem est adeptus præcedentia in functionibus Canonicalibus, Capitularibus, & Ecclesiasticis ab aliis distinguitur, *pag.*52. §. *Sub hac*.

Cantor ab Episcopo uti simplex officium institutus nullum peculiarem supra ceteros suæ Ecclesiæ portionarios honorem habet; Officium enim absque præcedentia, & jurisdictione in mera Ecclesiasticarum rerum administratione consistit, ut legitur in *pag.*112. *& seq.* §. *Si cantoratus*.

Carmelitarum Ordinis Patres, possunt in propriis Ecclesiis benedicere mulieres post partum, illasque ad purificationem admittere, servato tamen semper illarum arbitrio eligendi Ecclesias sibi ipsis benevisas uti colligitur ex *pag.*6. §. *Utramque facultatem in princ.*

Cathedralium æque ac Collegiatarum Capitulis comperit vacatio annua trium mensium, alias insequente per alternativam juxta dispositionem S. Trid. Concilii, *pag.*26. §. *Contra vero in med.*

Cathedraticum ab unaquaque Ecclesia Episcopo subjecta in summa duorum solidorum alias duorum scutorum Romanorum solvi debet, *pag.*43. §. *censet circa med.*

Celebratio Missarum a Testatore in animæ suæ suffragium relictarum debet fieri in Ecclesia, quæ suos cineres servat, *pag.*144. §. *De legato*.

Clericus a Summo Pontifice sacris ordinibus initiatus ceteros ab inferioribus Episcopis ordinatos debet antecellere, *pag.*52. §. *Secundo in med.*

Collatio alicujus Canonicatus a Summo Pontifice alicui facta, non titulum modo, sed & possessionem tribuit: Princeps enim sola concessione possessionem æque transfert, ac dominium, *pag.*52. §. *Sub hac igitur*.

Commutatio legati Missarum certa in Ecclesia, ac festis diebus ad implendi in erectionem Cappellaniæ variis sub legibus proposita, eaque præsertim libertatis eligendi locum, in quo Missæ deberent persolvi, denegata fuit a S. Congregatione, ut videre fas est, in *pag.*131. §. *Petitio in med.*

Concionatores etiam regulares in propriis Ecclesiis prædicaturi, postquam ab Archiepiscopo probati fuere, hujus approbationis documentum Vicariis forancis debent ostendere, *pag.*53. *& seq.* §. *Promptor in medium*.

Culpa quæcumque ab Officialibus alicujus Ecclesiasticæ fabricæ admittatur circa acceptationem, aut repudiationem alicujus legati factam extra decretum tempus, hæc neque Ecclesiæ, neque pio operi fabricæ nocere potest, *pag.*27. §. *Officiales*.

D

DEcimarum exemptionis privilegio quocumque non obstante omnia prædia ad Monasteria Monialium Mendicantium obvenientia primævo decimarum oneri subjiciuntur, *pag.*35. *& seq.* § *Præpositus in fine*.

Secus autem in Monasteriis, quorum redditus congruæ uniuscujusque Monialis sustentationi non sufficiunt, *p.*36. § *Neque*.

Diebus festis solemnibus debent Parochi docere suos populos ea, quæ scire oportet ad salutem, & enunciare vitia, quæ declinare, & virtutes quas sectari oporteat, *p.*108. §. *Onus*.

Diœcesano Episcopo spectat indulgentias, & Jubilea, necnon Monitoria sub excommunicationis pœna pro rebus deperditis, atque occultis revelandis, ceteraque id generis publicare, *pag.*99. §. *Plurimum in medium*.

Diœcesanus Episcopus debet ceteris inferioris classis Prælatis exemptis superesse quoad conferendos ordines, visitandas Ecclesias, & personas, cæteraque ad jus suum peculiariter spectantia, *pag.*99. *& seq.* §. *Plurimum in med.*

Dispositio Testatoris quotiescumque solemnitatibus ad testamenti validitatem præscriptis destituta est, omnino irrita censetur, *pag.*27. §. *Testamentariam*.

Domicilium in aliqua habens Civitate, a ceteris in illa peregrinantibus secernitur, *pag.*92. §. *Contra vero*.

E

ECclesia, sive Hospitale, quodcumque, non obstante, quovis consuetudinis, aut beneplaciti Apostolici prætextu tenentur visitationi Episcopali se omnino subiicere juxta Decreta S. Conc. Trid. relata in *p.*67. §. *Nunc vero*, *& seqq.*

Ecclesia uti solemnia agnoscit vota illa tantum, quæ in aliqua ex religionibus ab Apostolica Sede approbatis juxta præscriptas solemnitates emittuntur, & illud castitatis, quæ facto cuique ordini est adnexum, §. *Hinc autem*.

Eleemosyna Missarum a Testatore certo pretio præfixa, an possit redigi ad solitam unius mi, ut reliquum cedat commodo Ecclesiæ celebrantis, vide resolutiones, & DD. citatos in *p.*141 §. *Quæstionem*.

Electio regularis Concionatoris in propria Ecclesia pro commoditate Universitatis, quæ eleemosynam solvat facienda est ab Episcopo, etiam si jus illud nominandi ad Generalem ordinis spectaret, *pag.*53. & *seq.* § *Promotor circa fin.*

Episcopus Diœcesanus debet ceteris inferioris classis Prælatis exemptis superesse quoad conferendos ordines, visitandas Ecclesias, & personas, ceteraque ad jus suum peculiariter spectantia, *pag.*99. & *seq.* §. *Plurimum in fin.*

Episcopus ex ordinaria sua auctoritate nequit honorifico habitus signo beneficiatos simplices, Portionarios, aliosque Clericos decorare, *pag.*134. §. *Quod autem*.

Episcopus debet facere electionem regularis Concionatoris in propria Ecclesia pro commoditate Universitatis, quæ eleemosynam solvat, etiamsi jus illum nominandi ad Generalem Ordinis spectaret, *pag.*53. & *seq.* §. *Promotor circa fin.*

Episcopus in visitandis Ecclesiis sibi subjectis ab unaquaque illarum Cathedratici nomine duos solidos, alias duo scuta Romana potest exigere. *pag.*43. §. *Censet circa med.*

Episcopus non potest in propriæ animæ suffragationem disponere de bonis illis, quæ vi vulgatæ Constitutionis Innocentianæ incipien. *Inscrutabili* : debent in beneficium Cathedralis erogari, *pag.*38. §. *Testamentariam in fin.*

F

Fidei rudimenta pueris ad Scholam accedentibus debent magistri ac præceptores ostendere, ut ex Bulla Leonis X. inter suas la 7. §. 32. Eisdem imponitur, *pag.* 129. §. *Onus*.

Fons Baptismalis in Ecclesia licet non Parochiali repertus, aliquando potest contingere quod gratia, ut ibidem de consensu Ordinarii, & aliorum quorum interest de novo construatur, ut advertunt DD. in *p.*125. §. *Plura*.

Fratres Ordinis Carmelitarum possunt in propriis Ecclesiis benedicere mulieres post partum, illas ad purificationem admittere, necnon etiam puerperas benedictione munire, servato semper puerperarum arbitrio eligendi Ecclesias, sibi ipsas benevisas, uti videtur in *pag.*6. §. *Utramque facultatem*.

Fratres Ordinum Prædicatorum, & Minorum ex clarissima Constitutione Bonifacii Octavi in Clem. *Dudum de Sepulturis* : Possunt in propris Ecclesiis liberam habere potestatem sepeliendi quoscumque ibidem tumulaeligentes, constat ex §. *Utramque facultatem pag.*6. *& seq.*

H

HAbens domicilium in aliqua Civitate ceteris in illa peregrinantibus secernitur, *pag.*92. §. *Contra vero*.

Hospitale, sive Ecclesia, quæcumque non obstante quovis consuetudinis, aut beneplaciti Apostolici prætextu, tenentur visitationi Episcopali se omnino subiicere, *p.*67. §. *Nunc vero, & seq.*

I

JUdex debet præfinire certum temporis spatium hæredibus, aliisve gravatis pro aliquapiæ voluntatis executione, vel pro impetranda ab Apostolica Sede illius commutatione, si ea nequeat executioni mandari, *pag.*75. §. *Inquiunt*.

Judicis auctoritas requiritur in transactione super alimentis, quæ testamento vel codicillis fuerint relicta, scilicet ad præcavendas fraudes, sive improvidas distractiones ex quibus remaneat alimentarius necessario alimentorum subsidio destitutus, *pag.*64. §. *Contra in med.*

Jure communi feudorum, imo etiam ex peculiaribus Leodensium legibus vetitum illis omnino est de bonis feudalibus testari, nisi accesserit licentia domini directi, eaque non impetrata ad agnatos defuncti feuda ipsa etiam quoad possessionem devolvuntur, *pag.*86. §. *Præter alia circa fin.*

L

LEgatum Missarum, quando relictum dicatur intuitu Ecclesiæ, vel personarum in illa adstantium, & ad quas verba legati diriguntur vide, *pag.*144. §. *De legato*.

Leodensium legibus peculiaribus, immo etiam jure communi feudorum vetitum est illis omnino de bonis feudalibus testari nisi accesserit licentia Domini directi, eaque non impetrata ad agnatos defuncti feuda ipsa etiam quoad possessionem devolvuntur, *pag.*86. §. *Præter alia circa fin.*

M

MAgistris omnibus, ac præceptoribus impositum est onus ex bulla Leonis X. Summi Pontificis inter suas la 7. §. 32. instruendi circa fidei rudimenta Pueros ad Scholam accedentes, *pag.*108, §. *Onus*.

Matrimonium contractum inter Catholicam, & Hæreticum, & e contrario cum pacto educandi sobolem exinde nascituram in hæresi, an sustineatur, late pertractant DD. in *pag.*135., *& seqq. §. Quod vero, & seqq.*

Missæ a Testatore in animæ suæ suffragium relictæ debent celebrari in Ecclesiis quæ suos Cineres servat, *pag.*144. *§. si quæ.*

Missarum eleemosyna a Testatore certo relicta pretio, an possit redigi ad solitam unius Julii, ut reliquum cedat Ecclesiæ celebranti, vide DD. & Resolutiones citatas, in *pag.*141. *§. Quæsitonem.*

Missarum legati Commutatio certa in Ecclesia, aut festis diebus adimpleudi in electionem Cappellaniæ variis sub legibus proposita, atque præsertim libertatis eligendi locum, in quo Missæ deberent persolvi denegata fuit a S. Congregatione, *pag.* 131. *§. Petitio.*

Missarum legatum quando relictum dicatur intuitu Ecclesiæ, vel personarum in illa adstantium, & ad quas verba legati diriguntur vide *pag.*144. *§. De legato.*

Missarum oneris adimplementa sufficiunt repeti tantum ex celebrare debentium conscientia, illorumque attestationes satis celebrationem probant, *pag.*13. *§. E contra.*

Monasteria Monialium Mendicantium, quodcunque obtinent prædium, non obstante quovis exemptionis privilegio primævo decimarum oneri manent obnoxia, *pag.*35. *& seq. §. Præpositus in fin.*

Hoc autem limitatur pro illis Monasteriis, quorum redditus congruæ unicuique Monialis substentationi haudquaquam sufficiunt, *pag.*36. *§. Neq.*

Monialibus cujuscumque Ordinis interdictum est, quoscumque Laicas personas in suis Ecclesiis sepelire, vel pro laicis sepulcra construere, *pag.*67. *§. Bin.*

Hoc autem viget, quæcumque adsit contraria consuetudo, *Ibidem.*

N

NEmo ad Parochialis Ecclesiæ regimen assumi potest, nisi quintum saltem, & vigesimum ætatis suæ annum attigerit, *pag.*110. *§. Porro.*

O

OFficiales alicujus Ecclesiasticæ Fabricæ quamcumque culpam admittant circa acceptationem, aut repudiationem alicujus legati factam extra debitum tempus, hæc neque Ecclesia, neque pio operi Fabricæ nocere potest, *pag.*8. *§. Officiales.*

Oneris Missarum adimplementum sufficiunt repeti tantum ex celebrare debentium conscientia, illorumque attestationes satis Missarum celebrationem probant, *pag.*13. *§. E contra circa med.*

Onus Parochorum est diebus saltem festis solemnibus docendi suos populos, ea quæ scire oportet ad salutem, & enunciandi vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, *pag.* 08. *§. Onus.*

Ordinarios locorum onus est Confraternitates Doctrinæ Christianæ ad Pueros in ea instruendos instituere juxta S. Pii V. Constitutionem, eædemque Confraternitates pluribus cumulate fuerunt indulgentiis a Summis Pontificibus ut refert, *pag.*108 *§. Onus.*

Ordinarius debet concedere licentiam incidendi arbores frugiferas ad aliquam Ecclesiam spectantes, aliter incidentes per veram, & propriam alienationem in censuras incurrunt, *pag.*24. *§. Nunc igitur.*

Ordinibus Fratrum Prædicatorum, & Minorum Conventualium ex Constitutione Bonifacii VIII *in Clem. dudum de Sepult.* conceditur, ut in propriis Ecclesiis liberam habeant potestatem sepeliendi quoscumque, ibidem tumulari eligentes, *§. Utramque facultatem pag.6. & seq.*

P

PArochialis ad Ecclesiæ regimen nemo potest assumi nisi quintum saltem, & vigesimum ætatis suæ annum attigerit, *p.*110. *§. Porro.*

Parochorum onus est diebus saltem Dominicis, & Festis solemnibus docendi plebes sibi commissas ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, & annunciandi cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, *pag.*108. *§. Onus.*

Parochus suo populo invitus, quamvis ex sua parte innocens foret; cogendus tamen ab Ecclesiæ servitio se abdicare, alioque congruo beneficio in prioris vicem esse contentum, si aliter bono pacis & spiritualium suarum periculo consuli nequaquam possit, *pag.*127. *§. Hinc autem in med.*

Parochus sub quo aliquod degit Monasterium tenetur sepelire puellas, sive quaslibet alias personas laicas, quæ vel famulatus, vel alia quacumque causa in monasteriis, sive Monialium, sive virorum decedunt, dummodo sepulchra majorum non habeant, *pag.*57. *§. Binis.*

Patribus Societatis Jesu vetitum est tradere Doctrinam Christianam in Ecclesiis Parochialibus invito Parocho; imo neque in aliis invito Titulari non obstante quacumque contraria consuetudine etiam nonagenaria, *pag.*109 *§. Sacra.*

Pecunia capitalis census quotiescumque per ipsius Capituli Procuratorem alienata, & in proprium usum conversa reperiatur, ille in pœnas ab Extravag. *A bi ipsi* comminatas incurrit, *pag.*24. *§. Civitatis*

Pœnam suspensionis meritò incurrit Sacerdos ille, qui non servata forma Bullæ incipien. *Speculatores* ad Sacros Ordines promotus est,

est, *pag.*3. §. *Nunc igitur*.

Pontifex collocando aliquem in Canonicatum, non titulum modo, sed & possessionem tribuit; Princeps enim sola concessione possessionem æque transfert, ac dominium, *pag.*52. §. *Sub hac igitur*,

Portionarios simplices Beneficiatos, aliosque Clericos houmtifico habitus signo ex auctoritate sua ordinaria Episcopus nequit decorare, *pag.*112. §. *Quod autem*.

Potestas libera conceditur Ordinibus Fratrum Prædicatorum, & Minorum Conventualium ex Constitutione Bonifacii VIII, in Clem. *Dudum de Sepult.* sepeliendi in propriis Ecclesiis quoscumque ibidem tumulari eligentes, *pag.*6. §. *Utramque*.

Præcedentia in functionibus Canonicalibus Capitularibus, & Ecclesiasticis illi debetur, qui prior dignitatem adeptus fuit, *pag.*52. *Sub hac*.

Præcedentia super ceteros ille Canonicus honorandus est, qui suum officium, vel Beneficium a majori, & dignori est consequutus, *ibid.* §. *Secundo*.

Quemadmodum etiam quisquis a Summo Pontifice Sacris Ordinibus decoratur Clericos alios ab Inferioribus Episcopis ordinatos debet antecellere, *ibid. circa fin.*

Præceptores omnes, ac Magistri, ut ex Bulla Leonis. X. Summi Pontificis inter suas la 7. §. 32. Pueros ad Scholam accedentes circa fidei rudimenta debent instruere, *pag.*108. §. *Onus*.

Prædia quæcumque ad Monasteri Monialium Mendicantium delata non obstante quocumque exemptionis privilegio, primævo decimarum oneri manent obnoxia, *pag.*35. *& seq.* §. *Præpositus in fin.*

Hoc autem limitatur pro illis Monasteriis, quorum redditus congruæ uniuscujusque Monialis substentationi, haud quaquam sufficiunt, *pag.*36 §. *Neque*.

Prædicatorum, & Minorum Conventualium Fratrum Ordinibus ex Constitutione Bonifacii VIII. *in Clem. dudum de Sepult.* conceditur ut in propriis Ecclesiis liberam habeant potestatem sepeliendi quoscumque ibidem tumulari eligentes, *pag.*6 §. *Utramque facultatem*.

Prælatis inferioris classis exemptis debet Episcopus Diœcesanus superesse, quoad conferendos ordines visitandas Ecclesias ceteraque ad jus suum peculiariter spectantia, *pag.*99. *& seq.* §. *Plurimum*.

Prælatorum Episcopo inferiorum species quotuplex sit late differunt DD. citati in *p.*98. §. *Porro*.

Prælatus ut a sui Diœcesani jurisdictione exemptus dicatur debet ostendere territorium suum prorsus avulsum a Diœcesi Episcopi, atque suo tantum spirituali regimini, ac potestati aliquo ex privilegio id manifeste jubente esse subjectum, *pag.*99. §. *Quæ sane*.

Procurator alicujus capituli, quotiescumque pecunias capitalis census alienavit, in propriumque usum convertit in pœnas ab Extravag. *Ambitiosæ* comminatas statim incurrisse legitur in *pag.*12. §. *Civitatis*.

Professionem religiosam irritam reddit morbus perpetuus, & incurabilis, eaque nullo umquam temporis intervallo potest convalescere si eadem semper causa irritans perseveret juxta tradita in *p.*83. §. *Hinc vero*.

Professio in aliqua non probata religione quoties ex voventis ignorantia est emissa, neque est valida ex defectu potestatis, neque voti simplicis effectum sortitur ex defectu voluntatis in eo qui professionem emisit, *pag.*42 §. *De hisce*.

Aliter autem sentiunt DD. in casu, quo novens sciverit religionem non esse approbatam; tunc enim censendus est sese voto simplici obstrinxisse ad regulare illud institutum servandum, *ibid.*

Puellæ sive quelibet alia persona laica, quæ vel famulatus, vel alia quacumque causa in Monasteriis sive virorum, sive Monialium, decedunt, tumulandæ sunt in sepulcris majorum, si habeant; sin minus in Parochia sub qua degit Monasterium, *p.*57. *& seq.* §. *Binis in fin.*

R

Religiosa professio ex morbo perpetuo, & incurabili irrita redditur, eaque nullo umquam temporis intervallo potest convalescere, si eadem semper causa irritans perseveret ita in *pag.*83. §. *Hinc vero*.

Regimen Ecclesiæ Parochialis nemo potest consequi, nisi quintum saltem, & vigesimum ætatis suæ annum attigerit, *pag.*110. §. *Porro*.

Regulares in Ecclesiis sui Ordinis prædicare volentes a propriis superioribus approbari, ab Episcopo vero benedictionem duntaxat petere debent, *pag.*53. *& seq.* §. *Promotor in med.*

Id tamen locum sibi non vindicat in casu, quo Regulares ipsi in Ecclesiis suo ordini addictis prædicent pro commoditate populi, a quo stipendium solvatur, & quando ad hoc ministerium non ex suorum Superiorum jussu, atque destinatione, sed ex alterius nominatione, sive delectu assumpti sunt, *ibid.*

Regulares ad obeundum prædicationis officium ab universitate nominati, nedum debent literis deputationis, seu approbationis Archiepiscopi muniri, verum etiam tenentur eas Vicario Foraneo exhibere, qui eos ita electos, ac probatos esse agnoscat, *pag.*53. *& seq.* §. *Promotor in fin.*

Regularibus Concionatoribus libera potestas est eleemosynarum largitionem, quam Christifidelibus in propria Ecclesia commendaverint ab iis colligere, suoque prorsus arbitrio distribuere quin ad ullam de ipsis rationem Vicario Foraneo reddendam compelli queant, *pag.*55. *& seq. At e diverso*.

Regularis Concionator in Ecclesia propria pro

pro commoditate Universitatis, quæ eleemosynam solvat, debet eligi ab Episcopo etiamsi jus illum nominandi ad Generalem ordinis spectaret, *pag.* 53. *& seq.* §. *Promotor circa med.*

Regularis Concionator in Ecclesia suo ordini addicta prædicare volens, benedictionem ab Episcopo Diœcesano petere debet, & quamvis eam non obtinuerit, hoc sufficit ad sui officii adimplementum, *pag.* 55. §. *At e diverso*, & *pag.* 104., & *seq.* §. *Quod si in fin.*

Hic tamen obstrictus non est antequam prædicationis officium subeat coram Vicario Foraneo se sistere, eique benedictionis, sive approbationis ab Archiepiscopo impetratæ documentum exhibere, *ibid.*

Regularis Doctrinam Christianam in suis Ecclesiis tradere non est prohibitum, *pag.* 109. §. *Sacra.*

Repudiatio, & acceptatio alicujus legati facta extra statutum tempus culpa officialium Ecclesiasticæ Fabricæ, cui dictum legatum relictum erat, neque Ecclesiæ, neque pio operi ullum affert damnum. *p.* 29. §. *Officiales in fin.*

S

Sacerdos quotiescumque haud rite, & recte ad sacros ordines promotus est; meritò suspensionis pœna obstringi debet, *pag.* 3. §. *Nunc igitur.*

Solvere mediam annatam cogendi sunt Canonici, aliique Clerici beneficiarii pro reparatione propriæ Ecclesiæ juxta præscriptum in *pag.* 59. §. *Quum autem.*
Hoc autem non viget in casu quo dicta Ecclesia sit juspatronatus, tunc enim ejusdem reparatio omnino ad patronos spectare videtur ex adductis in *pag.* 60. §. *Hæc itaque.*

Species Prælatorum Episcopo inferiorum quotuplex sint late disserunt DD. citati in *pag.* 99. §. *Porro.*

Pro suffragatione propriæ animæ Episcopus nequit impendere bona illa, quæ vi vulgatæ Constitutionis incipien. *Inscrutabili*: debent in beneficium Cathedralis erogari *pag.* 35. §. *Testamentariam.*

Summus Pontifex in collatione alicujus beneficii non titulum modo, sed & possessionem tribuit, Princeps enim sola concessione possessionem æque transfert, ac dominium, *pag.* 52. §. *Sub hac igitur.*

Suspensionis pœnam merito incurrit Sacerdos ille, qui non servata forma Bullæ incipientis: *Speculatores*: ad sacros ordines promotus fuit, *pag.* 3. §. *Nunc igitur.*

T

Territorium suum prorsus a Diœcesi avulsum, atque suo tantum spirituali regimini a potestati aliquo ex privilegio manifeste subjectum offendere debet Prælatus ille, qui a sui Diœcesani jurisdictione exemptus vult appellari, *pag.* 99. §. *Qua sunt.*

Testamentum quotiescumque præscriptis careat solemnitatibus, omnino irritum, & inane censetur, *pag.* 27. §. *Testamentariam.*

Testatoris dispositio quotiescumque destituta sit solemnitatibus ad testamenti validitatem præscriptis, omnino irrita, ac prorsus invalida declaratur ex *pag.* 27. §. *Testamentariam.*

Testatoris voluntas quocumque modo expressa, sive per verba præcativa, aut jussionem denotantia, sive per desiderium, aut preces, omnino servanda est, *pag.* 20. §. *Quoniam vero in fin.*

V

Vacatio annua trium mensium alias per alternativam inservire competit unicuique tam Cathedralium, quam Collegiatarum Capitulo juxta id quod disponitur a Sac. Concilio Tridentino *Sess.* 24. *c.* 12. *de ref. pag.* 26. §. *Contra vero.*

Voluntas testatoris quocumque modo expressa, sive per verba præceptiva, aut jussionem denotantia, sive per desiderium, aut preces omnino est observanda, *pag.* 20. §. *Quoniam vero.*
Immo sicuti ex quamplurimis Juris Cæsarei locis legata, & fide commissa concepta leguntur per verbum *rogo*, ideque etiam in juspatronatus specie, verba licet tantum deprecativa necessitatem inducunt, *ibidem.*

Vota tantum quæ in aliqua ex religionibus ab Apostolica Sede approbatis juxta præscriptas solemnitates emittuntur, & illud castitatis, quæ sacro cuique ordini adnexum est, uti solemnia agnoscuntur ab Ecclesia *pag.* 41. §. *Hoc autem.*

Voveus quoties sciverit religionem non esse approbatam censendus est sese voto simplici obstrinxisse ad regulare illud institutum servandum: si vero ignoraverit neque professio valida est ex defectu potestatis, neque voti simplicis effectum sortitur ex defectu voluntatis in eo, qui professionem emisit, *pag.* 42. §. *De hisce.*

INDEX
RESOLUTIONUM,
Quæ in Cauſis ſub Annum 1742. *propoſitis, prodierunt.*

A

ABbas Eccleſiæ S. Mariæ della Greca nequit ad ſui libitum diebus ferialibus præſtare adſiſtentiam Choro, ſed potius tenetur adſiſtere una cum aliis Presbyteris in uno ex tribus Turnis hebdomadæ juxta deciſiones S. Congregationis *in Nullius Terræ Putignani* 17. *Febr. pag.*16. *ad I. Dubium*.

Imo idem Abbas tenetur ſubjacere punctaturis, ſeu ammiſſioni diſtributionum quotidianarum etiam diebus ferialibus, *Ibidem ad II. Dubium*.

Abbas Farfenſis non tenetur ſolvere taxam Seminario Romano ex fructibus menſæ Abbatialis juxta reſolutionem S. Congreg. in *Romana Taxæ Seminarii* 11. *Auguſti pag.*113.

Abſolutione arbitraria Epiſcopi, ut aliquod conſequatur beneficium indiget Sacerdos ille, qui Sacris ordinibus initiatus cum demiſſoriis magni Prioris Religionis Hieroſolymitanæ Regni Caſtellæ, ſeu commendatoris Acrè, aut alterius Superioris Ordinarii dictæ Commendæ illicite ordinatus, ideoque ſuſpenſionem incurſus ob non ſervatam formam Bullæ incipien. *Speculatores in Gadicen. ſeu Hiſpalen. ordinationis* 20. *Jan. pag.*1. *& ſeq.*

Adimplementum oneris Miſſarum ſatis eſſe ſufficiens ex atteſtationibus Sacerdotis celebrare debentis, aliiſque ex cauſis adductis ſtatuit Sac. Congreg. *in Neritonen. adimplementi oneris Miſſarum* 17. *Febr. pag.*15.

Alexanen. Synodum celebratam anno 1739: nullam eſſe reſolvit Sac. Congr. *in Alexanen. Synodi* 20. *Januarii ad I. Dubium pag.*1.

Annua vacatio trium menſium juxta diſpoſitionem Sac. Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*12. *de ref.* non competit Capitulo, & Canonicis inſignis Collegiatæ S. Pauli Civitatis Vallettæ; ſed tantum ex gratia conceſſa fuit *in Melevitana Vacationum* 10. *Martii pag.*25. *& ſequen.*

Aſſignamentum jam factum ex legato Marchionis Vincentii Juſtiniani non deberi Franciſco Mariæ, & Iſabellæ de Juſtinianis, a die eorum nativitatis reſolvit S. Congreg. *in Romana, ſeu Januen. Legat.*7. *Apri pag.*44. *& ſeqq.*

Aſſignamentum factum Paulo Juſtiniano pro ſuæ Familiæ decore, & ſplendore, non eſſe conſignandum hæredibus Battelli, veluti improvide ab eodem Paulo in illos translatum reſolvit S. Congreg. in *Romana ſeu Januen. aſſignamenti* 5. *Maii pag.*63. *& ſeqq.*

Archiepiſcopi licentia, ſive mandatum requiritur pro Indulgentiarum publicatione, & jubilei, ac expoſitione SS. Sacramenti, publicatione monitorium pro rebus ſubtractis, vel deperditis, & extractione reorum ab Eccleſia, ceteriſque hujus generis *In Neapolitana* 21. *Julii ad XII. Dubium pag.*100.

Archiepiſcopo *Neapolitan.* non competere jurisdictionem niſi ad formam concordatam contra Cappellanos, alioſque Miniſtros, & perſonas Hoſpitalis, & Eccleſiæ S. Angeli ad Nidum, quoad contractus reſpicientes intereſſe, & adminiſtrationem Hoſpitalis. Quo vero ad delicta competere jure delegato ſi ſint patrata intra ſepta Hoſpitalis a Rectore, & Cappellanis, aliiſque inibi continuo degentibus; in reliquis vero jure ordinario reſcripſit Sacr. Congreg. *in Neapolitana* 21. *Jul. ad XIII. Dub. ibid.*

Archiepiſcopus Neapolitanus non vero Sacriſta ſive Rector eligere debet Confeſſarios pro Eccleſia, & Hoſpitali S. Angeli ad Nidum, *in Neapolitana* 21. *Jul. ad IV. Dub. ibid.*

Archiepiſcopus Neapolitanus viſitare poteſt Eccleſiam S. Angeli ad Nidum, jure delegato: quo vero ad illius Hoſpitale pariter jure delegato circa ſpiritualia, & in reliquis ad formam accordatorum, in *Neapolitana* 21. *Julii ad VII. Dubium ibidem*.

Archiepiſcop. viſitando Eccleſiam jure delegato poteſt quoque viſitare altaria, ſacras veſtes, & ſupellectilia, & alia pro materiali cuſtodia Sacramentorum, *in Neapolitana* 21. *Jul. ad VIII. dub. ibidem*.

Archiepiſcopus viſitare poteſt jure delegato Sacriſtam, ſeu Rectorem, Eccleſiæ Cappellanos &c. quoad ſcientiam, mores, & veſtes tum ſacras, tum prophanas, ac decreta opportuna facere pro honeſtate

eorum vitæ, & instructione, *in Neapolitana* 11. *Jul. ad IX. dub. pag.* 100.

Archiepiscopus sub pœnis sibi benevisis cogere potest Sacristam, Cappellanos &c. ad interventum in Synodo sub cabbus a jure præscriptis, necnon ad exequutionem decretorum ibi editorum in *Neapolitana* 21. *Jul. ad XI. dub. ibidem.*

B

Benedictionem, æque ac approbationem ab Archiepiscopo petere tenentur Concionatores Ordinis Eremitarum San. Augustini, qui per Turnum a Communitate in Castro S. Angeli in Pontano eligantur in *Firmana Concionatoris* 21. *Apr. ad I. dub. pag.* 55. *& seqq.*

Dictosque Concionatores teneri se præsentare coram Vicario Foraneo localis, & docere tam de d. approbatione, quam de benedictione, *ibidem ad II. dub.*

Imo certior fieri debet Vicarius foraneus de illis eleemosynis tantum, quæ in similibus concionibus colliguntur pro subsidio Terræ Sanctæ, redemptionis Captivorum, Hospitali, & suffragio animarum purgantium, *ibidem ad III. dub. & seq.*

Beneficii institutionem factam ab Ordinario Aquipendien. favore Clerici Tanozzini, dum de hoc lis adhuc apud S. Congregationem Episcoporum, & Regularium pendebat non sustineri; imo potius de attestatis, constare, ideoque d. beneficium deberi Clerico a Testatore nominato statutum fuit, *in Aquipendien. Beneficii* 17. *Febr. ad I. & II. dub. pag.* 18.

Beneficium vacandi a celebratione unius missæ singulis hebdomadis ad instar antiquorum Cappellanorum denegatum fuit quatuor Cappellanis quondam Jacobi Landulphi Ecclesiæ receptitiæ Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Magdaluni, & quoad celebrationem mentem testatoris esse servandam rescriptum fuit, *in Castertana Cappellaniarum* 21. *April. pag.* 30. *ad I. dubium.*

Ex causa autem adversæ valetudinis iidem quatuor Cappellani impediti non tenentur supplere per alium in missis adimplendis, ac in canendis horis Canonicis, *ibid.*

Bona Capituli Bisianensis Ecclesiæ esse communi nomine administranda, itaut omnes eorum fructus, & proventus poni deberent in communi massa Sacr. Congreg. resolvit, *in Bisinianen.* 2 *Jun. pag.* 81.

Fructusque bonorum dicti Capituli supra æqualitatem accepti restituendos esse a die talis resolutionis, *ibid. ad II. dub.*

Circa autem deteriorationes agrorum, aliorumque bonorum d. Capituli, deteriorantibusque pœnas imponere, æque ac meliorationes eorumdem bonorum recognoscere illorumque possessionem tradere libera potestas tradita fuit Ordinario Bisinanen, qui procedere deberet prout de jure, *in Bisinianen.* 2. *Jun. ibid. ad III. IV. V. & VI. dub.*

Breve Apostolicum pro subsidiis dotalibus non esse exequendum quoad filiam secundogenitam Equitis Lamberti de Convertsionis, obstante resolutione capta sub die 22. Sept. 1631. respondit Sacra Congregatio *in Pisterien Subsidiorum dotalium* 2. *Jun. p.* 89. *& seqq.*

C

Cadaver Baronis Francisci Mariæ de Prætis tumularum in Ecclesia Patrum Congregationis Oratorii Spoletana Civitatis, æqueac omnia emolumenta funeris d Baronis non esse restituenda constituit Sacr. Congreg., *in Spoletana* 21. *Jul. ad bina dub. pag.* 101.

Canonicis a suis residentiis abire volentes tenentur S. Conc. Trid. dispositionem circa tempus absentiæ diligenter exequi, & arbitrio Episcopi tenentur etiam relinquere substitutos *in Sabinen. jurium Parochialium* 10. *Mart. ad I. I. dub. pag.* 27.

Canonicis ad Urbem transmissis ut assisterent liti exortæ inter Promotorem Curiæ Episcopalis Trojanæ, & Clerum ejusdem Civitatis deberi indultum absentiæ, & lucrandi distributiones pro tempore a die discessus; usque ad illam decisionis causæ, & ad aliat quindecim tantum post præsentem resolutionem pro reditu: concessit Sacr Congreg. *in Trojana servitii* 23. *Iunii pag.* 89. *ad IV. Dubium.*

Canonici, aliique portionarii tantum præsentes possunt frui de eleemosinis pro Missis cantatis Defunctorum præsente cadavere, quibus, non ad instar distributionum quotidianarum omnes participant, *in Alexanen.* 1. *Sept. ad VI. dub. pag.* 119.

Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Civitatis Fogiæ, qui partem suorum reddituum pro reparatione propriæ Ecclesiæ impendere juxta Sac. Concilii Congreg. præscripta renunciarunt, absolvendos esse a censuris, & dispensandos ab irregularitate imposita aliqua salutari pœna arbitrio Episcopi pro gratia juxta petita, dummodo quolibet anno deponerent ducatos 200. pro reintegrationis communis Erarii, & de secuto depositio docerent coram Episcopo, *in Tolentina* 21. *Aprilis pagina* 47. *& seqq.*

Canonici Ecclesiæ Cathedralis Viterbien. possidentes Præbendas distinctas, & non participantes de massa, non tenentur contribuere in communi cum Canonicis de massa ad solutionem Cathedratici; imo potius uti singuli pro illorum præbendis co-

gi

gi valent ad illius ſolutionem Cathedratici quæ teneri reſtituere ſummas jam tum a d. Canonicis ſeparatim exactas definitum fuit *in Viterbien. Cathedratici 7. Apr. pag. 43. & ſeq. ad bina dub.*

Canonicus ſecundæ, tertiæ, & quartæ erectionis Eccleſiæ S. Andreæ in Terra Vetrallæ omnes venire ſub nomine Capituli: ita ut una cum Archipresbytero, & Canonicis primæ erectionis unum conſtituerentur corpus, deliberatum fuit *in Viterbien. 15. Decembris pag. 142. ad I. dub.*

Dictoſque Canonicos non admitti ad participationem omnium emolumentorum, & diſtributionum provenientium ab exercitio curæ Animarum & a legatis piis tam Miſſarum, quam anniverſariorum relictorum a Teſtatoribus ante erectionem dictorum novorum Canonicorum, ſed potius participare debere de relictis tantum poſt novas erectiones *ibid. ad II. dub.*

Eoſdemque teneri intereſſe Choro dum adimplerentur onera perpetua ſpectantia ad antiquos tantum Canonicos, nec participare de legato annuo relicto Capitulo, ab Olimpia Padovani, ideoque etiam non teneri intereſſe Miſſæ Solemni, ac aliis functionibus quæ ab eadem Teſtatrice demandantur *ibid. ad III. IV. & V. dub.*

Adde etiam eoſdem novos Canonicos concurrere debere ad omnes expenſas, & onera Capituli exceptis illis tantum concernentibus exercitium curæ animarum, & legata, de quorum emolumentis non participant *ibid. ad VI. dub.*

Canonicum Præpoſitum Coadjutum Eccleſiæ Collegiatæ, ſeu Parochialis San. Proſperi Oppidi Regii Lepidi teneri aſſignare ædes Parrochiales Canonico Præpoſito Coadjutori: ita tamen ut dictus Coadjutor per ſe ipſum curam animarum exerceret, domumque inhabitaret reſcripſit S. Congreg. *in Regien. Domus Parochialis 24. Nov. pag. 137. & ſeq.*

Capitulo, & Canonicis inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Pauli Civitatis Vallettæ non competit annua vacatio trium Menſium juxta diſpoſitionem S. Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 12. de Reformat.* Sed tantum ex gratia conceſſa fuit *in Melevitana vacationum 10. Mart. pag. 25. & ſeqq.*

Capitulum, & Canonici Terræ Ariciæ in occaſione fundi deperditi cujus annui redditus non ſufficiebant pro celebratione Miſſarum, & Anniverſariorum relicta a Teſtatore, liberati fuerunt ab hujuſmodi Celebrationis onere præterquam pro rata reddituum portionis domus ab eodem Capitulo poſſeſſio; *in Albanen. 10. Mart. ad II. dub. pag. 31. & ſeb.*

Cathedratici ſolutioni in communi cum Canonicis de maſſa contribuere non tenentur Canonici poſſidentes præbendas diſtinctas, & non participantes: imo potius uti ſinguli pro illorum præbendis cogi valent ad illius ſolutionem: Epiſcopumque teneri reſtituere ſummas jam tum exactas ad d. Canonicis in *Viterbien. Cathedratici 7. Apr. pag. 43. & ſeq. ad bina dub.*

Cenſuras Epiſcopi Tudertini latas contra Parochum Nuciarelli incidentem arbores fructiferas, & reſpective alienantem bona Eccleſia addicta, non eſſe relaxandas juſſit S. Congr. *in Tudertina Cenſurarum 22. Sept. pag. 127.*

Cenſuris abſolvendos, & ab irregularitate diſpenſandos eſſe Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ Civitatis Fogiæ, qui partem ſuorum redditnum pro reparatione propriæ Eccleſiæ impendere juxta S. Conc. Congr. reſcripta renunciarunt, impoſita tamen aliqua ſalutari pœna arbitrio Epiſcopi, dummodo quolibet anno deponerent ducatos 200. pro reintegratione communis erarii, & de ſecuto depoſito docerent coram Epiſcopo juſſit Sacr. Congr. in *Trojana 21. Apr. pag. 47. & ſeqq.*

Choro adſiſtere diebus ferialibus ad ſui libitum nequit Abbas Eccleſiæ S. Mariæ della Greca, ſed potius tenetur adſiſtere una cum aliis Presbyteris in uno ex tribus turnis hebdomadæ juxta deciſiones S. Congr. *in Nullius Terræ Putignani 17. Februarii pag. 16. ad I. dub.*

Imo idem Abbas tenetur ſubjacere punctaturis, ſeu amiſſioni diſtributionum quotidianarum etiam diebus ferialibus *ibidem ad II. dub.*

Collatio Parrochialis Eccleſiæ S. Andreæ in Plaſcarano facta ab Epiſcopo Viterbien favore Clerici Antonii Colainæ irrita declarata fuit, dictaque Parocnialis adjudicata Placido Secoli in *Viterbien. Concurſus 11. Aug. pag. 117., & in Viterbien. Parrochiali 15. pag. 145. & ſeq.*

Commutatio voluntatis petita a Comite Julio, & Marchione Torquato de Barbolanis circa erectionem Cappellaniæ cum eleemoſyna ad manualem redigenda denegata fuit in *Aretina Cappellaniæ 21. Iulii pag. 101.*

Compoſitione cum jurium ceſſione factam a Rev. Fabrica S. Petri favore quondam Joannis Baptiſtæ de Dominis non ſuſtineri, & firmari ſtatum hæreditatis Canonici Martini de Dominis coram Vicario Foraneo qui procedere deberet etiam pro redditione rationis adverſus heredes Joannis Babptiſtæ junioris, juſſit S. Congr. in *Nullius Terræ Pontiani Commutationis Voluntatis 5. Maii pag. 69, & ſeq.*

Concionatoribus in Eccleſia exteriori S. Angeli ad Nidum Civitatis Neapolitanæ licentiam prædicandi; æque ac benedictionem illis tribuere ſpectat ad Archiepiſcopum, *in Neapolitana 21. Iulii ad V. dub. pag. 110.*

Concionatores Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui per turnum eliguntur a Communitate in Caſtro S. Angeli in Pontano ultra benedictionem tenentur etiam petere approbationem ab Archiepiſcopo *in Firma-*

na

na Concionatoris 21. Apr. ad I. dubium pag.55. & seq.

Adde etiam d. Concionatores teneri se præsentare coram Vicario Foraneo locali, illumque docere tam de d. approbatione, quam de benedictione, *ibidem ad II. dub.* Imo certior fieri debet idem Vicarius Foraneus de illis eleemosynis tantum, quæ conliguntur pro subsidio Terræ Sanctæ, Redemptionis captivorum, Hospitali, & suffragio Animarum purgantium, *ibidem ad III. dub.*

Concordiam initam inter Decanum ex una, & Capitulum S. Petri Civitatis Leodiensis ex altera, ad extinctionem litium, & ad utilitatem piæ fundationis confirmandam esse, resolvit S. Congreg *in Leodien. Concordiæ 2. Iun. pag. 74. & seqq.*

Confessarios pro Ecclesia, & Hospitali S. Angeli ad Nidum approbandos esse ab Archiepiscopo, non verò a Sacrista, sive rectore resolvit S. Congreg. *in Neapolitana 21. Iul. ad IV. dub. pag.110.*

Confirmatio Sacerdotis electi in locum demortui, & in posterum eligendorum a Consortialibus S. Mariæ Majoris Collis Nisii an spectaret ad Episcopum Termularum, cum controverteretur, S. Congr. affirmative & in decisis respondit; ita tamen ut confirmatio sine gravi, & legitima causa nequiret ab Episcopo denegari, & gratis omnino concederetur *in Termularum 15. Decemb. pag.148.*

Conversio Congregationis Casinensis denegatum fuit egressum a religione ad effectum suscipiendi sacros ordines, *in Mediolanen. 10. Mart. pag 24.*

Curati perpetui deputationi in Ecclesia S Joannis Baptistæ loci Milliarinæ cum annuo assigamento, seu congrua librarum biscentum dari solita Curato amovibili non fuit locus; ita tamen ut Vicarius non potuerit amoveri nisi causa per Episcopum approbanda, *in Lunen. Carzanen. deputationis Vicarii perpetui 21. Apr. pag.56. & seqq.*

D

Decimas prædiales ex bonis Podchaische, & Duorpchische Moniales S. Claræ tertii Ordinis S. Francisci Civitatis Leopolis tenentur solvere Præposito Ecclesiæ Parrochialis Vitziniani, nec illis competit exemptio a d. decimis, ut patet ex adductis in *Leopolien. decimarum 7. Apripilis pag.35. & seq.*

Decretum Diœcesanæ Synodi deferens primum locum post Archipresbyteros Portionariis, licet non antiquioribus Ecclesiatum S. Mariæ in Sylvis, & S. Mercurii Terræ Capriolæ cantoratus officium obtinentibus, sustineri in casum de quo agitur rescripsit Sacr. Congreg. *in Larienen. Præcedentiæ 11. Aug. ad 1. dub. pag 117.*

Adde quoad decretum Episcopi tribuens d. Portionariis officium cantoratus obtinentibus, & respective Archipresbyteris gestationem Almutiæ esse servandum ad mentem respondit S. Congr. *ibidem.*

Deputationi Curati perpetui in Ecclesia S Joannis Baptistæ loci Milliarinæ cum annuo assignamento, seu congrua librarum biscentum dari solita Curato amovibili non esse locum; ita tamen ut Vicarius non posset amoveri nisi ex causa per Episcopum approbanda statutum fuit *in Lunen., Sarzanen. deputationis Vicarii perpetui 21. Apr. pag.56. & seq.*

Dispositio S. Concil. Trid. circa vacationem ab Ecclesiastico servitio diligenter ab illis Canonicis est observanda, qui suis residentiis vacare peroptant; imo etiam aliquando arbitrio Episcopi tenentur relinquere substitutos in *Sabinen. jurium Parrochialium 10. Mar. ad III. dub. pag.27.*

Dissolutioni Matrimonii inter Lucretiam Riccardi, & Severinum Gregoretti locum esse ob naturalem, & perpetuam viri impotentiam declaravit S. Congr. in *S. Severini Matrimonii 2. Iun. pag.73.*

Doctrinam Christianam Diebus Dominicis tradere populo in Ecclesia rurali Fantolinæ licet Sacerdotibus Missionis cum forma piæ dispositionis Canonici Bertoni, & exequendum esse Decretum Eminentissimi de licio arbitrio Episcopi resolvit S. Congregationis *in Ferrarien. Doctrinæ Christianæ 11. Aug. pag.117.*

Donationem Ecclesiæ B. Mariæ de Campis cum ea contigua domo factam per Episcopum Vasionensem Fratribus Conventualibus substineri, servatis tamen conditionibus in Instrumento donationis appositis resolutum fuit *in Vasionen. jurium Parochialium 17. Febr. pag.15. & seq. ad 1. dub.*

Adde etiam eisdem Fratribus licere tumulare in eadem Ecclesia Cadavera eorum, qui in ea elegerint sepulturam *ibidem ad II. dub.*

E

Ecclesiæ B. Mariæ de Campis donationem cum ea contigua domo factam per Episcopum Vasionensem Fratribus Conventualibus substineri, servatis tamen conditionibus in instrumento donationis appositis adfirmavit S. Conc. *in Vasionen. Iurium Parochialium 17. Febr. pag.1. & seq. ad I. dub.*

Adde etiam eisdem Fratribus liberam esse potestatem tumulandi in eadem Ecclesia Cadavera illorum, qui in ea elegerint sepulturam *ibid ad II dub.*

Egressus a Congregatione Casinensi ad effectum

ctum suscipiendi Sacros Ordines denegatus fuit Religioso commisso vulgo converso ejusdem Congregationis ex adductis in *Mediolanen.* 20. *Mart. pag.*29.

Electio Vicarii Capitularis facta ab Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Pontiani vacante sede Abbatiali Ecclesiæ S. Andreæ in flumine irrita fuit declarata *in nullius Terræ Pontiani Electionis Vicarii Capitularis* 17. *Februarii ad bina dubia pag.*15.

Eleemosynas pro Missis Cantatis Defunctorum præsente Cadavere, & pro Anniversariis adventitii distribuendas esse inter solos præsentes, & non ad instar distributionum quotidianarum decrevit S. Congreg. *in Alexanen.* 1. *Sept. ad VI. dub. pag.*119.

Episcopo Alexanen. non deberi portionem de eleemosynis pro Missis Cantatis Defunctorum, nec posse participare de emolumentis anniversariorum perpetuorum de præcepto Testatorum Canonicis præsentibus distribuendis in *Alexanen.* 1. *Sept. ad VII. & VIII. dub. pag.*119.

Circa autem edictum ab eodem Episcopo latum, quo sub variis pœnis fuit interdicta anticipata Missarum satisfactio substineri decrevit Sac. Congreg. *ibidem ad IX. dub. pag.*119.

Episcopum Alexanen. participare posse de massa communi Capituli Ecclesiæ Cathedralis; & onera ejusdem massæ juxta solitum subire teneri, sumptusque litium, quæ prævia conclusione capitulari introducuntur detrahi non posse ex massa communi destinata pro distributionibus, constat *ex Alexanen.* 1. *Septembr. ad tria priora dub. pag.* 19.

Episcopum Policastren. incurisse pœnas contentas in *Capite exigit de censibus*, & *cap.*3. *sess.*24. *de reform. S. Cong. Concilii* pro exactione procurationem facta contra formam resolutionum d. S. Cong. deliberatum fuit in *Policastren. procurationis* 7. *Apr. ad bina dub. pag.*33.

Episcopum Tudertinum habere jus visitandi Ecclesiam Consolationis in iis, quæ tantum concernunt cultum Divinum; non autem in iis, quæ respiciunt gubernium æconomicum; itaut Rectores, aliique administratores d. Ecclesiæ non teneantur eidem rationem reddere in *Tudertina jurisdictionis* 22. *Septembr. ad I. dubium pag.*126.

In visitatione autem hospitalis d. Ecclesiæ Episcopus habet jus tantum quoad ea quæ cernunt cultum Divinum, seservato etiam sibi jure incumbendi exequutioni piarum dispositionum *ibidem ad II. dub.*

Episcopus Alexanen. non potest sibimetipsi applicare mulctas Canonicorum non inservientium, nec suo arbitrio illas Ecclesiæ Fabricæ applicare, sed in casu indigentiæ supplicare debet pro applicatione earumdem in *Alexanen.* 1. *Septemb. ad XI. dub. pag.*119.

Episcopus Alexanen. sedulo invigilare debet ut taxa Innocentiana in Curia Episcopali Alexanen. omnino servetur, & quoad præteritum consulere conscientiæ suæ tenetur *in Alexanen.* 1. *Septe. ad XII.*, & *XIII. dub. pag.*119.

Episcopus visitans clausuram Monialium regularibus subjectarum, potest ingredi cum Stola tantum absque pluviali, dictæque Moniales tenentur eidem præparare stratum illumque sine Processione, Cruce, & Cantu recipere *in Lysien. Clausuræ* 22. *Sept. pag.*156. *ad tria priora dub.*

Erectio Cappellaniæ denegata fuit precibus Canonici Antonii Montanaro; & locum esse reductioni anniversariorum a Testatore designatorum rescripsit Sacr. Congreg. in *Cajetana commutationis voluntatis* 22. *Sept. pag.*129. *& seqq.*

Expensas litis inter Promotorem Curiæ Episcopalis Trojanæ, & Clerum ejusdem Civitatis exortæ, detrahendas esse ex massa capitulari statuit Sacr. Congreg. in *Trojana Servitii* 23. *Iunii pag.* 89. *ad III. dubium.*

F

Fontis Baptisinalis constructioni in Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Giorgei, & Christianæ Civitatis Urbevetanæ editæ ab eodem Episcopo non esse locum definivit S. Cong. in *Urbevetana fontis baptismalis* 21. *Sept. pag.*127.

H

Hæredes alicujus testatoris non teneri alium fundum in locum illius substituere qui pro certa missarum, & anniversariorum celebratione demonstrative alicui Ecclesiæ relictus, & a Rectoribus ejusdem minime acceptatus ad squalidum omnino statum pervenit; neque proinde pro missis celebratis eleemosynam solvere statuit S. Congr. in *Albanen.* 10. *Mart. pag.*31. *& seqq. ad I. dubium.*

I

Institutionem beneficii factam ab Ordinario Aquipendien. favore Clerici Tanozzini dum de hoc lis aduhc apud Sacr. Congreg. Episcoporum & Regul. pendebat, non sustineri; imo potius de attentatis constare, ideoque dictum beneficium deberi Clericico a Testatore nominato, *in Aquipendien. Beneficii* 17. *Febr. ad bina dubia pag.*16. *& seq.*

Irregularitatem non incurrit Sacerdos ille qui suspensus odio, ac per invidiam, ideoque invalide, ac injustæ, si prævia absolutione ab alio, quam ab ordinario suscepta

Missam celebret *in Civitatis Ducalis suspensionis & irregul.* 10. *Mart. pag.*24. *ad bina dubia*.

Judicatum Curiæ Eystetensis factum contra Riccardum Antonium Streng. Rectorem Parrochialis Ecclesiæ loci Untermissing. substineri, & permutationem dictæ Parrochialis Ecclesiæ fieri ab Episcopo cum alio beneficio reditus æquivalentis consuluit Sac. Congreg. *in Eystetens. permutationis Parochiæ* 22. *Sept. pag.*127.

Jure delegato Archiepiscopus Neapolitanus visitare potest Ecclesiam Sancti Angeli ad Nidum; quoad vero ejusdem hospitale visitare potest jure delegato circa spiritualia & in reliquis ad formam concordatorum, *in Neapolitana* 21. *Jul. ad VII. Dubium pag.*100.

Jurisdictio Archiepiscopo Neapolitano non competit nisi ad formam concordatam contra Cappellanos, Ministros, & Personas Hospitalis, & Ecclesiæ S. Angeli ad Nidum quoad contractus respicientes interesse, & administrationem Hospitalis. Quo vero ad delicta competit jure delegato si sint patrata intra septa Hospitalis a Rectore, & Cappellanis, aliisque inibi continuo degentibus, in reliquis vero jure ordinario in *Neapolitana* 21. *Jul. ad XIII. dubium ibidem*.

Jurisdictionem Archiepiscopus Neapolitanus exercere potest contra alios etiam presbyteros non addictos servitio Ecclesiæ, & hospitalis S. Angeli ad Nidum, sed ibi intuitu Cappellianarum, vel quovis alios titulo Missas celebrantes in *Neapolitana* 21. *Jul. ad XIV. dubium ibid.*

Juvenacensi Episcopo deberi procurationem pro visitationibus Ecclesiarum, & locorum Oppidi Terliti; resolutum fuit, in *Iuvenacen. Procurationis* 20. *Jan. pag.*1.

L

Legatum alicui Ecclesiasticæ fabricæ relictum, & quibusdam ex causis verantibus ab Officialibus ejusdem fabricæ intra decretum tempus non acceptatum eidem Ecclesiasticæ fabricæ omnino deberi statutum fuit in *Urbevetana Legati* 10. *Martii pag.*27. *& seq.*

Licentiam prædicandi in Ecclesia exteriori S. Angeli ad Nidum, & benedictionem Concionatoribus tribuere spectare ad Archiepiscopum Neapolitanum statuit Sacr. Congreg. in *Neapolitana* 21. *Iul. ad V. dubium pag.*100.

M

Matrimonii Clandestini validitas satis probatur, quoties consensus utriusque sponsi coram Parocho, & Testibus explicetur in *Cassanen. Matrimonii* 17. *Febr. pag.*17. *& seq.*

Matrimonium jam contractum, ex naturali viri impotentia dissolutum fuit in *S. Severini Matrimonii* 2. *Iun. pag.*73.

Missæ certa in Ecclesia celebrandæ a testatore relictæ nunquam possunt alibi celebrari; nec illius hæredes possunt talem celebrationem aliam in Ecclesiam sibi beneviſam transferre in *Bononien legati Missarum* 15. *Dec. pag.*143. *& seqq.*

Monasterio Monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ libera potestas est, sepelire in ejus Ecclesia cadavera puellarum educationis causa ibidem commorantium, & in eodem Monasterio decedentium; dummodo per se ipsas sepulturam eligant, *in Feretrana juris sepeliendi* 21. *Apr. ad I. dub. pag.*58. *& seq.*

Moniales S. Claræ Tertii Ordinis S. Francisci Civitatis Leopolis teneri solvere decimas prædiales ex bonis Podchaische, & Duorzhische Præposito Ecclesiæ Parrochialis Vitziniani nec illis competere exemptionem patet ex adductis *in Leopolien. decimarum* 7. *Apr. pag.*35. *& seq.*

Mulctas Canonicorum non inservientium Episcopus Alexanen, non potest sibimet ipsi applicare, nec suo arbitrio illas Ecclesiasticæ Fabricæ relinquere, sed in casu indigentiæ supplicare debet pro applicatione earumdem, in *Alexanen.* 1. *Sept. ad XI. dub. pag.pag.*119.

Munia Parrochialia exercere debet per se ipsum Parochus ille, qui non impeditus, ac respective in aliis exercitiis Parrochialibus minime occupatus est, in *abinen. jurium Parochialium* 10. *Mart. pag.*26. *ad V. dubium*.

N

Nullitatem Synodi Alexanensis celebratæ anno 1739. approbavit S. Congregatio, in *Alexanen. Synodi* 20. *Ianuarii ad I. dub. pag.*1.

Nullitatem testamenti bo.me. Nuncii Baccari Episcopi Bojanen. quoad onus injunctum Canonicis, & Mansionariis Cathedralis Bojani pro celebratione Missarum perpetuarum in suffragium ejus animæ approbavit S. Cong. in *Bojanen. Spolii* 10. *Mart.*, *ad I. dub. pag.*33. *& seq.*

Dictæque Cathedralis Canonicos, & mansionarios assignare teneri favore eiusdem Cathedralis summam ab ejus hæreditate retractam, & pro satisfactione oneris dictarum Missarum investitam, *ibid.*

O

Officiales alicuius Ecclesiasticæ fabricæ quodcumque legatum eidem Ecclesiasticæ fabricæ relictum intra decretum tempus non acceptent, talis eorum culpa eidem Ecclesiasticæ fabricæ nocere nequit, in

in *Urbevetana legati* 10. *Martii pag.*27. *& seq.*.

Ordinationem Sacristiæ aliorumque Hospitali S. Angeli ad Nidum inservientium pertinere ad Archiepiscopum Neapolit. decretum fuit in *Neapolitana* 21. *Iul. ad VI. dub. pag.*100.

Onere celebrationis totidem Missarum super quodam prædio capitulo, & Canonicis terræ Ariciæ relicto cuius annui redditus pro tali celebratione suæ squalliditatis causa non sufficiebant liberati fuerunt dicti Canonici, præter quàm pro rata reddituum portionis domus ab eodem capitulo possessæ in *Albanen.* 10. *Mart. ad II. dub. pag.*31. *& seq.*

P

PArochis a sua Parochia absentibus certum statutum est tempus, causæque a S. Concilio Tridentino quibus possint a suis residentiis vagari, in *Sabinen. Iurium Parochialium* 10. *Mart. pag.*27. *ad I. dud.*

Adde quod iidem in casu discessionis teneantur arbitrio proprii Episcopi relinquere substitutum *ibidem ad II. dub.*

Parocho Terræ Maceratæ Feltriæ denegata fuit restitutio cadaveris Annæ Bartolis educationis causa in Monasterio S. Claræ d. terræ degentis, ibiq; defunctæ, & sepultæ; nec non etiam declaratio facienda circa detentionem illius nomine Parochi; & tantum eidem competere quartam funeralem rescriptum fuit in *Feretrana juris sepe. lienti* 21. *Aprilis ad II. & III. dub. pag.*57. *& seq.*

Parochus non impeditus nec in aliis exercitiis Parochialibus occupatus debet circa ullum aliud auxilium per se ipsum parochialia munia exercere in *Sabinen. Iurium Parochialium* 10. *Mart. pag.* 27. *ad V. dubium*.

PP. Scholarum Piarum Albanen. Seminario incumbentes debent rationem victus d. Seminarii reddere coram Eminentissimo Episcopo, illique etiam libros dictarum rationum demonstrare in *Albanen. Seminarii* 1. *Sept pag.*120.

Pœnas contentas in cap. exigit de censibus & cap. 3. Sess. 24. de ref. Episcopum Policastren. incurrisse pro exactione procurationum facta contra formam resolutionum S. Concilii Cong. statutum fuit in *Policastren.* 7. *Apr. ad bina dub. pag.*33.

Portio de eleemosynis pro missis cantatis defunctorum non debetur Episcopo Alexanen. nec potest idem participare de emolumentis anniversariorum perpetuorum de præceto Testatorum Canonicis præsentibus destribuendis, in *Alexanen.* 1. *Sept. ad VII. & VIII. dub, pag.*120.

Circa autem edictum ab eodem Episcopo factum, quo sub variis pœnis fuit interdicta anticipata Missarum satisfactio sustineri resolvit S. Cong. *ibidem*.

Populo Villæ, & Territorii Camperiaci satis consultum fuit per deputationem Præsbiteri juxta instrumentum fundationis stipulatum authoritate Ordinarii, addita etiam Presbytero deputato facultate sepelliendi Cadavera in Oratorio Villæ Camperiaci reservatis tantum Parocho emolumentis, in *Sedunen. dismembrationis* 15. *Decembris pag.*146. *& seq.*

Prior Conventus S. Joannis de Aymo Ordinis Prædicatorum Civitatis Lycien., & Vicarius Ordinarius Monasteriorum inibi permanentium, in casu quo id postulet exacta proprii officii administratio, absque licentia Episcopi Loquutorium potest ingredi; ibique cum Monialibus alloqui, in *Lycien Clausuræ* 22. *Sept. ad XI. dub. pag.*127. *& seq.*

Imo dictus P. Vicarius absque licentia Episcopi Loquutorium ingredi potest ad visitandas crates, ne Moniales absque debita licentia clandestinæ Sæculares, & Regulares alloquantur *ibidem ad XII. dub.*

Ad excipiendas autem illarum confessiones supradictos Prior, vel ejus P. Vicarius d. Monasteriorum, aut alius quicumque Religiosus absque licentia Episcopi non potest in confessionario Ordinario, vel extraordinario easdem Moniales exhortari, & audire, *ibidem ad XIII., & XIV. dub.*

Prior Provincialis Civitatis Lycensis ad formam Constitutionis Alexandri VII. potest absque ulla licentia Episcopi semel in anno tantum visitare Clausuram interiorem septa Monasteriorum Monialium suæ Curæ subjectarum ingrediendo, & de dicta visitatione Episcopus certiorari debet a Custode ejusdem Clausuræ, in *Lycien. Clausuræ* 22. *Sept. ad IV., & V. dubium pag.*126., 127, *& seq.*

Adde etiam quod in tali visitatione Clausuræ interioris d. Prior potest in Convisitatorem sibi assumere Patrem Vicarium earumdem Monialium, aut quemlibet alium Fratrem sui Ordinis maturæ ætatis absque licentia Episcopi, vel ejus certioratione, servata tamen forma Constitutionis Alexandri VII. *ibidem ad VI. dub.*

Imo visitationem personalem Monialium Monasteriorum exemptorum sui ordinis, idem Prior valet facere ad crates tantum & ab Episcopo non potest impediri *ibidem*

Et si ab Episcopo improvide e tali visitatione fuerit impeditus hanc conficere non potest ad Confessionale, vel ad fenestrellam Sanctissimæ Communionis, & contrafaciens incideret in pœnas Constitutionis Alexandri VII. *ibidem ad VIII., & IX dubium*.

In casu autem hujusmodi directi, vel indirecti impedimenti ab Episcopo in tali visitatione prolati an idem incideret in pœnas Constitutionis Clem. *De statu Monachorum* cum exposceretur, S. Congreit statug.

ſtatuit eſſe recurrendum in caſibus particularibus *ibid. ad IX. dub.*

Procurationem pro viſitationibus Eccleſiarum & locorum Oppidi Terlitii eſſe ſolvendum Epiſcopo Iuvenacenſi reſolutum fuit, in *Iuvenacen. procurationis* 20. *Ianuarii pag.*1.

Profeſſioni initæ per vim, & metum concedi debet reſtitutio in integrum, in *Mantuana reſtitutionis in integrum* 20. *Ianuarii pag.*3. *& ſeq.*

Profeſſioni religioſæ initæ per vim, & metum concedi debet reſtitutio in integrum, in *Regien. reſtitutionis in integrum* 5. *Maii pag.*63. *& ſeq.*

Profeſſo per vim & metum, & e clauſtris ſuæ Religionis egreſſo pro ſua reſtitutione in integrum petenda, S.Cong. juſſit redire ad clauſtra, ac reaſſumptione habitus ſuæ religionis confici novum proceſſum ſer. ſer. & audito Superiore locali iterum hanc cauſam proponi, *in Giennen. reſtitutionis in integrum* 20. *Iun. pag.*11., *& ſeq.*

Proviſiones, ſeu ſententias Curiæ Archiepiſcopalis Valentinæ latas tam ſuper augumento annui redditus aſſignato Cappellaniis poſſidendis a reſidentibus in Eccleſia S. Theclæ quam ſuper deſtitutiones Cappellaniarum, & aſſignatione redditiuum pro deſcendentibus a Joſepho Ximeno eiſdem reſidentiæ non incumbentibus non ſuſtineri declaratum fuit, in *Valentina Cappelleniarum* 10. *Mart. pag.*24. *ad I. dub.*

Adde etiam quoad reditus ſuperextantes bonorum hæreditatis Canonici Auguſtini Ximeno cedere debere ad formam teſtamenti in ſtipendium dictarum Cappellaniarum deductis tamen prius oneribus, & æquali portione redditiuum Cappellaniæ erigendæ *ibidem ad II. dub.*

Imo d.augumento frui non debere modernos Cappellanos, alioſque futuros deſcendente a Joſepho Ximeno per lineam fœmininam, & quoad ſextam Cappellaniam celebrandas eſſe pro nunc tot Miſſas ad rationem eleemoſynæ manualis pro rata redditiuum, *ibidem ad III. & IV. dub.*

R

REctores, & Adminiſtratores Eccleſiæ Conſolationis in Civitate Tudertina ſubjacere Extravag. Ambitioſæ *de rebus Eccleſiæ non alien.* quoad alienationes bonorum tam ſubjectorum quam non ſubiectorum oneribus Miſſarum ex teſtatorum voluntate; non obſtante quocumque peculiari privilegio, in *Tudertina Iuriſdictionis* 22. *Sept. ad III. dub. pag.*126.

Reductio eleemoſynæ juliorum trium ad manualem unius julii, ut reliquum cederet commodo Eccleſiæ, non denegata fuit a Sacra Congreg. eo quia Teſtatrix perſonam celebrantis non fuit contemplata, in *Civitatis Caſtellanæ Eleemoſynæ Miſſarum* 15. *Decembris pag.*143.

Reductioni oneris Miſſarum, vel admittendæ oblationi Iacobi Veneri pro Capitali Miſſarum celebrandarum, ſeu potius reſervandæ Teſtatoris diſpoſitioni an eſſet locus, cum expoſceretur S.Congr. reſpondit *dilata*, & interim firmari ſtatum hæreditatis Teſtatoris coram Ordinario, qui auditis Patribus ſer. ſer. procederet prout de iure ad declarationem quantitatis bonorum quæ detractis detrahendis remanerent libera pro adimplemento oneris Miſſarum, *in Mantuana reductionis Miſſiarum* 2. *Iunii pag.*87. *& ſeqq.*

Regularis ſuperior in quibuſcumque contractibus, tam activis, quam paſſivis per Notarium in loquutoriis Monaſteriorum ſuo Ordini ſubiectorum rogandis (ſalvo iure Epiſcopi tribuendi licentiam pro rogatione eorumdem) poteſt intereſſe eiſdem contractibus abſque licentia Epiſcopi, & in abſentia Superioris Regularis Confeſſionis remanet Vicarius dd Monaſteriorum, in *Lycien. Claſuræ* 22. *Sep. ad XVIII., & XIX. dub. pag.*127. *& ſeq.*

Reintegrationem Canonicatuum in Eccleſia Cathedrali Potentina factam ab Ordinario per modum novæ erectionis ſuſtineri declaravit S. C. ita tamen ut ad novos Canonicatus promoverent ſemper Cappellani ſive ſervientes ejuſdem Eccleſiæ in *Potentina Canonicatuum* 24. *Novembris pag.*133.

Reſidentiæ quo minus interſit certum ſtatutum eſt Parochis tempus, cauſæque a Sac. Concil. Trid. quibus poſſint a ſuis Paraciis vagari, in *Sabinen. jurium Parochialium pag.*26. *ad I. dub.*

Reſtitutio Cadaveris Annæ Bartoli educationis cauſa in Monaſterio Monialium S.Claræ terræ Maceratæ Feltriæ degentis ibique defunctæ, & ſepultæ; ac declaratio de ea retinenda nomine Parochiæ denegata fuit Parocho ejuſdem Terræ; eique tantum competere quartam funeralem reſolvit Sac. Congreg. in *Feretrana juris ſepeliendi* 21. *Aprilis ad II., & III. dub. pag.*57. *& ſeq.*

Reſtitutio in integrum adverſus lapſum quinquennii expetita, denegata fuit, in *Neapolitana, ſeu Salernitana reſtitutionis in integrum* 5. *Maii pag.*65.

Reſtitutio in integrum concedi debet profeſſioni initæ per vim, & metum, in *Mantuana reſtitutionis in integrum* 20. *Ianuarii pag.*3. *& ſeqq.*

Reſtitutioni in integrum favore Fratris Philippi del Sole in ſeculo Joannes nuncupati ad invalidandam ob epilepticum morbum ſolemnem profeſſionem in Conventu S.Laurentii Ordinis Minorum Conventualium anno 1709. à ſe Neapoli emiſſam non eſſe locum reſolutum fuit, in *Neapolitana reſtitutionis in integrum* 23. *Iun. pag.*90.

Reſtitutioni in integrum favore Scholaſticæ Rodriquez de Roade Aſtorga ad proponendam nullitatem Religioſæ profeſſionis, quam ex vi, metuque devovit locum eſſe con-

constituit S.Congr., in *Pacen. restitutionis in integrum 7. Apr. pag.46., & seq.*

Restitutioni in integrum ob professionem per vim, & metum emissam an esset locus disceptaretur respondit S.Congregatio prævio redditu Oratoris ad Claustra, ac reassumptione habitus suæ Religionis confici novum processum ser. ser. & audito superiore locali iterum causam proponi, in *Giennen. restitutionis in integrum 20. Ianuarii pag.10. & seq.*

S

SAcerdotem ad Sacros Ordines promotum cum dimissoriis magni Prioris Religionis Hierosolymitanæ regni Castellæ, seu Commendatoris Acrè aut alterius Superioris ordinarii dictæ commendæ fuisse illicite ordinatum, & incurisse suspensionem ob non servatum formam bullæ incipien. *Speculatores*: Ac proinde indigere arbitraria Episcopi absolutione, ut ad aliquod beneficium posset promoveri, sic in *Gadicen., seu Hispalen. ordinationis 20. Ianuarii pag.2. & seq.*

Sacerdotes sive Cappellani Confraternitatum Sanctissimæ Annunciationis, & S. Leonardi Civitatis Troianæ tenentur Canonicis divina officia peragentibus iuxta solitum inservire, in *Trojana servitii 23. Iunii pag.89. ad II. dub.*

Sacerdotibus Missionis in Civitate Ferrarien. degentibus concessum fuit tradere Populo Doctrinam Christianam diebus Dominicis in Ecclesia rurali Fantolinæ ad formam piæ dispositionis Canonici Bertoni, & exequendum esse decretum Eminentissimi de Ilcio arbitrio Archiepiscopi in *Ferrarien. Doctrinæ Christianæ 11. Aug. pag.117.*

Sacrista, Cappellani &c. tenentur accedere ad synodum Diœcesanam sub pœnis in casibus a iure præscriptis contentis, in *Neapolitana 21. Iul. ad dub. X pag.100.*

Sententias, seu provisiones curiæ Archiepiscopalis Valentinæ latas, tam super augumento annui redditus assignato Cappellaniis possidendis a residentibus in Ecclesia S. Theclæ, quam super destinatione Cappellaniarum, & assignatione reddituum pro descendentibus a Josepho Ximeno eidem residentiæ non incumbentibus non sustineri declaratum fuit, in *Valentina Cappellaniarum 10. Mart. pag. 24. ad I. dub.*

Adde etiam quoad redditus superextantes bonorum hæreditatis Canonici Augustini Ximeno cedere debere ad formam testamenti in stipendium dd. Cappellaniarum deductis tamen prius oneribus, & æquali portione reddituum Cappellaniæ erigendæ, *ibidem ad II. dub.*

Dictoque augumento frui non debere æqualiter modernos Cappellanos, aliosque futuros descendentes a Josepho Ximeno per *li-*

neam fœminam; & quoad sextam Cappellaniam, celebrandas esse pro tunc tot Missas ad rationem Eleemosynæ manualis pro rata redditum, *ibidem ad III., & IV. dub.*

Sepelire in propria Ecclesia cadavera Puellarum ibidem educationis causa commorantium, & in eodem Monasterio decedentium, libera potestas est Monialibus Sanctæ Claræ terræ Maceratæ Feltriæ, dummodo per se ipsas sepulturam eligant, in *Feretrana juris sepeliendi 21. April. ad I. dub. pag.57. & seq.*

Superior Regularis vestibus sacris indutus in associando puellam habitu sui ordinis initiandam absque licentia Episcopi potest in atrio Clausuræ quod omnibus pateat ingredi, ibique benedictionem puellæ dare, nec debet sistere in via publica ante ianuam clausuræ exterioris, & hoc idem in habitu ordinis agere potest in ingressu, & egressu Puellæ, educandæ tamquam ancillæ, in *Lyc. Clausuræ 22. Sept. ad XV. & XVI. Dub. pag. 127. & seqq.*

Hic etiam Superior salvo iure Episcopi in Monasteriis suo ordini addictis absque licentia eiusdem Episcopi potest interesse loquutorio, tempore, quo a factore (qui procurator nuncupatur) a Monialibus deputatis mensatis recitantur computa in libro maiori reportanda, *ibidem ad XVII. dub.*

Suspensionem incurrisse, ac fuisse illicite ordinatum, Sacerdotem ordinatum cum dimissoriis magni Priori, Religionis Hierosolymitanæ regni Castellæ, seu Commendatoris Acrè, aut alterius Superioris Ordinarii dictæ commendæ, ob non servatam formam Bullæ incipien. *Speculatores*, ideoque indigere Arbitraria Episcopi Absolutione, ut ad aliquod beneficium posset promoveri, in *Gadicen. seu Hispalen. Ordinationis 20. Ian. pag.2.*

Suspensus ex odio, ac per invidiam, ideoque omnino invalide, ac iniuste, irregularitatem non incutrit, si prævia absolutione ab alio, quam ab Ordinario suscepta Missam celebret, in *Civitatis Ducatis suspensionis & irregularitatis 10. Mart. pag.24. ad bina dubia.*

Synodum Alexanen. celebratam anno 1739. nullam declaravit S. Congregatio, in *Alexanen. Synodi 20. Ianuarii ad I. dubium pag.1.*

T

TAxæ Innocentianæ observationi Episcopum Alexanen. sedulo incumbere debere, & quoad præterita consulere conscientiæ suæ, definivit Sacr. Congreg. in *Alexanen. 1. Septembris ad XII., & XIII. dub. pag.119.*

Taxam Seminario Romano persolvere non tenetur Abbas Farfen. ex fructibus mensæ Abb. in *Rom. taxæ Seminarii 11. Aug. pag.113.*

Transactionem cum cessione iurium factam a Rev Fabrica S. Petri favore qu. Joannis Papistæ de Dombus irritam esse statuit S. Cong. , in *Nullius Terræ Pontiani commutationis voluntariis 5. Maii p.69. & seq.*

V

VAcatio a celebratione unius Missæ singulis hebdomadis ad instar antiquorum Cappellanorum denegata fuit quatuor Cappellanis quondam Jacobo Landulphi Ecclesiæ receptitiæ Sanctissimi Corporis Christi ; imo quoad d. celebrationem mentem testato is esse servandam iussit S. Congr. , in *Calertana Cappellæ 21. Apr. pag.48. & seq. ad I. dub.*

Ex causa autem adversæ valetudinis iidem quatuor Cappellani impediti non tenentur supplere per alium in Missis adimplendis, ac in canendis horis Canonicis *ibidem*.

Validitas Matrimonii Clandestini satis probatur ex assensu utriusque Sponsi coram Parocho & testibus explicato, in *Casanen. Matrimonii 17. Febr. pag 18. & seq.*

Vicarii capitularis electionem factam ab Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Pontiani vacante sede Abbatiali S. Andreæ in flumine irritam declaravit S. Congr. , in *Nullius Terræ Pontiani Electionis Vicarii Capitularis 17. Febr. ad bina dub. pag. 18.*

Voluntatis commutatio petitæ a Comite Iulio, & Marchione Torquato de Barbolanis circa erectionem Cappellaniæ cum eleemosyna ad manualem redigenda denegata fuit, in *Aretina Cappellania 21. Iul. pag.101.*

FINIS.

BX Catholic Church. Congregatio
1935 Concilii
A36 Thesaurus resolutionum
t.10-11 Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 14 19 08 006 0